MONUMENTA PORTUGALIAE VATICANA

IV

SÚPLICAS DO PONTIFICADO DE MARTINHO V (ANOS 8 A 14)

Documentos publicados com introdução e notas

por

ANTÓNIO DOMINGUES DE SOUSA COSTA, OFM

Prof. na Universidade «Antonianum» de Roma

Editorial Franciscana

1970

MONUMENTA PORTUGALIAE VATICANA

IV

SÚPLICAS DO PONTIFICADO
DE MARTINHO V (ANOS 8 A 14)

Documentos publicados com introdução e notas
por
ANTÓNIO DOMINGUES DE SOUSA COSTA, OFM
Prof. na Universidade Antoniana de Roma

MONTARIOL — BRAGA Rua de Cedofeita, 350 — PORTO
Editorial Franciscana
1970

OUTROS ESTUDOS DO AUTOR

Doutrina penitencial do canonista João de Deus, Ed. Franciscana, Braga 1956.

Um mestre português em Bolonha no século XIII, João de Deus (Vida e obras), Ed. Franciscana, Braga 1957.

O doutoramento em Bolonha do secretário de D. João I — Doutor Lançarote, Conde Palatino e embaixador ao Concílio de Pisa, Ed. Franciscana, Braga 1957.

Mestre Afonso Dinis, médico e secretário de D. Afonso IV, professor na Universidade de Paris, Ed. Franciscana, Braga 1957.

Doutoramento em leis, na Universidade de Bolonha, de D. João Álvares, deão de Viseu, depois bispo de Silves, Ed. Franciscana, Braga 1958.

Animadversiones criticae in vitam et opera canonistae Ioannis de Deo, Ed. Pont. Ateneo Antoniano, Roma 1958.

O Infante D. Henrique e a expansão portuguesa, Ed. Franciscana, Braga 1960.

A expansão portuguesa segundo o pensamento do Infante D. Henrique, Ed. Brotéria, Lisboa 1960.

O factor religioso razão jurídica dos Descobrimentos portugueses, Lisboa 1961.

O abade D. Gomes, reformador da abadia de Florença, e as tentativas de reforma dos mosteiros portugueses no século XV, Ed. Abadia de Montserrat, Barcelona 1963.

Mestre Silvestre e Mestre Vicente, juristas das contendas entre D. Afonso II e suas irmãs (n. 1 da colecção *Estudos e Textos da Idade Média e Renascimento*), Ed. Franciscana, Braga 1963.

Canonistarum doctrina de Judaeis et Saracenis tempore Concilii Constantiensis, Ed. Pont. Ateneo Antoniano, Romae 1965.

Quem tratou do matrimónio da Infanta Dona Maria, Urbano V ou Gregório XI?, Ed. Franciscana, Braga 1965.

Estudos sobre Álvaro Pais, Ed. Inst. de Alta Cultura, Faculdade de Letras, Lisboa 1966.

Concordatas portuguesas, Ed. Franciscana, Braga 1966.

Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV (n. 2 da colecção *Estudos e Textos da Idade Média e Renascimento*), Ed. Franciscana, Braga 1967.

Mestre Fr. André do Prado, desconhecido escotista português do século XV, professor nas Universidades de Bolonha e da Cúria Romana, Ed. Faculdade de Filosofia, Braga 1967.

Estudantes portugueses na reitoria do Colégio de S. Clemente de Bolonha na primeira metade do século XV, (*Arquivos de História da Cultura Portuguesa*, vol. III, n. 1), Lisboa 1969.

Theologia et Ius Canonicum iuxta canonistam Alvarum Pelagii (*Acta Conventus Internationalis Canonistarum 1968*), Vaticano 1970.

MARTINHO V

(EL. 11 NOV., COR. 21 NOV. 1417, + 20 FEV. 1431)

SÚPLICAS

ANO OITAVO

(21 NOV. 1424 – 20 NOV. 1425)

AV, REG. SUPPL., VOL. 181 A 193

823

1424, Novembro 30

Nova súplica de Lourenço Anes sobre o priorado do mosteiro de S. Vicente de Fora de Lisboa, por não ter mencionado na primeira que D. João, rei de Portugal, como padroeiro, tinha consentido na eleição.

Reg. Suppl. 181, fl. 8.

Beatissime Pater, quia in originali petitione, cuius copia superius describitur, omissum est fieri mentionem quod electioni de persona Laurentii Johannis ad prioratum sancti Vincentii extra muros Ulixboneñ, de quibus in eodem originali fit mentio, devotissimi filii vestri Johannis Portugalie regis moderni consensus intervenit, qui quidem rex ab ipsius prioratus fundamento in possessione huiusmodi consensum prestandi tamquam patronus semper fuit et est, dignetur S. V. litteras apostolicas super (1) eadem petitione conficiendas cum expressione predicti regis consensus per cancellariam apostolicam expediri mandare de gratia speciali. Et cum aliis clausulis et non obstañ in eadem petitione contentis et aliis clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Decembris, anno octavo.

(1) No ms. *sub*, com sinal de erro.

824

1424, Dezembro

Nova súplica de Pedro Gonçalves sobre a igreja paroquial de S. Tiago de Carvalhais da diocese de Viseu quanto à informação relativa a João Fernandes, clérico da diocese de Viseu, não ter recebido as Ordens sacras dentro do tempo devido, solicitando juízes de fora da diocese.

Reg. Suppl. 181, fl. 32v.

Beatissime Pater. S. V. nuper quamdam supplicationem signavit, per quam committitur ut, si quidam Johannes Fernandi, clericus Visensis diocesis, se non fecit infra tempus a iure statutum ad sacros ordines promoveri, parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Carvalaaes dicte diocesis privaretur et de eadem Petro Gundissalvi, presbytero dicte

diocesis, provideretur. Verum Pater Sancte, quia in diocesi predicta non sunt sibi iudices confidentes, quia nec tutus patet parti accessus, eidem S. supplicatur ut litteras super prefata supplicatione expediri mandare dignemini, cum clausula non obstañ de una vel duabus dietis, etc., de gratia speciali. — *Concessum* (1).

(1) Não traz data. A da súplica anterior e da seguinte é: *Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Januarii, anno octavo.*

825

1424, Dezembro 11

Súplica de Lourenço Afonso, monge do mosteiro de S. Cristóvão de Lafões, em questão com Vicente Lourenço, monge de Alcobaça, sobre o dito mosteiro de Lafões, pedindo a provisão do mosteiro, já que se afirmava nenhum dos contendentes ter direito a ele.

Reg. Suppl. 182, fl. 81v-82.

Beatissime Pater, licet dudum monasterio sancti Christofori de Lafoes Cisterciensis ordinis Visensis diocesis per obitum quondam Gundisalvi, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, fuerit devoto vestro Laurentio Alfonsi, tunc monacho dicti monasterii, ad ipsum monasterium per ipsius conventum electo, auctoritate apostolica vigore litterarum V. S. canonice provisum ac tamen quidam Vincentius Laurentii, etiam assertus monachus monasterii sancte Marie de Alcobacia, predicti ordinis, Ulixbonensis diocesis, asserens sibi de dicto monasterio sancti Christofori sic vacante, antequam prefata electio celebraretur, per dominum Fernandum, abbatem dicti monasterii sancte Marie de Alcobaça, habentem ad hoc speciale mandatum a domino Matheo, abbate monasterii Clarevallis predicti ordinis Lingonensis diocesis, [ad] quem et quemcumque alium abbatem dicti monasterii pro tempore existentem, tamquam patrem abbatem, dicti monasterii sancti Cristofori provisio tam ex institutis predicti ordinis quam ex consuetudine approbata vel legitime observata pertinet, provisum fuisse ac Laurentium predictum in provisione huiusmodi appellasse, quodque electio dicti L[aurentii] ex eo erat invalida et nulla quod ipse L[aurentius] ab uno solo dicti monasterii sancti Cristofori religioso et aliis duobus fugitivis aliorum monasteriorum dicti ordinis religiosis, cum certis pactis illicitis et symoniacis fuerat electus, certas litteras a S. V. extorsit, per quas inter cetera abbati monasterii sancte Marie de Maceyra Visensis diocesis, eius proprio nomine non expresso, mandabatur quod, si sibi constaret de premissis, prefatum L[aurentium] [fl. 82] prefato monasterio sancti Cristofori privaret et de eodem predicto Vincentio provideret, qui super huiusmodi negotio vices commisit Alvaro Fernandi, archidiacono in ecclesia Visensi, qui in huiusmodi causa taliter qualiter procedens, post plura gravamina eidem L[aurentio] illata, ipso L[aurentio] non presente ac defen[sionibus] eius minime receptis nec auditis, sententiam privationis contra ipsum L[aurentium] promulgavit et de dicto monasterio sancti Cristofori prefato V[incentio] providit (1), a qua quidem sententia et etiam prioribus gravaminibus fuit per diversas appellationes etiam extra iudiciales ad sedem apostolicam

appellatum et provocatum, causaque appellationum huiusmodi una cum toto negotio principali per alias V. S. litteras commissa extitit abbati monasterii de Pazoo de Sousa Portugalensis diocesis, eius proprio nomine non expresso, qui adhuc commissum seu mandatum huiusmodi non recepit. Cum autem, Pater Sancte, ab aliquibus asseratur neutri dictorum Laurentii et Vincentii in predicto monasterio sancti Cristofori seu ad illud ius competere dictumque monasterium adhuc vacare censeatur, supplicat S. V. prefatus L[aurentius] quatinus statum litis et cause huiusmodi ac omnium premissorum hic habentes pro sufficienter expresso, prefato abbati de Pazoo vel cuicumque alterii in hac causa iudici vel commissario surrogato vel surrogando ut sibi ex actis cause huiusmodi aut alias legitime constiterit neutri dictorum L[aurentii] et V[incentii] in monasterio predicto sancti Cristofori seu ad illud ius competere, monasterium predictum, cuius fructus indivisi tam quoad abbatem quam etiam conventum dicti monasterii coniunctim ducentorum florenorum auri de camera secundum communem extimationem annuatim non excedunt, sive adhuc per obitum prefati Gundisalvi, sive alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque facto vel persona, aut per constitutionem *Execrabilis* vacet et dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservatum, affectum, devolutum vel alias litigiosum sit, eidem L[aurentio] conferat et assignet ac provideat de eodem, etiam cum habilitatione oportuna, si in premissis pro parte dicti L[aurentii] ex ignorantia iuris vel simplicitate aut alias aliqua illicita pactio vel conditio intervenit. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus monasterii et ordinis predictorum ceterisque quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Decembris, anno octavo.

(1) No ms. *providet* com sinal de erro.

826

1424, Dezembro 16

Vicente Peres, clérigo de Lisboa, pede a igreja paroquial de Várzea do Couto de Arouca, diocese de Lamego, vacante por João Delgado se não ter ordenado sacerdote no prazo de tempo exigido.

Reg. Suppl. 181, fl. 30v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Vincentius Petri, clericus Ulixbonensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia de Varzea in couto de Arouca Lamacensis diocesis, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod quidam Johannes Delgado, olim dictam ecclesiam canonice sibi collatam assecutus illamque per annum et amplius pacifice possidens, se non fecit, impedimento cessante legitimo et nulla dispensatione canonica a sede apostolica obtenta, ad sacerdocium promoveri, sive ut premittitur aut per assecutionem pacificam cuiuscumque alterius beneficii ecclesiastici incompatibilis, quavis auctoritate collati, vel per liberam resignationem

alicuius de illa ubicumque, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, seu alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta et generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservata, affecta seu litigiosa existat, licet dictus Johannes Delgado illam per decem annos vel quasi detinuerit, prout adhuc detinet indebite occupatam, eidem Vincentio dignemini misericorditer providere. Non obstante quadam gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Januarii, anno octavo.

827

1424, Dezembro 27

Súplica de Vicente Peres, clérigo de Lisboa, sobre a igreja paroquial de Calvos da diocese de Braga, vacante por morte de João Vasques.

Reg. Suppl. 181, fl. 37.

Supplicat S. V. devotus orator vester Vincentius Petri, clericus Ulixbonensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia de Calvos Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Johannis Valasci, ultimi rectoris eiusdem, qui veniendo ad Romanam Curiam et in itinere extra duas dietas ab eadem Curia distantes diem suum clausit extremum, sive premisso aut alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservata, affecta, devoluta seu in Romana Curia vel extra eam litigiosa existat, eidem V[incentio] dignemini misericorditer providere. Non obstañ iure quod habet in ecclesia de Varzea, in couto de Arouqua, Lamacensis diocesis, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, quam non possidet et super qua in palatio apostolico litigare intendit, ac quadam gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Januarii, anno octavo.

828-832

1425, Janeiro 3

Súplicas do Infante D. João, a favor de João Esteves, seu familiar e médico, doutor em medicina, reitor da igreja paroquial de S. Mamede de Canelas da diocese do Porto, sobre outro

benefício incompatível; a favor de Bartolomeu Gonçalves, reitor da igreja de S. Salvador de Odemira, escolar de direito canónico, sobre o indulto de receber os rendimentos dos benefícios sem obrigação da residência pessoal; a favor de Henrique Hamerbeken, clérigo da diocese de Colónia, sobre a pluralidade de benefícios; a favor de Martinho Ribeiro, reitor da igreja paroquial de S. João de Gamil da diocese de Braga, seu capelão, também sobre a pluralidade de benefícios; e a favor de Álvaro Gonçalves, clérigo da diocese de Évora, igualmente sobre a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 182, fl. 171v-173.

Supplicat S. V. devotissimus filius et humilis servitor eiusdem S. Johannes, infans, serenissimi principis Portugalie et Algarbii regis moderni natus, quatinus sibi in personam, etc. (1).

Item quatinus sibi in personam dilecti familiaris sui Johannis Stephani, doctoris in medicina, medici et familiaris sui continui commensalis, rectoris parrochialis ecclesie sancti Mometis de Canellas Portugalensis diocesis, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, specialem gratiam facientes, ut unum aliud beneficium curatum seu alias cum predicta parrochiali ecclesia, quam obtinet, incompatibile, etiam si parrochialis ecclesia aut dignitas, personatus vel officium seu administratio cum cura vel sine cura in metropolitana vel cathedrali vel collegiata et dignitas ipsa in eadem metropolitana aut cathedrali maior post pontificalem seu collegiata huiusmodi ecclesiis principalis fuerit, etiam si electiva fuerit, si sibi alias canonice conferatur, vel assumatur ad illum, illam vel illud, libere recipere et quoad vixerit licite retinere illaque seu alterum eorum simul vel [fl. 172] successive, simpliciter vel ex causa permutationis, aut alias quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia, simile vel dissimile, similia vel dissimilia, beneficium vel beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, etiam libere recipere et quoad vixerit licite retinere possit et valeat gratiose dignemini misericorditer dispensare, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et quod aliam gratiam ad duo incompatibilia, in cancellaria apostolica exprimendam, obtinuit, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

829. Item Bartholomeo Gunsalvi, rectori [sancti] Salvatoris de Odimeyra et perpetuo portionario sancti Salvatoris de Beya parrochialium ecclesiarum Elborensis diocesis, scolari in iure canonico, ut in altero beneficiorum suorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, que nunc obtinet et imposterum obtinebit, etiam si canonicatus et prebenda, dignitas, personatus et officium cum cura vel sine cura in metropolitanis, cathedralibus et collegiatis et dignitates ipse in eisdem metropolitanis vel cathedralibus maiores post pontificales ac collegiatis huiusmodi ecclesiis principales fuerint, residendo fructus, etc., ipsorum beneficiorum recipere et licite retinere valeat et possit cum ea integritate, qua illos perciperet, si in ipsis et aliis beneficiis personaliter deserviret, et ad residendum in ipsis a quoquam nullatenus coartetur seu cogatur invitus, gratiose dignemini misericorditer concedere. Constitutionibus apostolicis, etiam statutis et consuetudinibus ecclesie vel ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia fuerint, contrariis, iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque alia firmitate alia vallatis, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat, stando in servitio infantis. O.*

830. Item cum Henrico Hamerbeken, clerico Coloniensis diocesis, cum quo ut, non obstante defectu natalium [quem patitur] de soluto et soluta genitus, ad omnes sacros ordines et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura retinere possit auctoritate apostolica extitit dispensatum, ut, eo non obstante defectu, unum, duo, tria et plura beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebenda ac alterum ipsorum dignitas, personatus, officium vel administratio, etiam curatum vel electivum, in collegiata ecclesia fuerit, si sibi canonice conferantur seu eligatur ad illa, libere recipere et licite retinere possit et valeat illaque simpliciter vel ex causa permutationis aut alias, quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel [fl. 172v] dissimile, similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, libere recipere et licite retinere possit et valeat gratiose dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

831. Item cum Martino Ribeyro, rectore (2) parrochialis ecclesie sancti Johannis de Gomil Bracharensis diocesis, capellano suo, cum quo super defectu natalium, quem [patitur de] (3) presbytero genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura retinere possit auctoritate apostolica extitit dispensatum, vigore cuius dispensationis ad sacros ordines promotus et predictam parrochialem ecclesiam extitit assecutus, ut quodcumque, quecumque et qualiacumque beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates ac personatus, officia vel administrationes in metropolitanis, cathedralibus seu collegiatis et dignitates ipse in eisdem metropolitanis vel cathedralibus maiores post pontificales et in collegiatis huiusmodi ecclesiis curate vel elective, si sibi alias canonice conferantur vel eligatur sive assumatur ad illa, libere recipere et licite retinere possit et valeat illaque, totiens quotiens voluerit, simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, aut alias quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, libere recipere et licite retinere possit et valeat gratiose dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis et in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, ac etiam quod perpetuam portionem sancte Marie de Alcacer Elborensis diocesis auctoritate ordinaria, nulla prehabita dispensatione, noviter obtinuit, prout obtinet, nullos ex illa adhuc fructus percipiendo, et cum non obstañ et clausulis ut supra.

832. Item quatinus cum Alvaro Gunsalvi, clerico Elborensis diocesis, cum quo ut, non obstante defectu natalium de clerico beneficiato et soluta genitus, ad omnes etiam sacros ordines [promoveri] (4) ac beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura retinere possit auctoritate apostolica extitit dispensatum ut, eo non obstante defectu, unum, duo, tria et plura beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura (5), etiam si canonicatus et prebenda ac alterum ipsorum dignitas, personatus, officium vel administratio, etiam curatum et electivum in collegiata ecclesia fuerit, si sibi canonice conferatur seu eligatur ad illud, libere recipere et licite retinere (6) possit et valeat [fl. 173] illaque simpliciter vel ex causa permutationis, aut alias quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, libere recipere et licite retinere possit

et valeat dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Januarii, anno octavo.

---

(1) Na margem esquerda do texto sobre esta súplica incompleta e riscada e sobre outra a seguir, omitida, foi anotado: *Cassata fuit hec una cum certa alia immediate sequenti in originali. Ar.*

(2) No ms. *rectori*, com sinal de erro.

(3) No ms. sinal de erro, a indicar omissão de palavras.

(4) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *promoveri*.

(5) As palavras desde *retinere possit* até *sine cura* vêm na margem esquerda do texto.

(6) No ms. *recipere*.

833

1425, Janeiro 5

Súplica de Fernando Afonso, sacerdote e reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Abragão, da diocese do Porto, sobre mais um benefício compatível e sobre a isenção da residência pessoal nos seus benefícios.

Reg. Suppl. 182, fl. 177v-178.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Fernandus Alfonsi, presbyter et rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Bregom Portugalensis diocesis, cum quo alias ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes ordines posset promoveri et beneficium ecclesiasticum ac beneficia ecclesiastica, duo tantummodo compatibilia, successive libere recipere et licite retinere valeret, etiam si alterum ipsorum curatum foret, auctoritate apostolica extitit misericorditer dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes ordines alias tantum rite fuit promotus et parrochialem ecclesiam sancti Petri de Bregom Portugalensis diocesis auctoritate ordinaria extitit assecutus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, secumque misericorditer dispensantes, unum aliud beneficium compatibile, etiam si canonicatus [fl. 178] et prebenda, dignitas, personatus in collegiatis ecclesiis fuerit, libere recipere et licite retinere valeat necnon ut litterarum studio in loco ubi illud vigeat generale vel particulare insistendo, aut in Romana Curia, obtenti et obtinendorum residendo, fructus, etc., ipsorum vel quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, que nunc obtinet vel in futurum obtinere in quibusvis ecclesiis contigerit, sive locis, etiam si canonicatus et prebenda, dignitas, personatus vel officium in collegiatis ecclesiis existat, residentiam facere minime teneatur, nec ad id quovis modo per Ordinarium seu Ordinarios ratione beneficiorum huiusmodi compelli valeat predictosque fructus, etc., beneficiorum obtentorum et in futurum obtinendorum libere recipere et licite retinere valeat ac si in eisdem personaliter resideret aut in aliquo ipsorum seu ipsorum quolibet quodque fructus, etc., predictorum beneficiorum obtentorum et obtinendorum in futurum perpetuo (1) vel ad firmam seu ad certum tempus locare et arrendare valeat pro certo annuo censu seu pro certa pensione vel ad

tempus certum de vestra gratia speciali concedere dignemini secumque misericorditer dispensare, provincialibus seu synodalibus et apostolicis constitutionibus, consuetudinibus et statutis de prima residentia faciendo et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque, signantes, Pater Sancte, per *Fiat ut petitur et dispensamus.—Fiat ut petitur et dispensamus. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonis Januarii, anno octavo.

---

(1) No ms. sinal de erro.

834-835ª

1425, Janeiro 15

João Gomes da Silva, barão da diocese de Coimbra e conselheiro de D. João, rei de Portugal, pede a dispensa de ilegitimidade e a pluralidade de benefícios para os seus filhos Diogo Gomes, escolar de Lisboa, João Gomes e Rodrigo Gomes.

Reg. Suppl. 182, fl. 265v-266.

Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Gometii de Silva, baro et miles de consilio domini regis Portugalie Colimbriensis diocesis, quatinus sibi in personam Didaci Gometii, filii sui, dicte diocesis, Ulixbonensis scolaris, specialem gratiam facientes, secum super defectu natalium quem patitur de eo coniugato genitus et soluta, ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et quotcumque, quecumque et qualiacumque beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia cum cura vel sine cura in metropolitanis, cathedralibus et collegiatis et dignitates ipse in eisdem metropolitanis et cathedralibus maiores post pontificales ac collegiatis huiusmodi ecclesiis principales fuerint, et ad ea consueverint qui per electionem assumi, si sibi alias canonice conferantur, [fl. 266] vel assumatur ad illa, libere recipere et licite retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, vel alias totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam libere et licite retinere possit et valeat dignemimi misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis contrariis, iuramento, confirmatione apostolica, [etc.], et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum non obstañ et clausulis oportunis.

835. Item similiter ut superius cum Johanne Gometii, eius filio, de eo coniugato genitus et soluta dignemini misericorditer dispensare.

835.ª Item similiter ut superius cum Roderico Gometii, eius filio, de eo coniugato genitus et soluta, dignemini misericorditer dispensare.

Fiat pro omnibus tribus. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Februarii, anno octavo.

836

1425, Janeiro 29

Vicente Peres, clérigo de Lisboa, solicita a igreja paroquial de S. Martinho de Rio de Moinhos da diocese do Porto, concedida em comenda pelo papa João XXIII durante dez anos a Vasco Afonso, cónego do mosteiro de S. Torcato da diocese de Braga, cuja comenda estava para expirar e a este fora concedida por morte de Gonçalo Afonso, ocorrida em Roma.

Reg. Suppl. 182, fl. 292.

Beatissime Pater, dudum vacante parrochiali ecclesia sancti Martini de Ryo de Moynhos Portugalensis diocesis per obitum quondam Gunsalvi Alfonsi, in districtu Urbis defuncti, et dispositioni apostolice reservata, felicis recordationis Johannes papa xxiii (1) illam Valasco Alfonsi, canonico monasterii sancti Torkate ordinis sancti Augustini Bracharensis diocesis, tunc super prioratu sancti Salvatoris de Frixio ordinis et diocesis predictorum in Romana Curia litiganti, per ipsum quousque dictum prioratum evincerit (2) illumque assequeretur et ex tunc usque ad decennium etiam cum prioratu predicto tenendam et regendam commendavit, verum, Pater Sancte, cum commenda huiusmodi, lapso dicto decennio, in brevi expirare speretur, supplicat S. V. humilis et devotus vester Vincentius Petri, clericus Ulixbonensis, quatinus sibi de ecclesia predicta, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, lapso dicto decennio, sive premisso, sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, sive per constitutionem *Execrabilis* vacet, ac alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta seu litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ iure quod habet in ecclesia de Varzea, in couto de Arouqua, Lamacensis diocesis, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium similium secundum dictam extimationem valorem annuum non excedunt, quam non possidet et super qua in palatio apostolico litigare intendit, ac quadam gratia expectativa, in cancellaria declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Februarii, anno octavo.

(1) Baldassar Cossa, cardeal diácono do título de Santo Eustáquio, eleito papa a 17 de Maio de 1410 e consagrado a 25 do mesmo mês, tendo sucedido a Alexandre V. Foi deposto pelo Concílio de Constança no dia 29 de Maio de 1415 e depois da sua declaração de obediência a Martinho V, foi feito cardeal bispo de Frascati a 23 de Junho de 1419. Morreu a 23 de Dezembro de 1419. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, ed. altera, Monasterii, 1913, p. 32, 50.

(2) No ms. sinal de erro.

837

1425, Janeiro 30

Estêvão Pimenta, perpétuo porcionário da igreja de S. Vítor da diocese de Braga, pede a confirmação do canonicato e prebenda de Braga ou nova provisão dos mesmos, que

obtivera em virtude da permuta aceite pelo arcebispo de Braga, feita entre ele e Álvaro Peres, cónego de Braga.

Reg. Suppl. 181, fl. 112v.

Beatissime Pater, licet devoti vestri Alvarus Petri, canonicus Bracharensis, et Stephanus Pimenta, perpetuus portionarius [ecclesie] sancti Victoris Bracharensis diocesis canonicatum et prebendam ac portionem predictas, quas tunc obtinebant, in manibus reverendi patris domini archiepiscopi Bracharensis ex causa permutationis inter eos faciende, sponte resignaverint dictusque Stephanus eosdem canonicatum et prebendam sic ut [premittitur] (1) vacantes per dictum reverendum patrem sibi collatos assecutus fuerit, timet tamen dictus Stephanus collationem et assecutionem ac inde secuta ceteraque premissa certis de causis viribus non subsistere, supplicat igitur eidem S. V. idem Stephanus quatinus collationem et alia premissa rata habentes et grata, sibi de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive adhuc ut premittitur, sive alio quovis modo seu ex alterius cuiuscumque aut per liberam alicuius in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario et testibus sponte factam resignationem vacent, et generaliter vel specialiter reservati, affecti et cuius statum, etc., litigiosi sint, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluti (*sic*) sint (*sic*), de novo misericorditer dignemini providere, cum non obstañ et clausulis oportunis, non obstante gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria S. V. exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Februarii, anno octavo.

(1) No ms. *ut*, com sinal de erro.

838

1425, Janeiro 30

Estêvão Peres, reitor da igreja paroquial de Santo André de Lisboa, renova o pedido sobre a supressão de certas porções da mesma igreja, incorporando-as na dita igreja, cujos rendimentos eram fracos.

Reg. Suppl. 182, fl. 99v-100.

Beatissime Pater, dudum Alexandro quinto (1) et successive Johanni vicesimo tertio (2), Romanis pontificibus, sic in eorum obedientia nuncupatis, exposito pro parte devoti oratoris vestri Stephani Petri, rectoris parrochialis ecclesie sancti Andree Ulixboñ, quod cum propter guerras, pestilentias et sterilitates que partes [illas] (3) diutius afflixerunt, fructus, redditus et proventus dicte ecclesie adeo erant effecti tenues et exiles quod ipse aut alius rector existens pro tempore in eadem ex fructibus ipsis sustentari commode et

episcopalia iura persolvere ac alia incumbentia sibi onera supportare non poterat, eisdem etiam Alexandro et Johanni pro parte ipsius Stephani rectoris extitit supplicatum ut ipsi duas ex perpetuis portionibus ipsius ecclesie, in qua nonnulle perpetue portiones fore noscuntur, primo vacaturas supprimere ipsarumque fructus, redditus et proventus rectorie ipsius ecclesie et eius rectori pro tempore existenti incorporare, unire et annectere dignarentur, ipsique Romani pontifices ut premittitur successive duas ex huiusmodi portionibus ob causas predictas supprimere et earum fructus, etc., prefate ecclesie incorporari, uniri et annecti mandarunt, prout in eorum exinde diversis confectis litteris apostolicis et processibus habitis per easdem, quarum quorumque tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expresso, plenius continetur et subsequenter, vacante quadam ex portionibus huiusmodi in eadem ecclesia per obitum quondam Alvari Alfonsi, in prefata ecclesia portionarii, extra Romanam Curiam defuncti, idem Stephanus rector portionem ipsam, litterarum apostolicarum et processuum predictorum vigore, [fl. 100] eidem ecclesie uniri, incorporari et annecti procuravit et fecit, fructus, etc., ipsius portionis, tamquam dicte sue rectorie annexos, percipiendo et levando, prout percipit et levat etiam de presenti. Dignetur igitur S. V. incorporationem, unionem et annexionem predictas et omnia inde secuta grata et rata habere ac apostolica auctoritate confirmare, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, necnon etiam portionem predictam sic ut prefertur annexam, sive ut premittitur, sive per obitum quondam Ludovici Alfonsi, etiam dicte ecclesie perantea portionarii, aut alias quovis modo et per cuiuscumque alterius personam vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut ipsius sedis dispositioni specialiter vel generaliter reservata existat, super ea quoque in predicta Curia vel extra eam lis, cuius statum hic etiam habere dignemini pro expresso, pendeat indecisa, eidem ecclesie eiusque rectorie ac rectori pro tempore existenti de novo incorporare, unire et annectere, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et commitatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Februarii, anno octavo.

---

(1) Pedro de Candia, franciscano, arcebispo de Milão, cardeal presbítero da basílica dos Doze Apóstolos, eleito papa em Pisa a 26 de Junho de 1409, após a deposição de Gregório XII. Foi coroado a 7 de Julho do dito ano e morreu em Bolonha a 3 de Maio de 1410. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 32, 40, 333.

(2) Cf. nota 1 do n.º 836.

(3) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *illas*.

839

1425, Fevereiro 7

Vicente Peres, clérigo de Lisboa, pede o canonicato e prebenda de Braga, vacantes por morte de Antão Ramos.

Reg. Suppl. 181, fl. 126v-127.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Vincentius Petri, clericus Ulixbonensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Bracharen-

sis, quorum fructus, etc., sexaginta florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacantibus per obitum quondam Antonii Ramos, ipsorum canonicatus et prebende ultimi veri possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, sive [fl. 127] alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona sive facto aut per constitutionem *Execrabilis* vacent, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta et generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservati, affecti seu inter aliquos in dicta Curia vel extra eam litigiosi existant, cuius litis statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, eidem Vincentio dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod eadem S. nuper eidem V[incentio] de parrochiali ecclesia sancti Martini de Ryo de Moynhos Portugalensis diocesis, tunc certo modo vacante vel vacatura, provideri concessit, cuius sexaginta, ac iure quod habet in ecclesia de Varzea, in couto de Arouqua, Lamecensis diocesis, cuius octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum dictam extimationem, fructus, etc., valorem annuum non excedunt, super qua in palatio apostolico litigare intendit et quas non possidet, ac quadam gratia expectativa, in cancellaria declaranda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Februarii, anno octavo.

840

1425, Fevereiro 12

D. Fernando, arcebispo de Braga, e D. Antão, bispo do Porto, pedem a faculdade de obrigarem os seus diocesanos por meio de penas eclesiásticas a pagarem certas contribuições costumadas.

Reg. Suppl. 181, fl. 132.

Beatissime Pater, cum archiepiscopus Bracharensis et episcopus Portugalensis, qui pro tempore fuerunt, a tantis temporibus citra quorum memoria hominum in contrarium non habetur, quilibet in sua diocesi, certos redditus, vodos alias vota nuncupatos, in certis grani et vini mensuris, in aliquibus locis magis, in aliis vero minus secundum eorum consuetudines, et casalia que habent, percipere pacifice et quiete ab incolis dictarum diocesum consueverunt, tamen, certis potentibus laicis illarum partium dictis incolis faventibus, iidem incole redditus predictos per consuetas mensuras solvere recusant, sed ipsos in minoribus mensuris prestant, ex quibus Bracharensis et Portugalensis ecclesie eorumque prelati nimiam patiuntur iacturam, idcirco supplicant S. V. devote facture vestre Fernandus, archiepiscopus Bracharensis (1), et Antonius, episcopus Portugalensis (2), quatinus alicui probo viro in partibus committere dignemini et mandare quod de premissis summarie, simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, se informet et si premissa reperierit (3) fore vera, incolas predictarum diocesum ad solvendum archiepiscopo et episcopo predictis eosdem redditus, vodos seu vota, ut prefertur nuncupata, plenarie et integre etiam mensuras, quibus a tantis temporibus, quorum hominum memoria in contrarium non habetur, solvere consueverant, per censuram ecclesias-

ticam et alia iuris remedia et quoscumque alios in premissis quomodolibet eis prestantes auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, directe vel indirecte, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis existant, etiam si quacumque alia prefulgeant dignitate, auctoritate apostolica compellat et astringat, constitutionibus apostolicis etiam de una et de duabus dietis in concilio generali et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Februarii, anno octavo.

---

(1) D. Fernando Pires da Guerra, estudante de direito canónico e civil nos Estudos Gerais de Bolonha e de Pádua, nomeado bispo de Silves em 1409, donde foi transferido por João XXIII em Junho de 1414 para a catedral e diocese do Porto. Morto D. Martinho Afonso, arcebispo de Braga, foi encarregado da administração da arquidiocese pelo rei D. João I e pelo cabido, porque vagava a sé apostólica. Martinho V transferiu-o definitivamente para a sé de Braga em Dezembro de 1417. Morreu em Setembro de 1467, tendo-lhe sucedido no governo da diocese D. Luís Pires, bispo de Évora, transferido para Braga em 1468. Cf. SOUSA COSTA, A. D. DE, *Estudantes portugueses na reitoria do Colégio de S. Clemente de Bolonha na primeira metade do século XV*, em *Arquivos de História da Cultura Portuguesa*, vol. III, n.º 1, Lisboa, 1969, p. 20-42. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 144, 407, 452, II, ed. altera, Monasterii, 1914, p. 110.

(2) Antão Martins, deão de Évora, familiar e cubiculário do papa, nomeado bispo do Porto, sucedendo a D. Vasco Peres, a 10 de Março de 1423 por Martinho V. Depois de ter exercido a missão de legado de Eugénio IV, durante o Concílio de Basileia-Ferrara-Florença, na embaixada aos Gregos, foi elevado à dignidade cardinalícia com o título de cardeal presbítero de S. Crisógono a 18 de Dezembro de 1439. Porque seguia o papa, o Concílio rebelde de Basileia depôs D. Antão, o qual veio a morrer em Julho de 1447. Sucedeu-lhe no bispado do Porto D. Gonçalo Anes de Óbidos em Agosto de 1447. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 407, II, p. 8, 62, 218.

(3) No ms. sinal de erro.

841

1425, Fevereiro 14

Estêvão Peres, reitor da igreja paroquial de Santo André de Lisboa, renova o pedido da incorporação de certas porções na sobredita igreja, por não ter indicado o valor das mesmas.

Reg. Suppl. 181, fl. 134v-135.

Beatissime Pater, cum per inadvertentiam in quadam supplicatione pro devoto vestro Stephano Petri, rectore parrochialis ecclesie sancti Andree Ulixboneñ, super confirmatione, suppressione et appropriatione duarum ex certis portionibus eiusdem ecclesie, duabus aliis portionibus ipsius ecclesie rectori pertinentibus appropriandis, per S. V. alias signata, valor [fl. 135] fructuum, etc., appropriandarum et earum, quibus appropriande sunt, portionum expressus non fuerit, dignetur S. V. litteras apostolicas super huiusmodi supplicatione conficiendas cum expressione quod fructus huiusmodi pro qualibet portionum huiusmodi duodecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, expediri mandare gratiose. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo sexto Kalendas Martii, anno octavo.

842

1425, Fevereiro 15

Súplica de João de Vila Real, reitor da igreja paroquial de S. Lourenço de Santarém, sobre o canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes por morte de Vasco de Freitas e ocupados por Gonçalo Anes, bacharel em decretos.

Reg. Suppl. 181, fl. 156-156v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes de Villa Real, rector parrochialis ecclesie sancti Laurentii Santarenensis Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, vacantibus per obitum Valasci de Freytas, extra Romanam Curiam defuncti, quos quidam Gunsalvus Johannis, bacallarius in decretis, detinuit, prout detinet indebite occupatos, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum, absenti et in eis (1) non residenti communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive per resignationem factam de ipsis ex causa permutationis per quemdam Nunium (2) Gunsalvi, in eis ius habere pretendentem (3), pro quodam beneficio eiusdem ecclesie quartanaria nuncupato, [fl. 156v] cum eisdem canonicatu et prebenda incompatibili, quod idem Gunsalvus possidebat, seu alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservati, devoluti aut litigiosi sint, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod predictam parrochialem ecclesiam et quoddam beneficium ecclesiasticum, quartanaria nuncupatum, in ecclesia Ulixbonensi obtinet, ac quod de quodam alio beneficio, media canonica nuncupato, in ecclesia Visensi sibi obtinuit auctoritate apostolica provideri, quorum omnium fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum absenti et in eis non residenti communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria S. eiusdem exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Martii, anno octavo.

---

(1) No ms. *ea.*
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. *pretendenti*, com sinal de erro.

843

1425, Fevereiro 20

Súplica do clérigo nobre João Teixeira (?) sobre a meia prebenda da igreja de Lisboa e expedição das respectivas letras apostólicas.

Reg. Suppl. 181, fl. 160.

Reformatio nobilis Johannis Feyreyra (*sic*) clerici, etc., de et super media prebenda in ecclesia Ulixbonensi (1).

Beatissime Pater, quia a nonnullis asseritur tam Petrum Laurentii in supplicatione, cuius copia prescripta est, per S. V. signata, nominatum quam aliquos similibus mediis prebendis in supradicta ecclesia Ulixbonensi, prebendatos etiam medios canonicatus inibi obtinere et medios canonicos nuncupari, supplicat eidem S. suprascriptus Johannes quatinus litteras apostolicas super predicta supplicatione conficiendas de huiusmodi mediis canonicatu et prebenda, quos idem P[etrus] in manibus eiusdem S. resignare proponit ut prefertur et de presenti resignat in quantum opus sit expediri mandare dignemini de gratia speciali, cum non obstañ et clausulis in eadem supplicatione contentis et aliis oportunis. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Martii, anno octavo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

844

1425, Março 8

Súplica de João de Vila Real, reitor da igreja paroquial de S. Lourenço de Santarém, sobre o canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes por morte de Vasco de Freitas e ocupados indevidamente, havia mais de vinte anos, por Gonçalo Anes, bacharel em decretos.

Reg. Suppl. 181, fl. 209v-210.

Supplicat S. V. devotus orator Johannes de Villa Real, rector parrochialis ecclesie sancti Laurentii Santarenensis Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, vacantibus per obitum Valasci de Freytas, [fl. 210] extra Romanam Curiam defuncti, quos quidam Gunsalvus Johannis, bacalarius in decretis, per viginti annos et ultra detinuit, prout detinet indebite occupatos, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum absenti et in eis (1) non residenti communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive per resignationem factam de ipsis ex causa permutationis per quemdam Nunium Gunsalvi, in eis ius habere pretendentem (2), quodam beneficio eiusdem ecclesie, quartanaria (3) nuncupato, cum eisdem canonicatu et prebenda incompatibili, quod idem Gunsalvus possidebat, seu alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservati, devoluti aut litigiosi sint, eidem Johanni dignemini misericorditer providere, non obstañ quod predictam parrochialem ecclesiam et quoddam beneficium ecclesiasticum, quartanaria nuncupatum, in ecclesia Ulixbonensi obtinet, ac quod de quodam alio beneficio, media canonia nuncupato, in ecclesia Visensi sibi obtinuit auctoritate apostolica provideri, quorum omnium fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum absenti et in eis non residenti communi extimatione

valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria eiusdem S. exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Martii, anno octavo.

(1) No ms. *ea*, com sinal de erro.
(2) No ms. *pretendenti.*
(3) No ms. *quartanarie.*

845

1425, Março 26

D. Antão Martins, bispo do Porto, pede a faculdade de poder visitar a sua diocese por outras pessoas e receber as respectivas procurações, durante sete anos.

Reg. Suppl. 181, fl. 256v.

Beatissime Pater, nuper S. V. devote creature vestre Antonio, episcopo Portugalensi (1), visitandi suas civitatem et diocesim, quotiens visitationis officium ingrueret, etiam duas, tres et quatuor ecclesias aut monasteria in una die, per aliam seu alias personas ydoneas et procurationes ratione huiusmodi visitationis debitas in numerata pecunia requirendi licentiam concessit, prout in originali petitione plenius continetur. Verum, Pater Sancte, quia in eadem petitione que per *Fiat ut petitur* signata est, nullum tempus est expressum ad quantum huiusmodi gratia se extendere debet, supplicat igitur S. V. idem episcopus quatinus litteras apostolicas super huiusmodi gratia conficiendas ad septennium expediri mandare dignemini de gratia speciali, non obstantibus quibuscumque et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Aprilis, anno octavo.

(1) Cf. nota 2 do n.º 840.

846

1425, Abril 26

Súplica de João Lourenço sobre nova provisão da igreja paroquial de S. Salvador de Canedo da terra de Barroso, que obtivera após apresentação do abade e mosteiro de S. Miguel de Refojos de Basto.

Reg. Suppl. 181, fl. 276.

Beatissime Pater, alias parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Canedo terre de Baroso Bracharensis diocesis per assecutionem cuiusdam Johannis Johannis, alterius ecclesie parrochialis sancti Jacobi de Ranfe dicte diocesis, ultimi possessoris eiusdem, vacante,

devotus vester Johannes Laurentii ad eamdem parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris per venerabiles et religiosos viros abbatem et conventum monasterii sancti Michaelis de Roffeyos (*sic*) ordinis sancti Benedicti dicte diocesis extitit presentatus, cuius vigore, dictam parrochialem ecclesiam extitit assecutus, dubitat tamen idem Johannes Laurentii presentationem ac assecutionem huiusmodi et quecumque exinde secuta certis ex causis viribus non subsistere seque imposterum super dicta ecclesia molestari posse. Supplicat igitur S. V. dictus Johannes Laurentii quatinus presentationem, assecutionem aliaque predicta rata habentes et grata illamque et illa ex vestra certa scientia approbare et confirmare sibique de dicta parrochiali ecclesia sancti Salvatoris, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per assecutionem huiusmodi aut liberam resignationem vel mortem alterius cuiuscumque persone, sive alio quovis modo, et per quamcumque aliam personam vel constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias dispositioni sedis predicte generaliter vel specialiter reservata, affecta, etiam si litigiosa existat, et super ea in Romana Curia vel extra eam lis inter quoscumque, cuius litis et cause statum presentibus habere dignemini pro expresso, pendeat seu remanserit indecisa, eidem Johanni Laurentii dignemini misericorditer de novo providere, non obstante gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria S. V. declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Maii, anno octavo,

847

1425, Maio 5

Vasco Esteves, perpétuo vigário da igreja paroquial de S. Tomé de Lisboa, pede a graça de reter esta vigararia com outros quaisquer benefícios.

Reg. Suppl. 185, fl. 46-46v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Velascus Stephani, perpetuus vicarius parrochialis ecclesie sancti Thome Ulixboneñ, quatinus sibi vicariam eiusdem parrochialis ecclesie, cui cura imminet animarum, et quecumque alia beneficia [fl. 46v] ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes perpetue vel officia etiam electiva cathedralium et collegiatarum ecclesiarum ac dignitates ipse in cathedralibus maiores post pontificales et in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint, que nunc obtinet et imposterum obtinebit, cum quocumque seu quibuscumque personis ecclesiasticis pro illo seu aliis similibus vel dissimilibus beneficiis ecclesiasticis permutandi ac sibi et personis cum eo permutare volentibus ut beneficia sua permutanda ex causa permutationis in manibus cuiuscumque seu quorumcumque prelati seu prelatorum, per eos ad hoc communiter eligendorum, resignandi ipsisque prelatis resignationem huiusmodi ex causa prefata admittendi et permutandi (*sic*) ad beneficia prefata transferendi dictaque beneficia personis prefatis conferendi, Ordinarii sive

Ordinariorum ac alterius vel aliorum quorumcumque licentia super hoc minime requisita, licentiam concedere dignemini et auctoritatem de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum, etc., necnon aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat pro utroque ex causa permutationis et infra biennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Maii, anno octavo.

848-849

1425, Maio 13

João Vasques, reitor da igreja paroquial de S. Lourenço de Calvos da diocese de Braga, implora a pluralidade de benefícios. João Gomes, clérigo da diocese de Braga e bacharel em decretos, pede idêntica graça.

Reg. Suppl. 185, fl. 101-101v.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Velasci, rector parrochialis ecclesie sancti Laurentii de Calvis Bracharensis diocesis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura libere recipere et licite retinere possit et valeat auctoritate apostolica extitit dispensatum, quatinus sibi ampliorem gratiam facientes, secum ut, predicto defectu non obstante, quecumque, qualiacumque et quotcumque beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebenda, dignitas, personatus, officium vel administratio in metropolitana, cathedrali seu collegiata et dignitas ipsa in eisdem metropolitanis seu cathedralibus maior post pontificalem ac collegiatis huiusmodi ecclesiis principalis, curata et electiva fuerit, si sibi alias canonice conferatur, seu assumatur vel eligatur ad illam, illum vel illud, libere recipere et licite retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, possit et valeat gratiose dignemini misericorditer auctoritate apostolica dispensare. Non obstante dicta ecclesia, cuius fructus, [etc.], quindecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obstañ et cum clausulis oportunis.

849. Supplicat S. V. devotus vester Johannes Gometii, clericus Bracharensis diocesis, bacallarius in decretis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut unum dumtaxat beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura libere recipere et licite retinere possit et valeat auctoritate apostolica extitit dispensatum, quatinus sibi ampliorem gratiam facientes, secum ut, predicto defectu non obstante, quecumque, qualiacumque et quotcumque beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebenda, dignitas, personatus, officium vel administratio in metropolitana, cathedrali seu collegiata et

dignitas ipsa in eisdem metropolitanis seu cathedralibus maior post pontificalem ac collegiatis huiusmodi ecclesiis principalis et curata et electiva fuerit, si sibi alias canonice conferatur, seu assumatur vel eligatur ad illam, illum vel illud, libere recipere et licite retinere illaque [fl. 101v] simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, possit et valeat gratiose dignemini misericorditer auctoritate apostolica dispensare. Non obstante parrochiali ecclesia sancte Marie de Ydaans Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., sexaginta librarum [Turonensium parvorum] (1) communi extimatione valorem annuum non excedunt, quam obtinet, ac dicto defectu natalium, quem patitur, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Maii, anno octavo.

---

(1) No ms. sinal de erro depois da palavra *librarum*, talvez a indicar a omissão de *Turonensium parvorum*.

850

1425, Maio 15

Gomes Lourenço, bacharel em decretos, sacerdote e reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Manhouce da diocese do Porto, pede mais um benefício eclesiástico incompatível.

Reg. Suppl. 192, fl. 254-254v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Gometius Laurentii, in decretis bacallarius necnon presbyter et rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Manhoce Portugalensis diocesis, quatinus cum eo ut una cum dicta sua parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., [fl. 254v] viginti quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, incompatibile beneficium ecclesiasticum, etiam si dignitas, personatus vel officium cum cura in metropolitana vel cathedrali ecclesiis aut parrochialis ecclesia fuerit, ad septennium simul recipere et retinere et incompatibilia huiusmodi simpliciter vel ex causa permutationis, totiens quotiens voluerit, simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, duo tantum invicem incompatibilia, etiam si due parrochiales ecclesie aut dignitates fuerint, etiam recipere et retinere libere et licite valeat misericorditer dignemini de gratia speciali dispensare, constitutionibus, ordinationibus ac regula cancellarie et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 258v]

... ...

Fiat ut petitur pro presentibus, pro absentibus ad biennium. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Maii, anno octavo.

851-852

1425, Maio 20

D. João, rei de Portugal, e o Infante primogénito D. Duarte pedem que o mosteiro de S. João de Alpendurada seja destinado à Observância beneditina, para cujo fim fizeram vir de Itália 18 *monges com o abade, com a revogação da comenda que D. Lourenço, bispo de Mégara, aí possuía, de forma que os monges possam instaurar nele a vida regular e eleger o abade à semelhança dos monges de Monte Olivete. Frei Estêvão de Aguiar e Frei Fernando Falcão, beneditinos, antigamente militares, pedem dispensa de irregularidade por terem intervido em guerras, para receberem todas as Ordens e serem promovidos a dignidades mesmo abaciais*

Reg. Suppl. 185, fl. 188v-189. Publicadas por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *D. Gomes, reformador da abadia de Florença, e as tentativas de reforma dos mosteiros portugueses no século XV*, p. 124, nota 143.

Beatissime Pater, nuper devotissimi eiusdem S. et sancte Romane Ecclesie humilimi filii rex Portugalie et illius primogenitus, in augmentum fidei catholice, religionis propagationem et religiosarum inobservantia difformatarum personarum in regno Portugalie ad ipsius observantie reductionem, nonnullos monachos ordinis sancti Benedicti sub regulari observantia ipsius ordinis Altissimo reddentes vota, de partibus Italie ad ipsum regnum venire procurarunt, prout decem et octo monachi cum abbate, precibus regis et primogeniti predictorum, ipsum regnum ulsitarunt (1). Verum, Pater Beatissime, cum pro ipsis monachis locus congruus sive monasterium capax de novo constructum non fuerit foretque monasterium sancti Johannis de Alpendorada eiusdem ordinis Portugalensis diocesis, reverendo patri Laurentio, episcopo Megarensi (2), quoad vixerit commendatum, pro dictorum monachorum receptione, cohabitatione et necessariis multipliciter commodosum et alias S. V. prefato episcopo partem fructuum ecclesie Pacensis in eodem regno consistentium similiter commendaverit, unde poterit sustentari, supplicant eidem S. rex et primogenitus predicti quatinus, commendam de ipso monasterio revocantes, illudque cum omnibus iuribus et pertinentiis suis prefatis monachis assignare eorumque usui et cohabitationi sub observantia regulari ipsius ordinis vivendo deputare eisque ut singulis annis abbatem eligere et alia statuere et ordinare valeant ad instar monachorum Montis Oliveti concedere dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et revocamus, reservata eidem pensione ducentorum florenorum, de quibus debeat securari. O.*

852. Beatissime Pater, dudum devoti vestri Stephanus de Aguiar et Fernandus Falcam ordinis sancti Benedicti professi, rebus militaribus et artibus armorum insistentes, tandem milites effecti, bellis et aliis guerris, ubi homicidia, incendia, strages et spolia perpetrata sunt, interfuerunt, licet manibus propriis neminem interfecerunt, nec animo quemquam interficiendi bella secuti sunt, sed, ob frugem vite sanctiorem, mundanis abiectis illecebris, ordinem ipsum expresse sunt professi; ut igitur in illo animas Deo lucrifaciant et illi magis sua vota reddere valeant, supplicat eidem S. humilime rex prefatus quatinus cum eisdem S[tephano] et F[ernando] ut ad omnes [fl. 189] etiam sacros ordines promoveri et ad dignitates, etiam abbatiales, administrationes et officia dicti ordinis eligi, recipi et

admicti valeant, premissis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, dignemini misericorditer dispensare, cum clausulis oportunis. — *Fiat pro utroque. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Junii, anno octavo.

---

(1) No ms. sinal de erro.

(2) Lourenço Afonso, mestre em teologia e eremita de Santo Agostinho, nomeado bispo de Mégara a 9 de Julho de 1410, por João XXIII, que lhe concedeu a comenda do mosteiro de S. João de Alpendurada. Sucedeu-lhe D. André Dias de Escobar, dominicano e mestre em teologia, passado à Ordem de S. Bento, professor e penitenciário na Cúria dos vários papas das diversas obediências, durante o Cisma, nomeado bispo de Cidade Rodrigo por Gregório XII em 1408, sé que não chegou a possuir, e bispo titular de Tabor por Bento XIII, transferido para a sé de Ajácio na Sardenha por Martinho V em Setembro de 1422, que o transferiu a 5 de Maio de 1428 para a sé titular de Mégara, concedendo-lhe a comenda do mosteiro de S. João de Alpendurada, vindo a morrer em Portugal em 1451. Cf. SOUSA COSTA, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, (Estudos e Textos da Idade Média e Renascimento, 2)*, Roma-Porto 1967. EUBEL, C., *Hierarchia Cotholica Medii Aevi*, I, 71, 190, 333, 471, nota 1.

853

1425, Maio 21

Rafael de Palestrelo, reitor da igreja paroquial de Santa Marinha de Lisboa, nobre e bacharel em ambos os direitos, pede outro qualquer benefício incompatível com a dita igreja.

Reg. Suppl. 188, fl. 6v-7.

Supplicat S. V. devotus vester Raphael de Palustrelus, rector parrochialis ecclesie sancte Marine Ulixbonensis, bacalarius utriusque iuris, de nobili genere procreatus, quatinus sibi ut una cum dicta parrochiali ecclesia quodcumque aliud beneficium, cum dicta ecclesia incompatibile, etiam si dignitas, personatus, perpetua administratio, vel officium cum cura vel sine cura in metropolitana, cathedrali seu collegiata ecclesiis, aut alia parrochialis ecclesia et dignitas huiusmodi in metropolitana vel cathedrali maior post pontificalem seu in collegiata ecclesiis huiusmodi principalis ac curata et electiva fuerit, si sibi alias canonice conferatur, vel eligatur aut assumatur ad illam, illum vel illud, recipere et retinere [fl. 7] [illaque, simpliciter] vel ex causa permutationis, [totiens quotien]s sibi placuerit, simul vel successive dimi[ttere] et loco dimissi [vel dimissorum] aliud vel alia, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, duo tantum invicem incompatibilia, etiam si ipsa duo beneficia due parrochiales ecclesie fuerint, etiam recipere et retinere libere et licite valeat quoad vixerit dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ quod predictam ecclesiam ac quamdam perpetuam portionem sine cura in parrochiali ecclesia sancti Michaelis de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis, quarum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, obtinet, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, si quam habeat. Et cum ceteris aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Junii, anno octavo.

854-861

1425, Maio 30

D. João I, rei de Portugal, o qual tinha obtido que o Geral da Ordem do Carmo nomeasse vigário geral de todos os conventos da Ordem em Portugal a Frei Afonso de Alfama, isentando-os totalmente do poder do provincial de Castela, pede a confirmação dessas determinações. Pede também faculdade para fundar dois mosteiros da mesma Ordem. O Infante D. Duarte suplica ao papa que ceda a Tomé de Fóios e eremitas de Rio Mourinho da diocese de Évora faculdade de fundarem outro ermitério em lugar mais saudável. João Vasques, secretário de D. Duarte, implora a confirmação do arrendamento que o prior e cónegos do mosteiro de S. Vicente de Fora de Lisboa lhe fizeram duma propriedade de Benfica. Álvaro Falcão, clérigo de Évora, ilegítimo, pede dispensa para ser promovido às Ordens sacras e receber vários benefícios. Os eremitas de Montemuro da diocese de Évora pedem a isenção das décimas dos campos por eles amanhados, o indulto de altar portátil e de se confessarem ao sacerdote que escolherem e a indulgência plenária em artigo de morte.

Reg. Suppl. 185, fl. 189-190v.

Beatissime Pater, dudum devotus vester Johannes, magister generalis ordinis fratrum sancte Marie de Monte Carmeli, pro bono pacis, precibus serenissimi regis Portugalie, devotum vestrum Alfonsum de Alphama, fratrem monasterii fratrum Ulixboneñ dicti ordinis vicarium generalem super omnes et singulos dicti conventus dicti ordinis in regnis Portugalie et Algarbii consistentes, cum plenaria potestate omnia et singula faciendi que possent priores provinciales facere in suis provinciis ac etiam recipiendi novos conventus in eisdem regnis ac alia faciendi que ipse facere posset, fecit et ordinavit, necnon omnes et singulos conventus predictos et fratres in eis degentes a correctione provincialis provincie Castelle exemit, prout in litteris inde confectis plenius continetur, quare supplicatur S. V. pro parte dicti regis quatinus ordinationem, exemptionem et alia in dictis litteris contenta confirmare et communire ipsumque vicarium in regnis prefatis provincialem constituere necnon monasteria et conventus ipsius ordinis eorumque fratres et personas in prefatis regnis consistentia ab omni iurisdictione, correctione, dominio et potestate provincialis Castelle eximere ipsisque conventibus ut, cedente vel decedente ipsorum provinciali, alium eligere valeant, quem abbas monasterii sancti Johannis de Alpendorada (1), ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, confirmare teneatur, concedere dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

855. Item, Beatissime Pater, supplicatur S. V. humiliter pro parte dicti regis ut duo monasteria prefati ordinis in ipsis regnis, in locis ad hoc congruis, cum ecclesiis, cimiteriis, campanis, campanilibus, domibus et aliis officinis ac privilegiis, exemptionibus, indulgentiis et prerogativis ad instar aliorum monasteriorum eiusdem ordinis erigendi et fundandi licentiam concedere dignemini de gratia speciali, cum clausulis oportunis, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat. O.*

856. [fl. 189v] Beatissime Pater, dudum S. V. devoto vestro Thome de Foyos, pauperi (2) heremite (3) ut ipse cum suis devotis heremitorium, pro eorum habitatione, in

loco de Rio Mourinho Elborensis diocesis, cum privilegiis, etc., edificari facere possent gratiose concessit. Verum, Pater Sancte, locus sub aere inconvenienti constitutus existit, unde Thomas et fratres seu devoti ibidem commode moram ducere nequeunt, quare supplicatur eidem S. humiliter pro parte humilis sancte Romane Ecclesie filii Eduardi regis Portugalie primogeniti quatinus liceat ipsis Thome et devotis aliud heremitorium in loco congruo et decenti in ipso regno edificari et construi facere illudque inhabilitare cum privilegiis, indultis et indulgentiis, prout alias concessum fuerat, valeant, misericorditer dignemini indulgere. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

857. Beatissime Pater, dudum prior et conventus monasterii sancti Vincentii extra muros Ulixboneñ ordinis sancti Augustini quamdam possessionem, in loco Benfica Ulixbonensis diocesis consistentem, ad dictum monasterium legitime pertinentem, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis devoto vestro Johanni Valasci, clero Ulixboñ, secretario primogeniti regis Portugalie, pro certo annuo censu in emphiteosim concesserunt, prout in litteris auctenticis desuper confectis plenius continetur; quare supplicat S. V. humiliter prefatus Johannes quatinus concessionem et inde secuta rata et grata habentes, illa dignemini misericorditer confirmare, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

858. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alvarus Falquam, clericus Elborensis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de nobili soluto genitus et soluta, ut ad minores ordines promoveri valeret auctoritate ordinaria extitit dispensatum, quatinus secum ut ad omnes sacros promoveri et quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, perpetue administrationes et officia curata et electiva in cathedralibus seu collegiatis ecclesiis fuerint, recipere et retinere valeant, cum licentia permutandi, quotiens [fl. 190] sibi placuerit, et simpliciter resignandi, dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

859. Beatissime Pater, cum in loco de Monte Muro Elborensis diocesis unum oratorium, in quo nonnulli pauperes qui, abdicatis mundanis illecebris, heremiticam vitam eligentes, spiritu humilitatis gratum prebent Domino famulatum, existat ipsique pauperes, ne humani generis inimicus eos otiosos inveniat, aliquos ortos, arbores ac vineas necnon campos seminant, plantant, laborant et culturant, a quibus fructus aliquos pro recreatione et sustentatione ipsorum colligunt et metunt atque coclearia, canistra, sportas et cistas ac similia propriis manibus faciunt et licet, cum ad solvendum decimas fructuum et rerum predictarum minime cogantur, verumptamen quia bonarum mentium est ibi culpam timere, ubi culpa minime reperitur, iidemque pauperes pro securitate conscientiarum suarum cupient a solutione decimarum predictarum per sedem apostolicam et S. V. esse immunes et exempti, supplicant igitur S. V. humiliter et devote pauperes predicti quatinus ipsos et qui erunt in futurum (4) et liberare nec ad solutionem earumdem a quoquam inviti artare valeant, decernere dignemini de gratia speciali. Constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum aliis clausulis oportunis (5) — *Fiat ut petitur. O.*

860. Item quatinus specialem gratiam facientes, eisdem pauperibus qui nunc in loco predicto sunt aut erunt pro tempore ut liceat eos habere altare portatile in illo loco in quo et quocumque presbytero seu presbyteris, quem vel quos ad hoc duxerint eligendum seu eligendos, missas et divina officia audire necnon ab eodem presbytero, quotiens quilibet eorum voluerit, ac de peccatis que sibi confitebuntur, nisi talia sint, propter que sedes apostolica sit merito consulenda, absolutionem recipere atque in eodem oratorio suas sepulturas eligere possint et valeant, sibi concedere et indulgere dignemini de gratia speciali. Constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum aliis clausulis oportunis. — *Fiat de utroque.* O.

861. [fl. 190v] Item quatinus pauperibus in oratorio predicto ad presens commorantibus et imposterum commoraturis specialem gratiam facientes, ut confessor, quem quilibet eorum duxerit eligendum, plenam in mortis articulo omnium peccatorum suorum remissionem auctoritate apostolica sibi concedere possit et valeat de gratia speciali — *Fiat pro omnibus presentibus et de futuris ad triennium.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Junii, anno octavo.

---

(1) No ms. *Alpendorade.*
(2) No ms. *pauper,* com sinal de erro.
(3) No ms. *heremita,* com sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro, a indicar omissão de palavras.
(5) No ms. vêm a seguir mais as palavras *et cum clausulis oportunis.*

862-864

1425, Maio 30

Frei Estêvão de Aguiar e Frei Fernando Falcão, militares de Portugal e agora monges da abadia de Santa Maria de Florença, em Itália, pedem licença de fundar um mosteiro em qualquer lugar de Portugal, com faculdade de elegerem superior, sem necessidade alguma de confirmação. Imploram também a graça de serem promovidos a todas as Ordens e às dignidades, administrações e ofícios da Ordem.

Reg. Suppl. 185, fl. 191v-192. Publicada a primeira súplica por SOUSA COSTA, A. D. DE, *D. Gomes, reformador da abadia de Florença, e as tentativas de reforma dos mosteiros portugueses no século XV,* p. 127, nota 147.

Beatissime Pater. Cum devoti eiusdem S. filii fratres Stephanus de Aguyar et Fernandus Falcom, quondam milites Portugalenses, nunc vero monachi professi monasterii sancte Marie de Florentia ordinis sancti Benedicti, de salute propria recogitantes et terrenum in celestibus thesaurum recondere satagentes, cum parentum suorum atque christifidelium suffragio quoddam monasterium in regno Portugalie per fratres dicti ordinis inhabitandum ac inibi perpetuo Domino famulandum erigere, perficere, et complere ac inesse conservare desiderent desideriumque huiusmodi adimplere non possint, sedis apostolice licentia non obtenta, supplicant igitur eidem S. prefati fratres quatinus ubicumque et in quocumque loco, per ipsos in regno Portugalie predicto, absque tamen

iuris alieni preiudicio, eligendo, dictum monasterium [fl. 192] construere, erigere, perficere et eodem perfecto et completo inesse conservare valeant quodque dictum monasterium ut premittitur construendum ab omnibus sit exemptum ac immediate sedi apostolice subiectum, licentiam et facultatem de speciali dono gratie misericorditer concedere dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque in contrarium editis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat de erectione in forma. O.*

863. Item, Beatissime Pater, supplicant eidem S. fratres predicti quatinus ipsis et qui in dicto monasterio in futurum residebunt unum ex eis rectorem eiusdem monasterii de communi eorum censensu annis singulis eligendi, qui quidem curam, regimen et administrationem ipsius monasterii absque alia confirmatione recipere possit et valeat, licentiam et facultatem misericorditer concedere dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

864. Item, Beatissime Pater, dudum devoti vestri Stephanus de Aguiar et Fernandus Falcam, ordinis sancti Benedicti professi, rebus militaribus et artibus armorum insistentes (1) et tandem milites effecti, bellis et aliis guerris, ubi homicidia, incendia, strages et spolia perpetrata sunt, interfuerunt, licet manibus propriis neminem interfecerunt nec animo (2) quemquam interficiendi bella secuti sunt, sed ob frugem vite sanctiorem, mundanis abiectis illecebris, ordinem ipsum expresse sunt professi; ut igitur in illo animas lucrifaciant et illi magis vota sua reddere valeant, supplicat eidem S. humilime rex prefatus quatinus cum eisdem S[tephano] et F[ernando] ut ad omnes etiam sacros [ordines] (3) promoveri et ad dignitates, administrationes et officia dicti ordinis eligi, recipi et admicti valeant, premissis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, dignemini misericorditer dispensare, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.* (4).

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Junii, anno octavo.

---

(1) No ms. *resistentes*, com sinal de erro.

(2) No ms. *necnon.*

(3) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *ordines.*

(4) Esta mesma súplica, com outra data de concessão, vem registada também na fol. 188v-189. Cf. n. 852.

865

1425, Junho 3

Pedro Álvares Pereira, freire da Ordem do Hospital, da diocese de Braga, pede a confirmação da preceptoria de Faia da diocese de Lamego, apesar do impedimento de ilegitimidade, a qual obteve do Mestre e freires de Rodes da mesma Ordem do Hospital.

Reg. Suppl. 185, fl. 259.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte humilis et devoti vestri Petri Alvari Pereyra, fratris ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani Bracharensis diocesis, quod ipse, tacito defectu natalium quem patitur de fratre professo eiusdem ordinis geni-

tus et soluta ac etiam nulla dispensatione super eodem defectu obtenta, de preceptoria sive commenda domus de Faya nuncupata Lamescensis diocesis, Hospitalis predicti, in regno Portugalie, tunc certo modo vacante, cuius fructus, etc., quadringentorum florenorum auri de camera, deductis omnibus, secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, per magistrum et conventum Rodi, Hospitalis iam dicti, sibi obtinuit provideri et ideo, premissis obstantibus, dubitat idem Petrus provisionem huiusmodi non valere. Dignetur igitur S. V. provisionem sive collationem huiusmodi et omnia inde secuta grata habere et rata et ex certa vestra scientia approbare et perinde tenere et valere mandare ac si cum eodem Petro ante preceptorie sive commende iam dicte collationem auctoritate apostolica fuisset legitime ad premissa dispensatum, stabilimentis, usibus et consuetudinibus Hospitalis predicti, etiam iuramento, confirmatione apostolica, etc., necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac defectu natalium predicto ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Junii, anno octavo.

866

1425, Junho 12

O abade e monges do mosteiro de Pombeiro da diocese de Braga solicitam do papa a confirmação de várias igrejas paroquiais que o arcebispo de Braga, D. Martinho, doara ao mosteiro, com o fim de este poder suportar seus encargos, ficando ao mosteiro o direito de apresentação dos reitores, a instituir canònicamente pelo arcebispo de Braga.

Reg. Suppl. 188, fl. 23-23v.

Beatissime Pater, pro parte devotorum vestrorum abbatis et conventus monasterii de Palumbario ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis S. V. exponitur quod olim bone memorie Martinus, archiepiscopus Bracharensis (1), ex certis eum ad hoc moventibus causis, de voluntate tamen et consensu devotorum oratorum vestrorum capituli ecclesie Bracharensis, cum quibus super hoc maturam deliberationem habuit, providere recensens quod licet monasterium predictum ab olim fructibus, redditibus et proventibus pro sustentatione abbatis et conventus ipsius monasterii ac alias ab illis pro tempore incumbentibus supportandis oneribus sufficienter dotatum fuerat, tamen causantibus temporum sterilitatibus guerrarumque turbinibus et pestium mortalitatibus adeo tenues et exiles facti sunt quod ex ipsis abbas et conventus predicti condecenter vivere hospitalitatemque solitam tenere et alia eis dietim incumbentia onera non poterant supportare, beate Marie de Canedo, sancti Michaelis de Varzeela, sancti Salvatoris de Mouri (2), sancti Mametis de Villa Viridi, sancti Martini de Penacova, sancti Felicis de Fornos (3), sancti Johannis de Caves, beate Marie de Bovadella, sancti Dyonisii de Villa Regali parrochiales ecclesias dicte diocesis, que de iure patronatus dictorum abbatis et conventus, pro tempore existentium, quarum (4) omnium centum octuaginta, dicto monasterio, cuius quadringentarum et viginti, librarum Turonensium parvorum fructus, etc., secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, perpetuo pro se et suis successoribus dicte ecclesie Bracharensis archiepiscopis auctoritate ordinaria donavit et concessit, ita quod, ceden-

tibus vel decedentibus rectoribus dictarum ecclesiarum vel illas alias quomodolibet dimittentibus, liceret dictis abbati et conventui per se vel alium seu alios possessionem earumdem ecclesiarum libere apprehendere illarumque fructus, redditus et proventus in suos et dicti monasterii usus convertere et retinere, cuiuscumque licentia super hoc minime requisita, reservatis tamen ex huiusmodi fructibus, etc., congruis portionibus pro singulis ad presentationem dictorum abbatis et conventus in eisdem ecclesiis per archiepiscopum Bracharensem pro tempore existentem instituendis vicariis, de quibus iidem vicarii congrue sustentari, episcopalia iura solvere et alia illis incumbentia [fl. 23v] orera valerent supportare, prout in quadam littera autentica desuper confecta, sigillis archiepiscopi et capituli predictorum munita, plenius continetur. Verum, Pater Sancte, iidem abbas et conventus in vim donationis et concessionis prefatarum dictas parrochiales ecclesias fuerunt pacifice assecuti illasque per multa tempora possederunt (5), prout possident pacifice et quiete, dubitant tamen super premissis et dictis ecclesiis molestari posse, tempore procedente, quare supplicant S. V. abbas et conventus predicti quatinus donationem et concessionem ipsas ac omnia inde secuta auctoritate apostolica confirmare et approbare, supplentes etiam omnes defectus, si qui intervenerint in premissis, et nichilominus dictis abbati et conventui ut ecclesias prefatas per monachos dicti monasterii ad eorum nutum ponendos et ammovendos, quotiens eis visum fuerit, et ad eorum presentationem necnon predicti archiepiscopi, pro tempore existentis, institutionem ut prefertur regi et gubernari facere possint et valeant eadem apostolica auctoritate concedere dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Junii, anno octavo.

---

(1) D. Martinho Afonso, bispo de Coimbra, transferido em 1398 por Bonifácio IX para a sé de Braga que governou até à morte ocorrida em Março de 1416. Sucedeu-lhe D. Fernando da Guerra, bispo do Porto. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 144, 196. Sobre a transferência de D. Martinho Afonso para a sé de Braga e outros problemas da sua biografia, Cf. DIAS DINIS, A. J., OFM, *Quem foi o bispo de Coimbra nos anos de 1386 a 1398?*, em *Colectânea de Estudos*, III (1952) 67-109.

(2) No ms. sinal de erro.

(3) No ms. *Tornos*, com sinal de erro.

(4) No ms. *quorum*, com sinal de erro.

(5) No ms. *possiderunt*, com sinal de erro.

867

1425, Junho 14

D. Fernando de Mafra, abade de Alcobaça, pede a faculdade de dispor de certa quantidade de bens móveis do mosteiro, a favor de seus numerosos familiares que o serviam a ele e ao mosteiro.

Reg. Suppl. 188, fl. 52.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte humilis et devoti vestri fratris Fernandi de Mafora, abbatis monasterii sancte Marie de Alcobacia, ordinis Cisterciensis Ulixbonensis diocesis, et dicitur quod, cum ipse quamplurimos familiares habeat, qui sibi et dicto monas-

terio, quod nimis grossum et largum in hereditatibus et patrimoniis existit, fideliter serviatur ac illud valde diligenter reparent, timeat autem post mortem suam dictos familiares remanere dispersos ac mendicantes, cuius pretextu non modicum habeat de sudore predictorum remorsum conscientie, supplicatur igitur S. V. pro parte predicti fratris Fernandi quatinus de bonis mobilibus predicti monasterii, cui sic serviunt, ad colocandos prefatos familiares necnon sudori eorum satisfaciendum, usque ad summam mille florenorum de camera testandi liberam concedere dignemini de gratia speciali facultatem, quibuscumque contrariis non obstantibus, et cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Julii, anno octavo.

868

1425, Junho 21

Domingos Domingues, prior da igreja de Arega, da diocese de Coimbra, fundara uma capela intitulada a S. João Baptista, para cujo serviço os sucessores directos deviam designar um sacerdote idóneo, com o ónus da celebração quotidiana da missa. Gil Fernandes, leigo da diocese de Coimbra, ao qual pertencia o governo da capela, pede a redução deste ónus a três dias na semana, por serem fracos os rendimentos da capela.

Reg. Suppl. 188, fl. 93v-94.

Beatissime Pater, quondam devotus vester Dominicus Dominici, prior ecclesie de Rega Colimbriensis diocesis, dum vixit, quamdam capellam in honore et sub vocabulo sancti Johannis Baptiste de novo erexit, fundavit et dotavit, sub tali conditione quod successor eius hereditario iure et alii singuli singulariter descendentes per lineam rectam imperpetuum etiam sive esset clericus sive laicus, pro tempore capellam laudabiliter in divinis obsequiis per ydoneum presbyterum regi et gubernari ac singulis diebus missam celebrari facere deberet, prout hactenus competenter extitit observatum. Verum, Pater Sancte, [fl. 94] proh dolor mo[dernis temporibus... propter guerras] in partibus illis [vigentes ... fructus], redditus et proventus ipsius capelle adeo sunt diminuti quod ad vix viginti florenorum auri de camera valorem annuum se extendunt et de quibus unicus presbyter commode sustentari non possit (*sic*), singulis etiam diebus missam celebrando, quod potius divinum quam humanum existeret, supplicat igitur S. V. devotus vester Egidius Fernandi, laicus predicte Colimbriensis diocesis, qui pro tempore moderno huiusmodi habet capellam gubernare, quatinus ut presbyter qui pro tempore in futurum instituitur (1) in huiusmodi capella ad celebrandum per eum et eius successores predictos ter in septimana ad minus missam celebret nec ab aliquo alio ut pluries inibi in septimana celebret invitus cogatur, eidem presbytero et aliis successoribus imperpetuum facultatem et licentiam ac auctoritatem concedere dignemini de gratia speciali, institutione et fundatione predicta ac aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis necessariis et oportunis. — *Fiat, si non suppetunt facultates. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Julii, anno octavo.

(1) No ms. sinal de erro.

869

1425, Junho 21

Súplica de Gil Fernandes, leigo da diocese de Coimbra, sucessor no governo da capela fundada por Domingos Domingues, prior da igreja paroquial de Arega, e intitulada não a S. João Baptista, como se diz na súplica imediatamente anterior, mas a S. Salvador, na igreja de S. João de Figueiró, pedindo a redução do ónus da missa quotidiana a três vezes por semana.

Reg. Suppl. 188, fl. 137v.

Beatissime Pater, dudum quondam Dominicus Dominici, prior sive rector parrochialis ecclesie de Rega Colimbriensis diocesis, dum vixit, quamdam capellam in honore et sub vocabulo sancti Salvatoris in ecclesia parrochiali sancti Johannis de Figueyroo dicte diocesis de novo fundavit et dotavit sub tali conditione quod successor eius hereditario iure et alii singuli singulariter descendentes per lineam rectam imperpetuum etiam sive esset clericus sive laicus pro tempore capellam laudabiliter in divinis obsequiis per ydoneum presbyterum regi et gubernari ac singulis diebus missam celebrari facere deberet, prout hactenus competenter extitit observatum. Verum, Pater Sancte, proh dolor modernis temporibus cum propter mortalitates ac guerras in illis partibus vigentes quam alia varia discrimina patriam ipsam affligentes, fructus, redditus et proventus ipsius capelle adeo sunt diminuti quod ad viginti florenorum auri de camera valorem annuatim vix se extendunt et de quibus unicus presbyter commode sustentari non poterit, singulis etiam diebus missam celebrando, quod potius divinum quam humanum existeret, supplicat igitur S. V. devotus vester Egidius Fernandi, laicus predicte diocesis, qui pro tempore moderno huiusmodi habet capellam gubernare, quatinus ut presbyter qui pro tempore in futurum instituitur in huiusmodi capella ad celebrandum per eum et eius successores predictos ter in septimana ad minus missam celebret nec ab aliquo alio ut pluries inibi in septimana celebret invitus cogatur, eidem presbytero et aliis successoribus imperpetuum facultatem et licentiam ac auctoritatem concedere dignemini de gratia speciali, institutione et fundatione ac dotantis voluntate predictis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Julii, anno octavo.

870

1425, Junho 26

D. Frei Fernando de Mafra, abade do mosteiro de Alcobaça, pede a faculdade de dispor até mil florins dos bens móveis do mosteiro, a favor dos numerosos familiares que o serviam a ele e ao mosteiro.

Reg. Suppl. 188, fl. 126.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte humilis et devoti vestri fratris Fernandi de Mafora (1), abbatis monasterii sancte Marie de Alcobacia ordinis Cisterciensis Ulixbonensis diocesis, et dicitur quod cum ipse quamplurimos familiares habeat, qui

sibi et dicto monasterio, quod nimis grossum et largum in hereditatibus et patrimoniis existit, fideliter serviatur ac illud valde diligenter reparent (2) timeatque post mortem suam dictos familiares remanere dispersos ac mendicantes, cuius pretextu dictus Fernandus (3) ex sudore predictorum non modicum habeat remorsum conscientie, quapropter supplicatur eidem S. pro parte supradicti Fernandi quatinus de bonis predicti monasterii, cui sic predicti familiares serviunt, ad eos collocandos necnon sudori predictorum remunerando, eidem Fernando usque ad summam mille florenorum de camera testandi liberam concedere dignemini de gratia speciali facultatem. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Julii, anno octavo.

---

(1) No ms. *Mofora.*
(2) No ms. *reperent,* com sinal de erro.
(3) No ms. *Fernantus,* com sinal de erro.

871

1425, Junho 26

Súplica de Luís Afonso, clérigo de Ordens menores, encarcerado por ter matado um leigo em legítima defesa, pede a comutação da pena em dois anos de serviço na guerra contra os Sarracenos que atacarem Ceuta.

Reg. Suppl. 191, fl. 256v.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devoti vestri Ludovici Alfonsi, clerici in minoribus constituti, et dicitur quod cum ipse olim cum uno laico verba contumeliosa inter se haberent, idem laicus in eumdem clericum manus violentas iniecit, ipsum cum pugno in naribus enormiter percutiendo usque in magnam sanguinis effusionem, se ad brachia in eumdem clericum eiciendo et cum idem clericus se sic percussum viderit, volens se a manibus predicti laici liberare, quemdam cultellum quem secum portabat evaginavit, cum quo ipsum laicum non animo occidendi, sed tantum se ab eodem liberandi unico solo ictu percussit, ex quo diem clausit extremum, quapropter fuit et etiam est per triennium in carceribus emancipatus, deinde vero diocesanus suus contra eum procedens, ex eo quia modum excesserat se cum gladio defendendo, ipsum ad agendum penitentiam per decennium in carcere sententialiter condempnavit, a qua condempnatione idem clericus ad vestram benignam misericordiam, non animo appellationem prosequendi, cum nimis pauper existit, sed clementiam et misericordiam impetrandi, appellavit. Supplicatur igitur humiliter eidem S. pro parte eiusdem clerici, quatinus, attento quod iam per triennium extitit in predictis carceribus emancipatus ac etiam dictus laicus predicti homicidii agressor extiterit, quem non animo occidendi, ut premittitur, sed se liberandi percussit, dictam penitentiam in alia pia opera commutare misericorditer dignemini. — *Fiat. O.*

Et si placet per biennium in expugnatione infidelium concurrentium in civitatem que vocatur Septa. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Julii, anno octavo.

872

1425, Julho 2

João Rodrigues de Casal, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Vimieiro da diocese de Évora e com vários outros benefícios, pede a expedição das letras apostólicas sobre a concessão de quaisquer canonicatos e prebendas, com menção da graça expectativa sobre um benefício eclesiástico com cura de almas, circunstância omitida na respectiva súplica.

Reg. Suppl. 183, fl. 280-280v.

Beatissime Pater, dudum S. V. cum devoto vestro Johanne Roderici de Casal, rectore parrochialis ecclesie beate Marie de Vimieiro Elborensis [diocesis], ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero ordinis sancti Augustini professi genitus et soluta, quoscumque canonicatus et prebendas, etc., in metropolitanis vel aliis cathedralibus ecclesiis, si sibi alias canonice conferrentur, recipere et retinere valeret dispensavit, prout in originali supplicatione desuper signata plenius continetur. Verum, Pater Sancte, quia per inadvertentiam formantis supplicationem ipsam omissum extitit exprimere quamdam gratiam expectativam de beneficio ecclesiastico cum cura, etc., ad certam collationem, per eamdem S. sibi factam, cum dispensatione ut, predicto defectu non obstante, beneficium huiusmodi recipere et retinere valeret, cuius vigore, parrochialem ecclesiam sancti Felicis de Belinho Bracharensis diocesis, cuius quinquaginta, infra tempus legitimum acceptavit et sibi de illa obtinuit provideri, ac quod de canonicatu et prebenda in Elborensi, quorum centum viginti, et scolastria, que dignitas, non tamen maior post pontificalem, in Portugalensi ecclesiis existit, et cuius septuaginta (1), ac (2) valore fructuum cuiusdam portionis in ecclesia sancti Petri de Ferreira Portugalensis diocesis necnon parrochialis ecclesie beate Marie predicte, quas obtinet et quarum etiam septuaginta librarum Turonensium parvorum fructus, etc., secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, tunc certis modis vacantibus, successive eadem S. V. concessit provideri secumque ut eosdem canonicatum et prebendam ac scolastriam, si sibi conferrentur, recipere et retinere valeret duxit etiam dispensandum, supplicatur S. V. pro parte dicti Johannis, ne gratie [fl. 280v] huiusmodi frustretur effectu, quatinus litteras apostolicas super supplicatione originali predicta conficiendas cum expressione et annotatione omnium et singulorum premissorum perinde ac si in eadem supplicatione de eis et eorum singulis plena et expressa mentio facta fuisset, expediri mandare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum aliis non obstañ in dicta supplicatione contentis et aliis oportunis.

... ...

Concessum pro utroque

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Nonas Julii, anno octavo.

---

(1) No ms. sinal de erro.

(2) No ms. sinal de erro.

873

1425, Julho 2

Diogo Anes, reitor da igreja paroquial de Labruje da diocese do Porto, pede a igreja paroquial de S. Martinho de Rio de Moinhos, vacante por o prior do mosteiro de cónegos regrantes de S. Salvador do Freixo da diocese de Braga, de nome Vasco Afonso, não ter referido na súplica que a igreja era do direito de padroado de leigos, a qual igreja fora concedida ao prior pelo papa João XXIII depois da morte de Gonçalo Afonso, que morrera não muito longe da Cúria Romana.

Reg. Suppl. 188, fl. 180-180v.

Beatissime Pater, vacante dudum parrochiali ecclesia sancti Martini de Ryo de Moynhos Portugalensis diocesis, que de iure patronatus laycorum existit, per obitum Gunsalvi Afonsi citra duas legales dietas a Romana Curia non remoti, bone memorie Johannes, tunc papa vicesimus tertius in sua obedientia nuncupatus (1), eamdem parrochialem ecclesiam, sic ut premittitur [fl. 180v] [vacantem, cuidam Valasco Alfonsi pro] priore prioratus monasterii sancti Salvatoris de F[reixeo] canonicorum regularium Bracharensis se gerente, per eum te[nendam et] regendam per decennium, a tempore quo eumdem prioratum, super quo tunc litigabat, pacifice possideret, computandum, nulla de huiusmodi laycorum patronatu facta mentione commendavit. Verum, Beatissime Pater, quia predicta parrochialis ecclesia adhuc dicitur vacare, maxime ex eo quod de huiusmodi iure patronatus laycorum nulla per eumdem Valascum in huiusmodi sua impetratione facta fuerit mentio et ex nunc tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii sedi apostolice legitime devoluta sit, supplicatur igitur S. V. pro parte devoti oratoris vestri Didaci Johannis, rectoris parrochialis ecclesie de Alabruia dicte Portugalensis diocesis, quatinus sibi de dicta parrochiali ecclesia sancti Martini de Ryo de Moynhos, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta, litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia de Alabruia, quam obtinet, ac quod de perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Arrayolos Elborensis diocesis auctoritate apostolica concessum fuit sibi provideri, quarum fructus, etc., centum librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac expectativa et ad duo incompatibilia gratiis, quas obtinet, in cancellaria apostolica exprimendis. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O. *Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Nonas Julii, anno octavo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 836.

874-875

1425, Julho 2

André Gonçalves, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Murça da diocese de Braga, solicita a igreja paroquial de Santa Ovaia de Rio Covo da mesma diocese. João Rodrigues de

Casal, reitor da igreja paroquial de S. Mamede de Évora, pede a igreja paroquial de S. Tiago de Beja, porque Gil Mínino tê-la-ia permutado simoníacamente com Rodrigo Lourenço pela igreja paroquial de Ventosa da diocese de Viseu.

Reg. Suppl. 188, fl. 205-205v.

Supplicat S. V. devotus vester Andreas Gunsalvi, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Murça Bracarensis diocesis, cum quo alias ut duo quecumque, [fl. 205v] [quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica], etiam si parrochiales ecclesie forent, [insimul vel successive recipere et retinere libere et lici]te valeret apostolica fuit auctoritate dispensatum, prout in litteris desuper conf[ectis plenius con]tinetur, quatinus sibi gratiam specialem facientes, de parrochiali ecclesia sancte Ovaye de Rio Covo dicte diocesis, cuius fructus, etc., centum florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod tanto tempore vacavit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, sive per obitum quondam Gunsalvi Nuni, aut per non promotionem ipsius ad sacros ordines vacet, etiam si alias devoluta, litigiosa vel reservata existat, eidem A[ndree] misericorditer providere dignemini. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancti Jacobi, cuius fructus, etc., centum quinquaginta florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et aliis non obstañ et clausulis oportunis.

875. Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Roderici de Casal, rector parrochialis ecclesie sancti Mametis Elborensis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero priore ordinis sancti Augustini expresse professo genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et unum cum cura vel sine cura primo, deinde ut unum, etiam duo, tria vel quatuor beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebenda in collegiatis ecclesiis forent, recipere et retinere libere valeat auctoritate apostolica fuit dispensatum, prout in litteris desuper confectis plenius continetur, quarum dispensationum vigore, fuit ad sacros ordines promotus et portionem perpetuam ecclesie sancti Petri de Feraria Portugalensis diocesis ac parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de A[rbore (1)], quam etiam permutavit, fuit assecutus et postmodum ut quoscumque canonicatus et prebendas, dignitates, personatus et officia in metropolitanis et cathedralibus ecclesiis et dignitas ipsa in metropolitana vel cathedrali maior post pontificalem et in collegiata ecclesiis principalis, curata et electiva fuerit, similiter recipere et retinere libere et licite valeret apostolica auctoritate concessum est dispensari, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Begya Elborensis diocesis, cuius fructus, etc., ducentorum florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod Egidius Minimus, dicte ecclesie rector, eamdem ecclesiam parrochialem cum Roderico Laurentii pro alia parrochiali ecclesia de Ventosa Visensis diocesis symoniaca pravitate interveniente permutavit, in anime sue periculum et scandalum plurimorum, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, sive per obitum dicti Egidii qui tempore resignationis facte in infirmitate constitutus infra quindecim dies, a die resignationis huiusmodi diem [suum clausit extremum...], si tanto tempore vacaverit quod [eius collatio...

affecta, devoluta aut litigiosa] existat et super ea inter aliqu[os in Romana] Curia vel extra, cuius statum presentibus habere volumus (*sic*) pro expresso, pendeat indecisa, eidem Johanni misericorditer providere dignemini. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancti Mametis ac perpetua portione predictis, quarum (2) fructus, etc., centum viginti florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, dispensantes cum eodem Johanne ut dictam parrochialem ecclesiam sancti Jacobi, si illam assequatur, una cum dicta parrochiali ecclesia sancti Mametis recipere illasque insimul per decennium retinere libere et licite ac easdem vel earum alterum simpliciter vel ex causa permutationis, totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica similiter recipere et retinere libere et licite valeat, generalis concilii, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Fiat ut petitur pro utroque, pro secundo in forma iuris. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Nonas Julii, anno octavo.

---

(1) No ms. apenas um *A* e espaço em branco, com a anotação na margem direita do texto: *sic spatium in originali.* Cf. n.º 780.

(2) No ms. *quorum.*

876-878

1425, Julho 2

Luís Gonçalves, bacharel em decretos e tesoureiro de Évora, já dispensado do impedimento de ilegitimidade para ser promovido a todas as Ordens e receber benefícios, pede três benefícios eclesiásticos compatíveis. Bartolomeu Anes, cónego de Évora, pede indulto de receber os proventos dos benefícios, sem o ónus da residência pessoal, enquanto residir em Estudo Geral ou na respectiva sé. Solicita idêntica graça Álvaro Gonçalves, reitor da igreja paroquial de S. Salvador de Beja.

Reg. Suppl. 188, fl. 241-242.

Supplicat S. V. devotus orator vester Ludovicus Gundisalvi, bacallarius in decretis ac thesaurarius ecclesie Elborensis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes minores et unum sine cura ordinaria primo, deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et unum aliud, etiam si curam haberet animarum, obtinere ac postmodum ut tria alia sibi invicem compatientia, etiam si aliquod illorum dignitas, personatus vel officium et dignitas ipsa in metropolitana cathedrali maior post pontificalem et in collegiata ecclesia principalis, curata et electiva existeret, demum ut duo alia beneficia ecclesiastica, similiter invicem compatibilia, recipere et retinere libere et licite valeret, apostolica extitit auctoritatibus dispensa-

tum, prout in litteris desuper confectis plenius continetur, quatinus cum eodem Ludovico ut tria alia beneficia ecclesiastica, similiter invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebenda et eorum aliquod dignitas, personatus, administratio vel officium et dignitas ipsa maior post pontificalem in cathedrali aut collegiata ecclesiis principalis, curata et electiva fuerit, recipere et retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, similiter recipere et retinere libere et licite valeat de uberioris dono gratie dispensare dignemini. [fl. 241v] Non obstantibus canonicatu et prebenda ac thesauraria ecclesie Elborensis necnon perpetua portione in ecclesia sancti Johannis de Beya Elborensis diocesis, quorum omnium fructus, etc., trecentorum florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

877. Supplicat S. V. devotus orator vester Bartholomeus Johannis, canonicus ecclesie Elborensis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, ut in Studio generali insistendo, aut in ecclesia predicta, cuius canonicus existit, aut aliquo beneficiorum suorum residendo, fructus, etc., dictorum canonicatus et prebende et aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia cum cura vel sine cura in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis et dignitates ipse maiores post pontificales aut principales in eisdem ecclesiis aut curate et elective fuerint, que nunc obtinet et in futurum obtinebit, cum ea integritate et singulis obventionibus et attinentiis, etiam ad grossam mensam pertinentibus, hinc ad decennium percipere valeat, cum qua illos perciperet si in canonicatibus et prebendis predictis aut beneficiis huiusmodi personaliter resideret, et ad residentiam interim in eisdem minime teneatur nec compelli valeat misericorditer indulgere dignemini. Non obstañ si primam non fecerit personalem residentiam consuetam, constitutionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum et beneficiorum ipsorum, etiam iuramento valatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

878. Item similem gratiam facientes, devoto vestro Alvaro Gunsalvi, rectori parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Begia Elborensis diocesis, ut in Studio generali insistendo, aut in parrochiali ecclesia predicta seu altero beneficiorum suorum residendo, fructus, etc., dicte parrochialis ecclesie aut aliorum quorumcumque beneficiorum suorum ecclesiasticorum, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia cum cura vel sine cura in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis et dignitates ipse maiores post pontificales aut principales in eisdem ecclesiis aut curate et elective fuerint, que nunc obtinet et in futurum obtinebit, cum ea integritate et singulis obventionibus et attinentiis, etiam ad grossam mensam pertinentibus, hinc ad decennium percipere valeat, cum [fl. 242] qua illos perciperet [si in ecclesia] predicta aut beneficiis ipsis personaliter resideret, et ad residentiam interim in eisdem minime teneatur nec compelli valeat, eidem Alvaro misericorditer indulgere dignemini. Non obstañ si primam non fecerit personalem residentiam consuetam, constitutionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum et beneficiorum ipsorum, etiam iuramento vallatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fiat pro utroque in Studio vel in Curia. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Nonas Julii, anno octavo.

879

1425, Julho 4

D. Gonçalo, prior do mosteiro de Santa Cruz de Coimbra, pede a confirmação apostólica dos privilégios e indultos concedidos ao mosteiro, alguns dos quais ter-se-iam perdido ou deteriorado com a inundação do mosteiro.

Reg. Suppl. 188, fl. 155v-156.

Beatissime Pater. Cum felicis recordationis Innocentius iii et Celestinus ac alii Romani pontifices, S. V. predecessores, considerantes singularem devotionem quam domini reges Portugalie et Algarbii ad monasterium sancte Crucis extra muros Colimbrieñ ordinis sancti Augustini, per priorem solitum gubernari, Romane Ecclesie immediate subiectum, per inclite memorie Alfonsum, dictorum regnorum regem, miraculose ut fertur constructum et edificatum, in quo suas communiter elegerunt, prout eligent, ecclesiasticas sepulturas, gerebant, ac pro pace et tranquillitate prioris et canonicorum ipsius monasterii ut, eo liberius divinis vacare valeant officiis, nonnulla privilegia, libertates et indulta priori et conventui ipsius monasterii concesserunt, quorum alique desuper confecte littere dudum gravissima aquarum inundatione, monasterium ipsum tunc in diversis aliis suis libris et scripturis abolente, perierunt et interim etiam sunt consumpte, vigore quorum prior et conventus predicti quedam devotionis exempla in divinum cultus augmentum et christifidelium animarum salutem, extra etiam monasterium, [fl. 156] peragere consueverunt, in quibus perficiendis [...] occasione privilegiorum, libertatum et indultorum huiusmodi molestari possent in futurum, quare supplicatur S. V. humiliter pro parte devotorum vestrorum Gundisalvi, prioris, et conventus predictorum quatinus omnium et singulorum privilegiorum, libertatum et indultorum huiusmodi tenores presentibus pro expressis habentes, alicui in partibus illis committere dignemini et mandare ut se de privilegiis, libertatibus et indultis huiusmodi diligenter informet et si que ex eis legi posset, inspiciat illaque et omnia in eis contenta necnon in quorum possessione ipse prior et conventus fuerunt, a tempore cuius contrarii memoria non existit, seu per iuris prescriptionem extiterunt, licet ad presens super hiis quovis modo turbentur, auctoritate apostolica confirmet et approbet ipsosque priorem et conventum in privilegiis, libertatibus et indultis huiusmodi contra quascumque personas, cuiuscumque status, gradus, preeminentie vel conditionis fuerint, tueatur et defendat illorumque faciat eosque priorem et conventum per censuras ecclesiasticas pacifica possessione gaudere, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque—*Fiat et exhibe[antur] in Curia. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Julii, anno octavo.

879ª

1425, Julho 4

Súplica de Toríbio Gomes, prior geral da Ordem de Santo Sepulcro nos reinos de Castela, Leão, Portugal e Navarra, sobre o mosteiro do Santo Sepulcro da cidade de Toro da diocese de Samora.

Reg. Suppl. 188, fl. 191v-192.

Supplicat S. V. devoti vestri frater Toribius Gometii, canonicus Jerosolimitanus, prior maior et generalis ordinis sancti Sepulcri in regnis Castelle, Legionis, Portugalie et Navarre, ac fratres et conventus monasterii dicti sancti Sepulcri civitatis de Tauro diocesis Zamorensis quatinus... (1).

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Julii, anno octavo.

(1) Omitimos o resto do texto por se referir a assunto e pessoas de Espanha.

880

1425, Julho 4

Gil Vasques, reitor da igreja paroquial de Belas da diocese de Lisboa, não podendo viver ali por causa da sua saúde e idade e desejando transferir-se à vila de Penela da diocese de Coimbra, de onde era originário, e onde tinha uma porção na igreja de S. Miguel e outra na de Santa Eufêmia, pede a graça de poder servir a sua igreja paroquial por meio de um sacerdote idóneo, sem estar obrigado à residência pessoal.

Reg. Suppl. 189, fl. 21-21v.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Egidius Valasci, rector parrochialis ecclesie prioratus nuncupate loci de Belles Ulixbonensis diocesis, sexagenarius et ultra et quasi valetudinarius iam constitutus existat, et tam propter premissa quam ex eo quia iuxta dispositionem aeris et patrie inibi residendo frequentes infirmitates incurrit, nequeat ecclesiam ipsam commode regere per seipsum, ad id tamen alias iuxta provinciales et synodales constitutiones compellitur per Ordinarium loci, cum autem, Pater Sancte, idem Egidius qui de nobili genere procreatus existit, cupiat in villa de Penella Colimbriensis diocesis, de qua natus existit, ubi unam in sancti Michaelis et aliam in sancte Eufemie ecclesiis dicte ville perpetuas portiones obtinet, in senectute [fl. 21v] sua [...] (1) et amicis necessitates (2) in infirmitatibus habeat, supplicat [...] (3) Egidius eidem S. V. quatinus sibi quod in dicta parrochiali ecclesia, prioratu [...] (4) quoad vixerit, dummodo illi per ydoneum substitutum presbyterum faciat deservire, personaliter residere minime teneatur, nec ad id ab eodem Ordinario vel quovis alio quavis auctoritate valeat compelli misericorditer indulgere, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac predictis et aliis provincialibus et synodalibus ac statutis, etc., et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Julii, anno octavo.

(1) Ms. corroído.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) Ms. corroído.
(4) Ms. corroído.

881

1425, Julho 5

Mendo Rodrigues, clérigo da diocese de Lisboa, solicita do papa a porção da igreja de S. João de Coruche da diocese de Évora, vacante pelo matrimónio contraído por Álvaro Gonçalves de Castelo Branco.

Reg. Suppl. 184, fl. 8v.

Supplicat S. V. devotus vester Menendus Roderici, clericus Ulixbonensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes quatuor minores ordines et beneficium ecclesiasticum sine cura per diocesanum suum extitit dispensatum, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de non curata portione parrochialis ecclesie sancti Johannis de Curuchi Elborensis diocesis, cuius fructus, etc., quindecim florenorum de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, que ad presens vacat per carnale matrimonium contractum ab Alvaro Gundissalvi de Castro Albo, eiusdem portionis ultimo rectore seu portionario, sive premisso vel alio quovis modo aut per quamcumque aliam personam vacet, seu renuntiationem de eadem in Curia Romana vel extra, etiam coram notario et testibus factam, quam gratam et ratam habere dignemini, aut etiam ipsa per constitutionem *Execrabilis* vacet, seu reservata, affecta, devoluta aut litigiosa existat, eidem Menendo dignemini misericorditer providere, defectu predicto et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Julii, anno octavo.

882

1425, Julho 7

Diogo Peres, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Alvorninha da diocese de Lisboa, pede ao papa mande examinar as condições actuais da capela instituída na sua igreja, porque os seus bens não eram suficientes para todos os encargos, a que os herdeiros do fundador queriam obrigar o reitor da igreja.

Reg. Suppl. 188, fl. 291v.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. devotus orator vester Didacus Petri, rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Alvorninha Ulixbonensis diocesis, quod cum in predicta sua ecclesia sit quedam constructa capella, in qua secundum voluntatem condentis ipse et predecessores necnon successores sui tenentur continue missam celebrare, si ad hoc bona immobilia predicte capelle dimissa suppeterent (1), prout olim suppetebant. Nunc

vero, Pater Beatissime, bona predicta propter mortalitatum pestes et alias calamitates que partes illas retroactis temporibus afflixerunt ad hoc adimplendum nullo modo (2) suppetere possunt, heredes vero condentis predictam capellam rectorem prefatum hoc non obstante ad predicta plene adimplenda compellere (3) nituntur. Eapropter supplicat S. V. predictus Didacus quatinus alicui probo viro in partibus committere dignemini et mandare ut [si] sibi constiterit de premissis, capellam predictam, prout de presenti bona suppeterent (4), adimpleri faciat, de gratia speciali, quibuscumque contrariis non obstantibus, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, de consensu. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonas Julii, anno octavo.

---

(1) No ms. *subpeterent*, com sinal de erro.
(2) No ms, apenas *nlo*, com sinal de erro.
(3) No ms. *complere*, com sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro.

883

1425, Julho 13

Gonçalo Esteves de Tavares, clérigo da diocese da Guarda, renova súplica sobre a igreja paroquial de Santa Maria da Covilhã, ocupada indevidamente por certo Gomes, excomungado pelo bispo da Guarda D. Gonçalo.

Reg. Suppl. 184, fl. 24v.

Reformatio Gunsalvi Stephani de Taavares, clerici Egitaniensis diocesis, de et super parrochiali ecclesia beate Marie de Cuvillaa dicte diocesis (1).

Beatissime Pater. Cum prefatus Gunsalvus quasdam litteras super prescripta ecclesia, tamquam per obitum dicti Stephani, etc., vacante, expediri in forma dignemini procurari fecerit, et asseritur quod predictus Gometius eam detineat indebite occupatam et quod etiam idem Gometius manus temere in quemdam clericum violenter iniecit ac etiam fornicationes atque symoniam solvendo dicto Stephano, qui olim dictam ecclesiam obtinuit, quamdam pecunie summam pro eo quod eamdem ecclesiam resignaverat ut ei conferretur, prout sibi tali modo dicitur collata, ac nonnullos alios excessus et crimina fecit et quod reverendus pater Gunsalvus, episcopus Egitaniensis (2), contra dictum Gometium super huiusmodi manuum iniectione et aliis tunc expressis rite processit et eum quem repperit in hoc culpabilem et recusantem satisfacere excommunicatum a canone denuntiavit et etiam, eius demeritis et contumatia exigentibus, excommunicavit, ac mandavit et fecit excommunicatum publice nuntiari quodque ipse Gometius ita excommunicatus denuntiatus huiusmodi excommunicatione vilipensa diutius sustinuit et sustinet animo indurato, redire non curans ad Ecclesie unitatem, ipsaque ligatus pluries scienter divinis se immiscuit ac ea celebravit seu verius prophanavit, unde se (*sic*) dicta ecclesia, si quod ius in ea habebat, reddidit se indignum, dignetur igitur S. V. pro dicto Gunsalvo litteras

cum mandato privandi, si dictus Gometius repperiatur in premissis seu eorum aliquo, quod ad hoc sufficiat, culpabilis, etc., super dicta ecclesia, que alternatis vicibus de iure patronatus laicorum et clericorum dicitur esse, et cuius fructus, etc., et cum modis ut supra, etiam si per obitum dicti Stephani, extra Romanam Curiam defuncti, etc., ut supra vacet [3], cum non obstañ ut supra. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Julii, anno octavo.

---

[1] Palavras na margem esquerda do texto.

[2] D. Gonçalo Vasques nomeado bispo da Guarda por Bonifácio IX em 1395. Sucedeu-lhe depois da morte, ocorrida em Agosto de 1426, o acólito pontifício Luís da Guerra, deão de Braga, nomeado bispo por Martinho V em Fevereiro de 1427. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 235.

[3] No ms. sinal de erro.

884

1425, Julho 18

D. Frei Fernando de Mafra, abade do mosteiro de Alcobaça, solicita a graça de poder apresentar vigários monges e não seculares para certas igrejas, como pensava tratar com o bispo diocesano.

Reg. Suppl. 188, fl. 276v-277.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devoti vestri fratris Fernandi de Mafora, abbatis monasterii sancte Marie de Alcobacia ordinis Cisterciensis Ulixbonensis diocesis et dicitur quod cum predictum suum monasterium de Alcobacia nonnullas parrochiales [ecclesias ... vicarios seculares...] et hoc perpetue sub certa pensione pam[...] sustentation. ceteris aliis tributis et redditibus predictarum ecclesiarum reservatis in sustentatione monasterii prelibati. Nunc vero, Pater Beatissime, ecclesie predicte propter pestes, guerras et calamitates que partes illas retroactis temporibus afflixerunt, in tantum in redditibus diminute existunt, quod monasterium predictum vix medietatem illius quod temporibus predictis colligere solebat, modernis temporibus habere potest, vicariique predicti in nullo pensiones suas diminuere volunt. Eapropter supplicatur pro parte fratris Fernandi prenominati quatinus in predictis ecclesiis instituendi ex monachis predicti monasterii vicarios, salvo iure diocesani, cum quibus de consensu diocesani predicti agere intendit, ut monasterium predictum in tantum non defraudetur, assignata tamen sibi sufficienti pensione in eorumdem sustentatione, licentiam seu facultatem concedere dignemini de gratia speciali, attento, Pater Sancte, quod nonnulla alia monasteria ordinis predicti in regno Portugalie existentia, ubi dictum suum monasterium situm existit, similes ecclesias habentia, in eorum ecclesiis ex monachis suorum monasteriorum vicarios instituunt, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat de consensu, quorum interest. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Augusti, anno octavo.

885

1425, Julho 19

Os Infantes D. Henrique e D. João, respectivamente administradores apostólicos das Ordens de Cristo e de S. Tiago da Espada, e Fernando Rodrigues Sequeira, mestre da Ordem de Avis, e respectivos freires, por meio do Infante D. Duarte, primogénito e herdeiro do reino, pedem ao papa a declaração de não serem obrigados à décima para a guerra contra os infiéis, exigida pelo rei, precisamente porque essas Ordens militares tomavam sempre parte activa nas guerras contra os infiéis.

Reg. Suppl. 188, fl. 279-279v. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *O Infante D. Henrique na Expansão portuguesa*, p. 137-138, n. XIII.

Beatissime Pater. Exponitur pro parte devotorum vestrorum Henrici et Johannis Portugalie et Algarbii regis illustris nat[orum], administrationem ordinum milite sancti Jacobi et de Christus nuncupatarum, ordinis sancti Benedicti, in regnis predictis regentium ac tenentium, et Fernandi Roderici Sequeira, magistri militie de Avis, predicti ordinis, necnon ordinum et fratrum earumdem ac ecclesiarum eis subiectarum, quod cum olim per clare memorie Gregorium papam undecimum (1), tempore unionis sancte matris Ecclesie existentem preterite, eisdem ordinibus, magistris et fratribus earumdem, tam illis (2), tunc presentibus, quam futuris eorum in dictis ordinibus successoribus, concessum seu indultum extiterit quod, non obstante quod a sede apostolica indultum existerit et concessum seu mandatum fuerit datum speciale quod quelibet ecclesia saltem prefatorum regnorum pro subsidio guerre, que tunc temporis contra infideles in partibus Jerosolimitanis fiebat, daret regi pro tempore existenti in regnis eisdem decimam partem fructuum et reddituum suorum annuatim, iidem ordinum (3) magistri, fratres, ne aliqua ecclesiarum, eis aut alicui eorum subiecta, ex eo quod iidem magistri et fratres dicte guerre personaliter intererant, prout hucusque et nunc semper in regnis contra infideles insudarunt et intersunt, dictam decimam solverent nec ad eam solvendam quovis modo compelli possent, quam quidem concessionem ratificarunt et confirmarunt omnes et singuli summi pontifices, eiusdem Gregorii successores, ac etiam eadem S. V. confirmavit et corroboravit, prout omnia in litteris super hoc confectis clare apparet, quarum litterarum tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expresso. Novissime autem, Pater Sancte, devoto filio eiusdem S. V. Johanni Portugalie et Algarbii regi prefato pro subsidio guerre (4), quam hucusque et ad presens contra [...] (5) regi facte non fuit nec est [...] (6) magistris et fratribus earumdem ac ecclesiis predictis factis, quarum concessio, per eamdem S. prefato domino regi facta, non debet eisdem exponentibus in aliquo preiudicare. Verum, Pater Sancte, idem dominus rex a prefatis exponentibus prefatam decimam extorquere continue conatur. Supplicat igitur eidem S. V. Eduardus, V. S. filius et prefati regis primogenitus infans et heres, pro parte exponentium predictorum quatinus, eo quod ipsi guerris predictis corporaliter insudant ac semper intersunt, dum fiunt, omnes et singulas concessiones huiusmodi eisdem exponentibus per eamdem S. V. ac alios summos pontifices predecessores vestros seu quascumque alias personas tam ecclesiasticas quam seculares factas ratas et gratas habentes, de novo confirmare et mandare, ne predicta concessio prefato domino regi facta eis in aliquo preiudicet nec eius vigore ad predictam decimam

solvendam quoquo modo compelli possint, misericorditer concedere dignemini de gratia speciali, predictis concessionibus prefato domino regi facta ac aliis quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quartodecimo Kalendas Augusti, anno octavo.

---

(1) No ms. um espaço em branco e na margem direita do texto: *sic spatium in originali.* Quer dizer: foi omitida a designação do papa Gregório que julgamos ser Gregório XI, razão por que ajuntamos no texto a palavra *undecimum.*

(2) No ms. *illo.*

(3) No ms. *ordines,* com sinal de erro.

(4) No ms. *gerre,* com sinal de erro.

(5) Aqui o ms. está roto.

(6) Aqui o ms. está roto.

886

1425, Julho 20

João Martins, sacerdote, reitor da igreja paroquial de Santa Cristina da diocese de Braga, o qual tinha participado nas pancadas infligidas a certo leigo, no momento em que este cometia adultério, mas não interveio na morte que depois lhe foi infligida, como foi provado judicialmente, pede a absolvição quanto ao foro interno pela Penitenciaria, pois continuara a celebrar, e a graça de prosseguir no exercício de suas Ordens.

Reg. Suppl. 189, fl. 23v-24.

Exponitur S. V. pro parte devoti vestri Johannis Martini, presbyteri, rectoris parrochialis ecclesie sancte Christine diocesis Bracharensis quod, cum olim duo homines ipsum rogarent ut eos associaret et etiam iuvaret ad bastonandum seu baculo percutiendum quemdam hominem laicum, iacentem cum quadam muliere coniugata, ac ipsum spoliendum, ipse eorum precibus acquievit et ad dictum hominem accedens, ipsum duo socii predicti baculo percusserunt et dum sic per eos percuteretur, idem exponens ipsum tenuit et deinde per eumdem exponentem eo dimisso, unus ex sociis huiusmodi, eodem exponente non vidente, nec auxilium prestante, quodam gladio diversis ictibus (1) ipsum letaliter percussit, quod cum sentiit idem exponens ipsum de manibus dicti percutientis liberavit, tamen idem percussus post modici temporis spatium ab hac vita ex eisdem percussionibus migravit eiusque tamen spolia exponens et socii predicti capientes, ea inter se diviserunt, tandem quia in partibus illis tunc fuerit rumor quod predictus exponens in predicti interfecti morte fuerat culpatus, propterea accusatus sententialiter per iudicem competentem extitit absolutus et, premissis non obstantibus, in suis ordinibus ut prius divina ministravit officia et alias se miscuit eisdem. Cum autem, Pater Beatissime, dictus exponens non habuit intentionem (2) saltem usque ad sanguinis effusionem predictum interfectum percutiendi (3) nec ipsum percusserit doleatque ab intimis de premissis, dignetur igitur S. V., cum premissa sint penitus secreta et nullatenus probari saltem in

foro iudiciali possent, maxime quia ipse absolutoriam sententiam pro se reportavit, alicui ex penitentiariis sacre penitentiarie eiusdem S. absque eo quod alique littere conficientur ne ex eorum narratione huiusmodi factum, [quod] (4) penitus est secretum, proderetur, committere et mandare quod eumdem exponentem in foro conscientie, competenti ei imposita penitentia salutari, a reatu huiusmodi homicidii et peccatis suis aliis que confitebitur absolvat necnon super irregularitate et inhabilitate premissis ex causis contractis quod, eis non obstantibus, in suis ordinibus ut prius licite ministrare ac predictam parrochialem ecclesiam, ne in cleri oprobrium cogatur mendicare, et quecumque alia beneficia ecclesiastica canonice sibi [fl. 24] conferenda, etiam si alicui ex eis cura imm[ineat animarum, libere et licite recipere] ac obtinere valeat, apostolica auctoritate cum eo dispenset [... et ipsum] habilitet de gratia speciali. — *Fiat quoad beneficia sine [cura, citra altaris] ministerium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio[decimo] Kalendas Augusti, anno octavo.

---

(1) No ms. *utibus*, com sinal de erro.
(2) No ms. *mentionem*, com sinal de erro.
(3) No ms. *percussiendi*, com sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *quod*.

887

1425, Julho 25

Gonçalo Martins Soveral, clérigo da diocese de Viseu, pede a igreja paroquial de S. Martinho de Rio de Moinhos da diocese do Porto, vacante por Vasco Afonso, prior do mosteiro de S. Salvador de Freixo da diocese de Braga, que a tinha em comenda, não ter mencionado na respectiva súplica que era igreja do direito de padroado de leigos.

Reg. Suppl. 191, fl. 113v.

Beatissime Pater, [vacante] dudum parrochiali ecclesia sancti Martini de Ryo de Moynhos Portugalensis diocesis, que de iure patronatus laycorum existit, per obitum Gunsalvi Alfonsi, citra duas legales dietas a Romana Curia non remoti, bone memorie dominus Johannes, tunc papa xxiii in sua obedientia nuncupatus (1), eamdem parrochialem ecclesiam, sic ut premittitur vacantem, cuidam Valasco Alfonsi pro priore prioratus monasterii sancti Salvatoris de Freixeo ordinis sancti Augustini canonicorum regularium Bracharensis diocesis se gerente, per eum tenendam et regendam per decennium, a tempore quo eumdem prioratum, super quo tunc litigabat, pacifice possideret computandum, nulla de huiusmodi laicorum patronatu facta mentione, commendavit. Verum, Beatissime Pater, quia predicta parrochialis ecclesia adhuc dicitur vacare, maxime ex eo quod de huiusmodi iure patronatus laicorum nullam per eumdem Valascum in huiusmodi sua impetratione facta fuerit mentio et ex tunc tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta statuta Lateranensis concilii sedi apostolice legitime devoluta sit, supplicatur igitur S. V. pro parte devoti oratoris vestri Gunsalvi Martini Soveral, clerici Visensis diocesis,

quatinus sibi de dicta parrochiali ecclesia sancti Martini de Ryo de Moynhos, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta ac litigiosa sit, eidem G[unsalvo] dignemini misericorditer providere, cum non obstañ et cum clausulis oportunis.

... ...

[fl. 114v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O. Fiat.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Augusti, anno octavo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 836.

888

1425, Julho 29

Gonçalo da Cunha, clérigo da diocese da Guarda, nobre, filho ilegítimo de bispo, já dispensado para se fazer clérigo e receber um benefício eclesiástico, pede a graça de ser promovido também às Ordens sacras e de usufruir a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 188, fl. 257v.

Supplicat S. V. devotus vester Gundissalvus de Cuniha, clericus diocesis Egitaniensis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de antistite de nobili genere ex utroque parente procreato genitus et soluta, clericali caracteri insigniri et ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura animarum obtinere valeret (1) ordinaria auctoritate fuit dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes minores ordines extitit promotus, quatinus sibi ampliorem gratiam facientes, ut ipse ad omnes sacros ordines promoveri ac quecumque, quotcumque et qualiacumque ecclesiastica beneficia cum cura et sine cura, etiam si integre vel dimidie portiones ac canonicatus et prebende, dignitates, personatus, perpetue administrationes et officia in collegiatis et cathedralibus etiam metropolitanis ecclesiis existant, etiam si ad huiusmodi dignitates, etc., qui per electionem consueverint assumi eisque cura immineat animarum, etiam si [in] collegiatis principales ac cathedralibus etiam metropolitanis ecclesiis predictis maiores post pontificales dignitates fuerint, obtinere beneficiaque huiusmodi ex causa permutationis vel alias simul vel successive, totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, ecclesiastica beneficia, similia vel dissimilia, invicem compatibilia, libere recipere et licite retinere valeat et obtinere cum eodem G[undissalvo] dignemini dispensare de dono gratie uberioris, defectu predicto et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Augusti, anno octavo.

(1) No ms. *valleret*, com sinal de erro.

889

1425, Julho 29

Fernando Rodrigues, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Penamacor da diocese da Guarda, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, solicita mais quatro benefícios eclesiásticos, a reter com a dita igreja ou priorado.

Reg. Suppl. 189, fl. 56v.

Supplicat S. V. devotus vester Fernandus Roderici, prior, alias rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Penamacor (1) diocesis Egitaniensis, cum quo dudum, ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret apostolica extitit auctoritate dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes ordines promotus ac prioratum seu rectoriam ecclesie predicte fuit assecutus, quatinus sibi ampliorem gratiam facientes, ut ipse una cum prioratu seu rectoria huiusmodi quatuor alia ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura, etiam si integri et dimidii canonicatus et prebende in collegiatis et cathedralibus, etiam metropolitanis, ecclesiis existant, beneficiaque huiusmodi ex causa permutationis vel alias simul vel successive, totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia ecclesiastica beneficia similia vel dissimilia, invicem compatibilia, libere recipere et licite retinere valeat et obtinere cum eodem Fernando dignemini dispensare de dono gratie uberioris, defectu predicto, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Augusti, anno octavo.

(1) No ms. *Ponamecor.*

890

1425, Julho 29

João Rodrigues do Casal, sacerdote, reitor da igreja paroquial de S. Mamede de Évora, com outros benefícios, solicita a igreja paroquial de S. Tiago de Beja, vacante por Gil Mínimo ter trocado simoníacamente essa igreja com Rodrigo Lourenço pela igreja paroquial de Ventosa da diocese de Viseu.

Reg. Suppl. 189, fl. 121-121v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes [Roderici de] Casal, rector parrochialis ecclesie sancti Mametis [Elborensis], cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium [quem pa]titur de presbytero priore ordinis sancti Augustini expresse professo genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et unum cum cura vel sine cura primo, deinde etiam ut unum, duo, tria vel quatuor beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende in collegiatis ecclesiis forent, recipere et retinere libere valeat, auctoritate apostolica fuit

dispensatum, prout in litteris desuper confectis plenius continetur, quarum dispensationum vigore, fuit ad sacros ordines promotus et portionem perpetuam in ecclesia sancti Petri de Feraria (1) Portugalensis diocesis ac parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de [Arbore] (2), quam etiam permutavit, fuit assecutus et postmodum ut quoscumque canonicatus et prebendas, dignitates, personatus et officia in metropolitanis et cathedralibus ecclesiis et dignitas ipsa (3) in metropolitana et cathedrali maior post pontificalem et in collegiata ecclesiis principalis, curata et electiva fuerit, similiter recipere et retinere libere et licite valeat apostolica auctoritate concessum est dispensari, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Begia Elborensis diocesis, cuius fructus, etc., ducentorum florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod Egidius Minimus dicte ecclesie rector, eamdem ecclesiam parrochialem cum Roderico Laurentii pro alia parrochiali ecclesia de Ventosa Visensis diocesis, symoniaca (4) pravitate interveniente, permutavit, in anime sue periculum et scandalum plurimorum, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, sive per obitum dicti Egidii qui tempore resignationis facte in infirmitate constitutus, infra quindecim dies a die resignationis huiusmodi diem suum extra Romanam Curiam clausit extremum, vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam devoluta vel reservata existat et super ea inter aliquos lis in Romana Curia vel extra, cuius statum presentibus haberi volumus (5) pro expresso, pendeat indecisa, eidem Johanni misericorditer providere dignemini. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancti Mametis ac perpetua portione [fl. 121v] predicta, quorum fructus, etc., centum viginti florenorum [auri de camera] communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expec[tativa in cancellaria] exprimenda, dispensantes cum eodem Johanne ut dictam parrochialem ecclesiam [sancti] Jacobi, si illam assequatur, una cum dicta parrochiali ecclesia sancti Mametis [recipere] illasque insimul per decennium retinere libere et licite ac easdem vel earum [alteram] simpliciter vel ex causa permutationis, totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia, simile vel dissimile, similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, similiter recipere et retinere libere et licite valeat, generalis concilii, constitutionibus apostolicis aliisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur in forma iuris et dispensamus ad sex menses ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Augusti, anno octavo.

(1) No ms. *Focaria.*
(2) No ms. espaço em branco e à margem esquerda do texto a anotação: *sic in originali.* Cf. n.º 780.
(3) No ms. sinal de erro.
(4) No ms. *symonica,* com sinal de erro.
(5) No ms. sinal de erro depois da palavra *volumus.*

891

1425, Agosto-Setembro

D. Gonçalo, bispo da Guarda, já velho e enfermo, pede a faculdade de visitar a sua diocese por outras pessoas idóneas, com o direito de receber as respectivas procurações.

Reg. Suppl. 189, fl. 288-288v.

Beatissime Pater. Cum devota [factura vestra] Gundissalvus, episcopus Egitaniensis (1) senio confractus [ac] corporalibus infirmitatibus gravatus existat et propterea monasteria, ecclesias [seu] secularia et regularia loca tam virorum quam etiam mulierum [suarum ecclesie] civitatis et diocesis Colimbrieñ (*sic*) earumque personas visitare commode non possit, idcirco supplicat S. V. episcopus predictus quatinus ut ipse quamdiu in humanis fuerit constitutus, per ydoneam seu ydoneas, personam seu personas, quam seu quas, totiens quotiens ei videbitur, duxerit deputandam [seu deputandas] suam cathedralem et alias ecclesias ac monasteria et alia loca ecclesiastica secularia et regularia predicta suarum civitatis et diocesis predictarum earumque personas, in quibus de iure seu consuetudine ipsi visitationis officium competit, etiam predicta cathedrali et aliis ecclesiis et locis supradictis sue civitatis eorumque personis prius non visitatis, visitare ac procurationes, huiusmodi visitationis pretextu ei debitas, etiam in pecunia numerata, valeat percipere, ipsi licentiam et facultatem concedere et impertiri dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum [fl. 288v] [Rome, apud Sanctos Apostolos ...]

(1) Cf. nota 2 do n.º 883.

892

1425, Agosto 1

Gomes Lourenço, bacharel em decretos, sacerdote e reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Manhouce da diocese do Porto, pede a porção da igreja de Santa Maria da Pena de dentro dos muros de Leiria, da diocese de Coimbra, vacante por morte de Afonso Anes Rebote.

Reg. Suppl. 188, fl. 258v.

Supplicat S. V. devotus vester Gometius Laurentii, in decretis bacallarius necnon presbyter et rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Manhoce Portugalensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de portione parrochialis ecclesie sancte Marie de Penna intra muros loci de Leirea Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum Alfonsi Johannis Rebote, eius ultimi portionarii, extra Curiam defuncti, sive premisso, vel alio quovis modo et per quamcumque aliam personam vacet, seu renuntiationem de eadem in Curia Romana vel extra, etiam coram notario et testibus factam, quam gratam et ratam habere dignemini, aut portio ipsa per constitutionem *Execrabilis* vacet seu reservata, affecta, devoluta aut litigiosa existat, eidem Gometio dignemini misericorditer providere. Non obstante statuto facto per portionarios predicte ecclesie de certo numero portionariorum habendo, confirmato ut asseritur per priorem monasterii sancte Crucis, extra muros Colimbriensis diocesis, ad quem institutio et destitutio predictorum portionariorum in solidum spectat, si forsan de iure subsistit, cum nulla alia auctoritate confirmatum sit, ac dicta sua ecclesia de Manhouce non obstante, cuius frustus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Augusti, anno octavo.

893

1425, Agosto 1

Gomes Lourenço, bacharel em decretos, sacerdote e reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Manhouce da diocese do Porto, solicita a igreja paroquial de S. Vicente de Pereira da mesma diocese, vacante por Vasco Martins se não ter promovido a todas as Ordens sacras dentro dum ano, como devia.

Reg. Suppl. 188, fl. 258-258v.

Supplicat S. V. devotus vester Gometius Laurentii, in decretis baccallarius necnon presbyter et rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Manhoce (1) Portugalensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Vincentii Pereira diocesis predicte, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, quam ad presens detinet occupatam Valascus Martini, clericus eiusdem diocesis, ex eo quod se ad omnes sacros ordines infra annum non promovit, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quascumque alias personas seu renuntiationem de eadem in Curia vel extra, etiam coram notario et testibus factam, quam gratam et ratam habere dignemini, aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, sive tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si generaliter vel alias specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata, [fl. 258v] affecta existat, etiam si super [ipsa ecclesia in Romana] Curia vel extra [causa pendeat] quomodolibet indecisa, eidem Gometio dignemini misericorditer p[rovidere. N]on obstañ dicta sua ecclesia de Manhouce, quam retinet, cuius fructus, etc., trig[inta li]brarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria declaranda. Et cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Augusti, anno octavo.

(1) No ms. sinal de erro.

894

1425, Agosto 7

João Gomes, sacerdote, reitor da igreja de Idães da diocese de Braga, pede a absolvição de irregularidade e a graça de continuar no exercício das Ordens, com a pluralidade de benefícios, além da dita igreja, pois não se julgava culpado na morte de certo inimigo que ferira.

Reg. Suppl. 189, fl. 181.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. devotus vester Johannes G[ometii], presbyter, rector parrochialis ecclesie de Hydaans diocesis Bracharensis, quod postquam certis ex

causis graves inimicitie inter ipsum ac castellanum castri civitatis Bracharensis et eius vicegerentem fuissent contracte, ipseque Johannes cum eodem vicegerente super certis iniuriis litigasset, accidit quod idem Johannes ad civitatem Bracharensem predictam accessit et eo quodam mane adhuc in lecto remanente, quemdam puerum de sua consanguinitate ad macellum (1) pro carnibus misit, quo puero per dictum vicegerentem reperto, idem vicegerens cum certis aliis suis complicibus eumdem puerum cepit ipsumque ad carceres deportavit, quod idem exponens audiens, ut liberaret predictum eius consanguineum et familiarem de manibus sui inimici predicti, cum duobus familiaribus suis post vicegerentem et complices suos prefatos ivit, tamen eos attingere non valuit, et cum reverteretur unum ex illis qui predictum suum consanguineum et familiarem ceperant casualiter obviam repperit, ac ipsum, non tamen habens intentionem eum interficiendi nec etiam, saltem graviter, vulnerandi, gladio percussit et etiam unus ex predicti exponentis familiaribus, predicti vulnerati inimicus, quarum inimicitiarum idem exponens erat ignarus, ipsum graviter vulneravit, ex quibus vulneribus, licet dictus exponens ignoret si vulnus per eum ipsi infixum fuisset letale, idem percussus extitit vita privatus. Cum autem, Beatissime Pater, dictus exponens ab intimis doleat de premissis aliterque quam exprimitur non sit culpatus, idcirco supplicat S. V. exponens predictus quatinus ipsum a reatu et excessu huiusmodi laicalis homicidii absolventes, ut ipse, premissis non obstantibus, in omnibus suis ordinibus ut prius ministrare ac parrochialem ecclesiam predictam quam obtinet retinere necnon quecumque, quotcumque et qualiacumque alia ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura, etiam si integre et dimidie portiones ac canonicatus et prebende, dignitates, personatus, perpetue administrationes et officia in collegiatis et cathedralibus, etiam metropolitanis, ecclesiis existant, etiam si ad huiusmodi dignitates, etc., qui per electionem consueverint assumi eisque cura immineat animarum, ac in eisdem collegiatis principales seu cathedralibus, etiam metropolitanis, ecclesiis maiores post pontificales dignitates fuerint, licite obtinere valeat et retinere, cum eodem exponente super irregularitate et inhabilitatione ex premissis contractis dignemini misericorditer dispensare, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de absolutione.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Augusti, anno octavo.

(1) No ms. *maxellum*, com sinal de erro.

895

1425, Agosto 7

D. Frei Fernando de Mafra, abade de Alcobaça, com o direito de visita em todos os mosteiros da Ordem, no reino de Portugal, inclusive dos directamente sujeitos ao abade de Claraval, porque D. João, rei de Portugal, em guerra com a França, não permitia ao abade de Alcobaça usar desses direitos ou concessões do abade de Claraval, a não ser com a aprovação da Santa Sé, pede ao papa faculdade de visitar os mosteiros, visto que o abade de Claraval ou outro em seu nome não podiam entrar no reino de Portugal.

Reg. Suppl. 191, fl. 53v-54.

Beatissime Pater, dudum reverendissimus in Christo pater abbas de Claravali devoto vestro fratri Fernando de Mafora, abbati monasterii sancte Marie de Alcobacia, ordinis Cisterciensis Ulixbonensis diocesis, tamquam digniori et excellentioni in regno Portugalie, visitandi et corrigendi, reformandi monasteria eiusdem ordinis tam virorum quam mulierum, eidem patri abbati immediate subiecta, in predicto regno Portugalie dumtaxat existentia (1), ubi (2) dictum suum monasterium de Alcobacia situm existit, necnon alia in monasteriis eisdem tam in capitibus quam in membris faciendi, prout ad ipsum eiusque dignitatem plene spectabat, liberam et meram curriculo sex annorum concessit facultatem, prout in litteris super hoc confectis, quarum tenorem S. V. presentibus habere dignetur pro sufficienter expresso. Nunc vero, Pater Beatissime, Johannes, illustrissimus rex eiusdem regni Portugalie, litteris predictis a prefato abbate obtentis in suo regno obediri ac eas executari (3) propter guerram quam habet cum gallicis, inter quos monasterium predictum de Claravali situm existit, non consentit nec vult, iniungens prefato fratri Fernando quatinus si predictis litteris uti seu gaudere vellet, eas apostolica auctoritate impetraret seu reformaret. Supplicatur igitur eidem S. pro parte prenominati fratris Fernandi quatinus, hiis attentis attentoque etiam qualiter monasteria predicta a quadraginta annis et ultra visitata et correcta non fuerint, quapropter abbates abbatisseque atque membra eorumdem quamplurimis et excessibus ut creditur se immiscent, dictusque pater [fl. 54] abbas atque alius eius nomine in dictum regnum intrare non audent nec possunt, ad predicta monasteria corrigenda et visitanda, sibi potestatem seu facultatem visitandi, reformandi, corrigendi tam in capitibus quam in membris predicta monasteria ac alia in eisdem monasteriis faciendi, prout sibi plene per prenominatum patrem abbatem concessum extitit, prout in litteris suis super hoc confectis, quarum tenorem eadem S. habere dignetur pro sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto, plenius continetur, sibi auctoritate apostolica ad quindecim annos vel saltem ad beneplacitum sedis apostolice concedere dignemini de gratia speciali, attento, Pater Sancte, quod illustrissimus rex predictus litteris quibuscumque super hoc ab eadem S. impetratis et non ab eodem patre abbate tamquam filius obediens obedire vult et desiderat, ac etiam attento quod idem frater Fernandus excellentior et dignior in predicto regno existat, ex eo quod nonnulla alia monasteria sibi eidem ac dicto suo monasterio de Alcobacia immediate subiecta visitare et corrigere teneatur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de consensu. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Augusti, anno octavo.

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. *nisi.*
(3) No ms. sinal de erro.

896-897

1425, Agosto 14

Luís Peres, clérigo da diocese da Guarda, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede quatro benefícios eclesiásticos compatíveis. Então Peres, também clérigo da diocese da Guarda e dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a mesma graça de quatro benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 189, fl. 190v-191.

Dignetur S. V. cum devoto vestro Ludovico Petri, clerico Egitaniensis diocesis, de soluto genito et soluta, cum quo alias dudum ut, non obstante huiusmodi natalium defectu, ad omnes minores et beneficium sine cura ordinaria, primo, deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium, etiam si curatum foret, obtinere valeret apostolica extitit auctoritatibus dispensatum, prout in litteris desuper confectis plenius continetur et post huiusmodi dispensationem ad minores ordines rite promotus extitit, ut quatuor alia beneficia ecclesiastica, se invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende, personatus, administrationes vel officia cum cura vel sine cura in metropolitanis, cathedralibus vel collegiatis ecclesiis fuerint, recipere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, [fl. 191] ecclesiasticum vel ecclesiastica, etiam invicem compatibilia, similiter recipere et retinere libere et licite possit et valeat misericorditer dispensare [dignemini], defectu predicto, Pictavensis concilii, constitutionibus apostolicis, ecclesiarum statutis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

897. Item simili modo cum devoto vestro Antonio Petri, clerico Egitaniensis diocesis, de soluto genito et soluta, cum quo dudum ut, huiusmodi natalium defectu non obstante, ad minores et beneficium sine cura ordinaria primo, deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium cum cura obtinere valeret apostolica extitit auctoritatibus dispensatum, et vigore huiusmodi dispensationis se fecit ad minores ordines rite promoveri, ut quatuor alia beneficia ecclesiastica, etiam si canonicatus, etc., ut in precedenti supplicatione continetur, misericorditer et de speciali gratia dispensare dignemini, predicto defectu, Pictavensis concilii, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo nono Kalendas Septembris, anno octavo.

898

1425, Agosto 14

João Rodrigues do Casal, reitor da igreja paroquial de S. Mamede de Évora, dispensado do impedimento de ilegitimidade e com vários benefícios, pede o canonicato, prebenda e mestre-escolado de Lisboa, porque João Rodrigues, possuidor dos mesmos, teria falsificado as respectivas letras apostólicas.

Reg. Suppl. 189, fl. 191-191v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Roderici de Casal, rector parrochialis ecclesie sancti Mametis Elborensis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero priore ordinis sancti Augustini expresse professo genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et unum cum cura vel sine cura primo, deinde ut unum, etiam duo, tria vel quatuor beneficium seu benefi-

cia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende in collegiatis ecclesiis forent, recipere et retinere libere valeret auctoritate apostolica fuit dispensatum, prout in litteris desuper confectis plenius continetur, quarum dispensationum vigore, fuit ad sacros ordines promotus et portionem perpetuam ecclesie sancti Petri de Feraria (1) Portugalensis diocesis ac parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Arbore, quam etiam permutavit, fuit assecutus et postmodum ut quoscumque canonicatus et prebendas, dignitates, personatus et officia in metropolitanis et cathedralibus ecclesiis et dignitas ipsa in metropolitana vel cathedrali maior post pontificalem et in collegiata ecclesiis principalis, curata et electiva fuerit, similiter recipere et retinere libere et licite valeret apostolica [fl. 191v] auctoritate concessum est dispensari, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de canonicatu et prebenda necnon scolastria ecclesie Ulixbonensis, que dignitas non curata nec electiva in eadem ecclesia existit, quorum omnium fructus, etc., quadringentorum florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacantibus ex eo quod Johannes Roderici dictos canonicatum et prebendam ac scolastriam dicte ecclesie obtinens, Deum pre oculis non habens, in anime preiudicium et scandalum plurimorum, litteras apostolicas falsificavit et ipsis falsis usus est seu in ipsis falsificandis conscius extitit et auxilium et consensum prebuit, sive ut premittitur, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, sive per liberam resignationem per eumdem Johannem Roderici in Romana Curia vel extra eam coram notario publico et testibus sponte de eis factam vacent, etiam si devoluti, litigiosi vel reservati existant, eidem Johanni Roderici de Casal misericorditer providere dignemini. Non obstañ parrochiali ecclesia sancti Mametis ac perpetua portione predictis, quarum fructus, etc., centum viginti florenorum auri secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, necnon gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, dispensantes cum eodem Johanne de Casal ut dictam scolastriam, si illam assequatur, una cum dicta parrochiali ecclesia sancti Mametis recipere et per decennium retinere illasque simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, similiter recipere et retinere libere et licite valeat, generalis concilii, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Ex nunc autem idem Johannes de Casal parrochialem ecclesiam sancti Jacobi de Begya Elborensis diocesis, de qua cum dispensatione ad sex menses concessum est provideri, in eventum, etc., resignare paratus est, cuius fructus, etc., etiam ducentorum florenorum similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt. Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma iuris. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo nono Kalendas Septembris, anno octavo.

(1) No ms. *Focaria.*

899

1425, Agosto 14

Gomes Lourenço, bacharel em decretos, sacerdote, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Manhouce da diocese do Porto, solicita a igreja paroquial de Santa Maria de Vila Chã

da diocese de Coimbra, porque João Gonçalves, clérigo da mesma diocese, não se fizera promover às Ordens sacras dentro dum ano.

Reg. Suppl. 189, fl. 192-192v.

Supplicat S. V. devotus vester Gometius Laurentii, in decretis bachalarius (1) necnon presbyter et rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Manhoce Portugalensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Villa Chia Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, quam ad presens detinet occupatam Johannes Gunsalvi, clericus eiusdem Colimbriensis diocesis, ex eo quod se ad omnes sacros ordines infra annum non promovit, sive premisso aut alio quovis modo, seu per quamcumque aliam personam aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, seu (2) tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam devoluta (3), sive per renuntiationem de ipsa etiam coram notario et testibus factam vacet, etiam si generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata, affecta existat, etiam si super ipsa in Romana Curia vel extra lis pendeat quomodolibet [fl. 192v] indecisa, ipsam ecclesiam de Villa Chia eidem Gometio conferre ac de eadem sibi dignemini misericorditer providere. Non obstante dicta sua ecclesia de Manhoce, quam retinet, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt. Et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud S[anctos Apostolos], decimo nono Kalendas Septembris, anno octavo.

---

(1) No ms. depois de *bachalarius* vêm repetidas as palavras *in decretis*.
(2) No ms. *sive*, com sinal de erro.
(3) No ms. *devolvatur*, com sinal de erro.

900

1425, Agosto 14

Gonçalo da Cunha, clérigo da diocese da Guarda, nobre, filho de um bispo e já dispensado do impedimento de ilegitimidade para receber as Ordens menores e um benefício eclesiástico, pede graça mais avantajada de ser promovido às restantes Ordens e a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 191, fl. 224.

Supplicat S. V. devotus vester Gundissalvus de Cuinha, clericus diocesis Egitaniensis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur ex antistite de nobili genere ex utroque parente procreato genitus et soluta, clericali caracteri insigniri et ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura animarum obtinere valeret ordinaria auctoritate fuit dispensatum, cuius dispensationis vigore ad

omnes minores ordines extitit promotus, quatinus ampliorem gratiam facientes, ut ipse ad omnes sacros ordines promoveri ac quecumque, quotcumque et qualiacumque ecclesiastica beneficia cum cura et sine cura, etiam si integre vel dimidie portiones ac canonicatus et prebende, dignitates, personatus, perpetue administrationes et officia in collegiatis et cathedralibus, etiam metropolitanis, ecclesiis existant, etiam si ad huiusmodi dignitates, etc., qui per electionem consueverint assumi eisque cura immineat animarum, etiam si in collegiatis principales ac cathedralibus, etiam metropolitanis, ecclesiis predictis maiores post pontificales dignitates fuerint, obtinere beneficiaque huiusmodi ex causa permutationis vel alias simul vel successive, totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia ecclesiastica beneficia, similia vel dissimilia, invicem compatibilia, libere recipere et licite retinere valeat et obtinere cum eodem G[undissalvo] dignemini dispensare de dono gratie uberioris, defectu predicto et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo nono Kalendas Septembris, anno octavo.

901

1425, Agosto 15

Súplica de Fernando Rodrigues, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Penamacor da diocese da Guarda, sobre a expedição das letras apostólicas relativas à retenção de certos benefícios com a dita igreja, cujo valor não indicara na súplica anterior.

Reg. Suppl. 187, fl. 31v.

Dignetur S. V. litteras apostolicas conficiendas super dispensatione facta per eamdem S. devoto oratori vestro Fernando Roderici, rectori, priori nuncupato, parrochialis ecclesie, prioratus nuncupate, sancti Petri de Penamacor Egitaniensis diocesis, super obtinendis certis beneficiis cum dicta parrochiali ecclesia, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, cum expressione valoris ipsius parrochialis ecclesie videlicet quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione, etc., expediri mandare. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Septembris, anno octavo.

902

1425, Agosto 20

Súplica de Teresa Ferreira, monja do mosteiro de Semide, da Ordem de S. Bento e diocese de Coimbra, eleita abadessa pelas monjas, a pedir a provisão do mosteiro.

Reg. Suppl. 189, fl. 206-206v.

Beatissime Pater, nuper monasterio sancte Marie de Semide (1) ordinis sancti Benedicti Colimbriensis diocesis per obitum quondam N. (2), cuius nomen et cognomen S. V. hic habere dignetur pro sufficienter expressis, et in cancellaria V. S. declarandis, ultime abbatisse eiusdem, extra Romanam Curiam defuncte, vacante, nonnulle moniales dicti monasterii et presertim maior pars illarum devotam S. V. Tarasiam Ferreira, monialem dicti monasterii et ordinem ipsum expresse professam, in earum et ipsius monasterii elegerunt abbatissam, [fl. 206v] ipsaque Tarasia electionis [...] decreto consensit, licet per quatuor dict[...] election. ad S. V. sedemque apostolicam [...] monasterii[...] moniali [...]. Supplicat igitur S. V. prefata devota S. V. filia [Tarasia quatinus sibi gratiam] facientes specialem, de dicto monasterio, cuius fructus, etc., [...] librarum [Turonensium parvorum] secundum communem extimationem valorem annuum non ex[cedunt, si]ve premisso, sive alias quovis modo et per quamcumque aliam personam vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod illius dispositio ad sedem apostolicam legitime devoluta, aut ipsum monasterium dispositioni sedis predicte generaliter vel specialiter reservatum, affectum vel etiam litigiosum existat, et super eo inter aliquos lis pendeat indecisa, cuius statum ac aliorum premissorum tenores presentibus habere dignemini pro sufficienter expressis, eidem Tarasie providere ipsamque illi in abbatissam preficere ac sibi regimen et administrationem illius in spiritualibus et temporalibus committere aut dictam electionem confirmare vel provideri, prefici et committi aut confirmari et munus benedictionis sibi impendi mandare dignemini misericorditer de gratia speciali, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O. *Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Septembris, anno octavo.

---

(1) Nl ms. *Senide*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

903

1425, Agosto 20

Manuel, médico d'el-rei de Portugal e reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Lisboa, o qual fundara uma capela nessa igreja dedicada a Santa Maria do Sepulcro, pede indulgências para os visitantes da mesma.

Reg. Suppl. 191, fl. 24.

Beatissime Pater, dudum devotus orator vester Manuel (1), rector parrochialis ecclesie sancti Martini Ulixboneñ ac devoti filii S. V. Portugalie et Algarbii regis physicus, pia devotione ductus, ad honorem et sub vocabulo beate Marie de Sepulcro quamdam solempnem capellam infra emunitatem ecclesie (2) sumptibus et expensis suis propriis de novo construxit et fundavit illamque reliquiis aliquibus sanctorum per ipsum de partibus ultramarinis adductis adornavit necnon eidem de usufructibus et libris aliisque ornamentis ad divinum cultum et vite necessariis, prout sibi possibile erit et Deo placuerit, providebit;

ut igitur dictam capellam visitantes aliquo speciali dono S. V. gratie gaudere possint et ne visitantium tepescat devotio, cum S. V. potius divini cultus incrementum quam minoramentum fore censetur, supplicat S. V. dictus Manuel quatinus omnibus et singulis christifidelibus eamdem capellam in beate Marie Virginis atque sancti Martini festivitatibus devote visitantibus duos annos indulgentiarum et totidem quadragenas imperpetuum duratur. de gratia vestra speciali concedere et indulgere dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac regulis cancellarie S. V. contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Septembris, anno octavo.

---

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

904

1425, Agosto 21

O franciscano Fr. Rodrigo Anes do Porto, bacharel formado em teologia, com todos os actos académicos necessários para a licenciatura, completados na Universidade de Tolosa, pede ao papa a faculdade de receber as insígnias doutorais em teologia e ser examinado por algum mestre famoso do Estudo de Lisboa ou doutra Universidade, na presença de mais dois ou três mestres, sem as despesas que as cerimónias do doutoramento acarretavam.

Reg. Suppl. 189, fl. 176v-177. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre Fr. André do Prado, desconhecido escotista português do século XV, professor nas Universidades de Bolonha e da Cúria Romana*, Braga, 1967, p. 29.

Beatissime Pater. Cum devotus orator vester frater Rodericus Johannis Portugalensis, ordinis fratrum Minorum expresse professus ac bacalarius formatus in theologia, in Universitate Tholosana in dicta facultate omnes debitos et consuetos compleverit actus cupiatque idem Rodericus in huiusmodi theologie facultate magistrali dignitate insigniri, sed quia expensas et iura in predicta Universitate pro ipso magisterio fieri consueta quovis modo propter eius paupertatem non posset supportare, supplicat igitur S. V. idem frater R[odericus] quatinus sibi de gratia speciali concedere dignemini licentiam ut possit sub uno perito et famoso magistro theologie insignia magistralia recipere in Studio Ulixbonensi aut alio quocumque per ipsum eligendo ipseque magister, convocatis secum duobus vel tribus magistris in dicta facultate peritis, predictum fratrem Rodericum magistrali dignitate insigniri et etiam decorare cum omnibus prerrogativis, privilegiis et immunitatibus, libertatibus, exemptionibus et gratiis, quibus ceteri in sacra theologia magistri quomodolibet gaudent et utuntur seu gaudere possunt et uti consueverunt, libere et licite valeat et quod nullus, cuiuscumque dignitatis, gradus aut conditionis existat, eum perturbare aut quovis modo impedire quominus supradictis libertatibus et privilegiis gaudere possit et uti. Non obstantibus quibuscumque statutis, privilegiis et ordi-

nationibus in contrarium editis, iuramento vel alia quavis firmitate roboratis, dispensantes cum eodem fratre Roderico super quocumque iuramento per ipsum prestito ne extra dictam Universitatem gradum magisterii in theologia reciperet, restrictionibus, modificationibus, statutis et consuetudinibus ipsius ordinis ac litteris et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque [fl. 177] et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in Curia, si perfecit in locis [debitis] cursus suos. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Septembris, anno octavo.

905

1425, Agosto 21

João Gomes, sacerdote, reitor da igreja paroquial de Idães da diocese de Braga, porque em súplica anterior o papa só tinha concedido a absolvição da irregularidade, em que porventura tivesse incorrido por ter sido causa da morte involuntária de certo inimigo, renova o pedido de continuar no exercício de suas Ordens e com a dita igreja paroquial, bem como a graça da pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 189, fl. 204v-205v.

Beatissime Pater, alias S. V. pro parte devoti vestri Johannis Gometii, presbyteri, rectoris parrochialis ecclesie de Hidaans Bracharensis diocesis, exposito [fl. 205] quod postquam [certis ex causis graves inimicitie inter ipsum] ac castellanum castri civitatis Bracharensis [et eius vicegerentem] fuissent contracte [ipseque] Johannes cum eodem viceregente super [certis iniuriis litigasset], acciderat quod idem Johannes ad civitatem Bracharensem [predictam accesserat et quodam [mane ad]huc in lecto remanente, quem-[dam puerum de sua consan]guinitate ad macellum pro carnibus miserat, quo puero per dictum vice[gerentem re]perto, idem vicegerens cum certis aliis suis complicibus eumdem puerum ceperat ipsumque ad carceres deportaverat (1), quod idem exponens audiens, ut liberaret predictum eius consanguineum et familiarem de manibus sui inimici predicti, cum duobus familiaribus suis post vicegerentem et complices suos prefatos iverat, tamen eos attingere non valuerat et cum reverteretur, unum ex illis qui predictum suum consanguineum et familiarem ceperant, casualiter obviam reppererat ac ipsum, non tamen habens intentionem eum interficiendi nec etiam, saltem graviter, vulnerandi, gladio percusserat et etiam unus ex predicti exponentis familiaribus predicti vulnerati inimicus, quarum inimicitiarum idem exponens erat ignarus, ipsum graviter vulneraverat, ex quibus vulneribus, licet dictus exponens ignoraret si vulnus per eum ipsi inflixum (2) fuisset letale, idem percussus extiterat vita privatus, ac pro parte eiusdem exponentis, qui ab intimis dolebat de premissis, aliterque quam exprimitur, non erat culpabilis, eidem S. supplicato quatinus ipsum a reatu et excessu huiusmodi laicalis homicidii absolvere et habilitare dignaremini, eadem S. ipsum exponentem absolvi mandavit, prout in petitione superinde confecta, per *Fiat ut petitur de absolutione* gratiose signata, plenius continetur. Cum autem, Beatissime Pater, ipse exponens qui ut prefertur alias culpabilis in premissis

non fuit, nec in mortem supradicti conspiravit nec consensit, desiderat etiam in susceptis per eum ordinibus Domino famulari et parrochialem ecclesiam et alia beneficia sibi canonice conferenda obtinere, supplicat S. V. dictus exponens quatinus habilitatione previa, pro maiori cautela, secum ut, premissis non obstantibus, in susceptis per eum omnibus ordinibus ut prius ministrare ac parrochialem ecclesiam predictam necnon quecumque, quotcumque et qualiacumque alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si integre et dimidie portiones ac canonicatus et prebende, dignitates, personatus, perpetue administrationes et officia in collegiatis et cathedralibus, etiam metropolitanis, ecclesiis existant, etiam si ad huiusmodi [fl. 205v] dignitates, etc., [qui per electionem consueverint assumi] eisque cura immineat animarum [ac in eisdem collegiatis] principales seu cathedralibus, etiam metropolitanis, [ecclesiis maiores] post pontificales dignitates fuerint, licite obti[nere valeat et retinere], cum eodem exponente super irregularitate et inhabilitatione ex premissis contractis dignemini misericorditer dispensare et secundum h[oc litteras] super dicta petitione conficiendas expediri mandare de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, citra altaris ministerium, et permutet ecclesiam cum benefic. sine cura. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Septembris, anno octavo.

---

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. *prefixum*, com sinal de erro.

906

1425, Agosto 21

O cabido de Braga pede que Gil Afonso Leitão, arcediago do Couto na igreja de Braga, seja recebido como cónego prebendário da sé.

Reg. Suppl. 189, fl. 205v.

Beatissime Pater, alias S. V. ex certis legitimis causis certos canonicatus et prebendas ecclesie Bracharensis vacaturos, quousque ad certum numerum reducerentur, suppressit ac capitulo eiusdem ecclesie ut ipsi fructus, etc., huiusmodi canonicatuum et prebendarum, ut premittitur suppressorum, in suos usus convertere valerent (1) et possent concessit et etiam indulsit, prout premissa in quibusdam litteris apostolicis, quarum tenores presentibus eadem S. habere dignemini pro sufficienter expressis, exinde confectis plenius continetur. Cum autem, Beatissime Pater, devotus vester Egidius Alfonsi Leiton, archidyaconus de Cauto in dicta ecclesia Bracharensi, de nobili genere procreatus, persona ydonea, discreta et litterata ac bonus clericus et ecclesiasticus, morumque honestate laudabilis existat et etiam est talis, per quem eidem ecclesie laudabiliter in divinis deservitur (2) et melius serviretur eidem si in ipsa canonicus prebendatus existeret et propterea capitulum predictum libenter eumdem Egidium in canonicum reciperent et in fratrem,

prebendam ipsi assignando, si propterea concessioni et indulto predictis non derogaretur, idcirco supplicant S. V. capitulum predictum quatinus ut ipsi Egidium antedictum in eiusdem ecclesie canonicum et fratrem recipere eique prebendam valeant assignare quodque propterea concessioni et indulto predictis in aliquo non derogetur, aut alias quovis modo preiudicetur, quinymo concessio et indultum eadem in suo robore duratura permaneant quoad totalem et plenariam (*sic*) eorum effectum et assecutionem, ipsis licentiam et facultatem concedere et impartiri dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Septembris, anno octavo.

---

(1) No ms. *valeret*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

907-909

1425, Agosto 21

Álvaro Rodrigues, ao que parece deão da Guarda, pede a graça de reter o deado com qualquer outro benefício incompatível. O reitor da igreja paroquial de S. Cristóvão de Nogueira da diocese de Lamego, cónego da Guarda, solicita a graça de reter a dita igreja com qualquer benefício eclesiástico incompatível. João Alfai, reitor da igreja paroquial de S. Bartolomeu de Paredes da diocese de Lamego, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a faculdade de reter a dita igreja com outro benefício eclesiástico incompatível.

Reg. Suppl. 189, fl. 294v-295.

Dignetur S. V. cum de[voto oratore vestro] Alvaro Roderici, decano ecclesie Seguntine (*sic*) [de nobili ge]nere procreato, ut decanatum dicte ecclesie, qui in e[adem] dignitas maior post pontificalem existit, una cum quocumque alio beneficio ecclesiastico incompatibili, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium, cum cura vel sine cura, aut parrochialis ecclesia, et dignitas ipsa similiter in cathedrali maior post pontificalem aut principalis in collegiata ecclesiis curata vel electiva fuerit, si eligatur vel assumatur ad illud, quoad vixerit retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, recipere et similiter quoad vixerit retinere libere et licite valeat dispensare misericorditer et de speciali gratia, predicto decanatu ac canonicatu et prebenda dicte ecclesie Egitaniensis (*sic*), quorum omnium fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione [fl. 295] valorem [annuum non excedunt...].

908. Item simili mo[do] cum devoto vestro [Valasco] Petri, rectore [parrochia lis ecclesie] sancti Cristofori de Nogeira Lamacensis diocesis, ut dictam p[arrochialem]

ecclesiam una cum quocumque alio beneficio [ecclesi]astico incompatibili [ut continetur] in superiori supplicatione, misericorditer et de gratia speciali dispensare dignemini. [Non obstañ] parrochiali ecclesia ac canonicatu et prebenda ecclesie Egitaniensis, q[uorum omnium fruc]tus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, necnon expectativa, in cancellaria exprimenda, constitutionibus apostolicis et aliis contrariis [non] obstantibus quibuscumque.

909. Item simili modo cum devoto vestro Johanne Alfay, rectore parrochialis ecclesie sancti Bartholomei de Paredes Lamacensis diocesis, cum quo alias ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad minores et beneficium sine cura ordinaria primo et deinde ut ad omnes etiam sacros or[dines pr]omoveri et beneficium etiam curatum obtinere posset secundo, cu[ius vigo]re dictam parrochialem ecclesiam, cuius centum, ac postmodum [ut quecumque], quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et [sine cura, etiam si] canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia, etc., ut in dictis litteris desuper confectis plenius continetur, cuius vigore, canonicatum et prebendam ecclesie Colimbriensis fuit assecutus, quorum omnium fructus, etc., ducentorum florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, recipere et retinere libere et licite posset fuit tertio apostolicis auctoritatibus dispensatum, ut una cum dicta parrochiali ecclesia unum aliud beneficium ecclesiasticum incompatibile, ut in prima supplicatione continetur, recipere et retinere ac permutare possit et valeat misericorditer dispensare dignemini, gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque.

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Septembris, anno octavo.

910

1425, Agosto 31

Gonçalo Pereira, militar da diocese de Braga, pede a confirmação da doação do direito de padroado, que certos padroeiros clérigos e leigos lhe fizeram sobre a igreja paroquial de Santa Senhorinha de Basto.

Reg. Suppl. 189, fl. 276-276v.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte humilis et devoti vestri Gunsalvi Pereira, militis Bracharensis diocesis, et dicitur quod cum ecclesia parrochialis sancte Serorine de Basto diocesis predicte ad presentationem Gunsalvi Martini de Lobella et Roderici Alfonsi de Lobella necnon aliorum patronorum laicorum et clericorum in possessione clericum seu clericos dicte ecclesie presentandi existentium in solidum spectasset, omnes dicti patroni sponte et libere et sine aliquo alio illicito (1) pacto interveniente, [fl. 276v]

[...] Supplicat[ur igitur eidem S. V.] pro parte predicti Gunsalvi [...] donationem [gratam et] ratam h[abentes], iuribus et aliis in contrarium facientibus non [obstantibus quibus]cumque, confirmare dignemini de gratia speciali et cum [aliis] non obstañ et [clausulis] oportunis. — *Fiat et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, [prid]ie Kalendas Septembris, anno [octavo].

---

(1) No ms. *inlicito*, com sinal de erro.

911

1425, Agosto 31

Súplica de João Pereira, reitor da igreja paroquial de Santa Senhorinha de Basto da diocese de Braga, à qual estava anexa a igreja paroquial de Santa Maria de Salto do arcediagado de Barroso, cujo arcediago tinha direito a determinado censo anual, a pedir que este censo seja pago segundo a taxa antiga.

Reg. Suppl. 190, fl. 35v-36.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devoti vestri Johannis Pereira, rectoris parrochialis ecclesie sancte Serorine de Basto Bracharensis diocesis, et dicitur quod, cum dicta sua ecclesia sancte Serorine parrochialem ecclesiam sancte Marie de Salto in archidiaconatu Barrosensi habeat annexam, in qua archidyaconus predictus certum censum annuatim pro ea visitanda habere debet, nunc vero, Pater Beatissime, idem archidyaconus cum ceteris rectoribus, suas ecclesias in eodem archidyaconatu habentibus, convenit seu composuit quatinus dictum censum sibi solverent, licet eos non visitaret, demum vero dictum censum ei solverent non secundum quod antiqua taxa de consuetudine regni et ordinatione principis solvitur, sed prout ipse ad beneplacitum suum in non modicum preiudicium dictarum ecclesiarum disposuit cum eisdem, cui quidem conventioni seu compositioni, cum esset iuri contraria, idem Johannes nomine dicte sue ecclesie assentire noluit, eapropter archidyaconus predictus dictam ecclesiam sancte Marie de Salto ecclesiastico supposuit interdicto. Supplicatur igitur S. V. pro parte predicti Johannis quatinus eamdem [fl. 36] ecclesiam a tali interdicto absolvere dignemini, deinde vero mandare ut, ea per dictum archidyaconum personaliter visitata, dictus census non secundum eius dispositionem sed secundum quod antiqua taxa de consuetudine regionis et ordinatione principis solvitur eidem solvatur, quod si forsan personaliter ut premittitur per eum visitata non extiterit, eidem dictus census nequaquam solvatur, compositione predicta et aliis in contrarium editis et allegatis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat quod committatur episcopo, qui faciat iustitiam. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Septembris, anno octavo.

912

1425, Agosto 31

Martinho Gonçalves, clérigo da diocese de Lamego, solicita o ermitério de Santa Maria do Mosteiro da diocese lamecense.

Reg. Suppl. 190, fl. 135v.

Beatissime Pater. Cum heremitorium sancte Marie de Monasterio Lamacensis diocesis tanto tempore vacaverit et vacet ad presens quod de eius vero vacationis modo certa notitia non habetur illudque vacuum et desolatum existat, supplicat S. V. devotus vester Martinus Gundissalvi, clericus Lamacensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicto heremitorio, cuius fructus, etc., quinque ducatorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, quovis modo et ex quacumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservatum, devolutum, affectum aut litigiosum existat, eidem Martino dignemini misericorditer providere, cum non obstañ, si quas habeat, in cancellaria declarandis, et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Septembris, anno octavo.

913

1425, Setembro 5

O Infante D. Pedro, na disposição de partir para o estrangeiro, ao serviço de Deus, pede que os eclesiásticos que o acompanharem possam durante três anos receber os proventos dos seus benefícios, sem o ónus da residência pessoal, e arrendar os mesmos.

Reg. Suppl. 189, fl. 152v-153.

Beatissime Pater, cum devotus V. S. filius Petrus, Johannis regis Portugalie secundo [fl. 153] genitus, ad extraneas mundi partes pro servitio et ad laudem o[mnipotentis Dei ...] secumque aliquos probos viros ecclesiasticos ducere intendat, supplicat igitur [S. V. ...] quatinus sibi ut iidem viri ecclesiastici omnia et singula beneficia sua que [obtinent ... nium] fructus, etc., quibuscumque personis ydoneis ecclesiasticis Ordinariis lo[...] requisitis, per trium annorum spatium arrendare, quodque ipsis qui eisdem beneficiis deservierint sufficienter solutis, eosdem fructus, etc., integraliter recipere et retinere libere et licite valeant ac si in eisdem beneficiis sive locis, in quibus eadem beneficia consistunt, personaliter residerent, nec ad residendum interim in eisdem beneficiis sive locis durante servitio predicti Petri minime teneantur aut ad id a quoquam quavis auctoritate inviti compelli possint vel coartari valeant absque solutione decimarum vel collectarum quarumcumque misericorditer concedere dignemini de gratia speciali. Constitutionibus

et ordinationibus apostolicis necnon consuetudinibus ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint, ceterisque in contrarium editis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ad biennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonas Septembris, anno octavo.

914

1425, Setembro 6

Gonçalo da Cunha, clérigo da diocese da Guarda, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, enquanto filho de um bispo de sangue real e solteira, habilitado a receber cinco benefícios, solicita graça mais ampla ou seja de receber quaisquer benefícios eclesiásticos onde quer que existam.

Reg. Suppl. 190, fl. 33-33v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Gundisalvus de Cuniha, clericus Egitaniensis diocesis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de antistite ex illustri prosapia et sanguine [fl. 33v] regio genitus et soluta, clericali karactere insigniri et ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere valeret ordinaria auctoritate fuit cum eo dispensatum, cuius quidem dispensationis vigore, ad ordines predictos extitit promotus ac ex post per S. V. secum ut, defectu predicto non obstante, quatuor alia beneficia cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia, etiam si maiores post pontificales aut elective in ecclesiis cathedralibus, collegiatis ac metropolitanis forent, si sibi canonice conferrentur (1), libere recipere et licite retinere illaque simul vel successive dimittere simpliciter vel ex causa permutationis et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia similia vel dissimilia licite recipere et retinere, totiens quotiens vellet, valeret extitit misericorditer dispensatum. Verum, Pater Sante, quia secundum sui statum ad eiusque decoram (2) convenientem sustentationem quinque beneficia predicta, nisi magna essent, minime sufficerent, ideo supplicat S. V. quatinus ut, dicto defectu non obstante, ampliorem seu uberiorem gratiam facientes, eidem quotcumque seu quali[a]cumque beneficia ecclesiastica, etiam curata et ubicumque existant, si sibi canonice conferantur, libere et licite recipere et retinere valeat et illa simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco dimissi vel dimissorum quecumque et qualiacumque alia beneficia ecclesiastica et ubicumque existant, si sibi canonice conferantur, libere et licite recipere et retinere valeat de specialis dono gratie misericorditer impertiri (3) dignemini, quibuscumque constitutionibus, ordinationibus apostolicis, episcopalibus vel synodalibus etiam auctoritate apostolica confirmatis non obstantibus et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Santos Apostolos, octavo Idus Septembris, anno octavo.

---

(1) No ms. *confererentur*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. *impartiri*, com sinal de erro.

915-915ª

1425, Setembro 6

Súplicas de Nicolau Domingues, cónego de Tui, sobre certos benefícios, entre os quais o benefício de S. Martinho da Gandra, e de certo João, também cónego de Tui, sobre o perpétuo benefício com cura da igreja paroquial de Beis da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 193, fl. 100v-101v.

Beatissime Pater, olim vacante certis modis, quos presentibus eadem S. habere dignetur pro sufficienter expressis, uno cum cura beate Marie ville de Bayona, medietate et abbatia, ac alio sancti Martini (1) de Gandera (2) etiam medietate, et reliquo sancti Petri de Felgueyras parrochialium ecclesiarum diocesis Tudensis perpetuis ecclesiasticis simplicibus beneficiis sine cura, tertia parte nuncupatis, de eisdem beneficiis ordinaria auctoritate devoto vestro Nicholao Dominici, canonico Tudensi, etiam successive extitit provisum, cuius provisionis vigore, eorum possessiones fuit assecutus ipsaque cum fructuum, etc., perceptione per plures annos pacifice possedit, prout de presenti creditur possidere. Cum autem, Beatissime Pater, ab aliquibus asseratur provisiones ac assecutiones possessionum predictas et ex eis secuta viribus non subsistere dictaque beneficia propterea vacare dicantur, idcirco supplicat S. V. Nicholaus predictus quatinus provisionem et possessionis assecutionem predictas et quecumque ex eis secuta rata habentes et grata, omnes et singulos defectus, si qui in eis forsan intervenerint, ex vestra certa scientia supplentes, apostolica auctoritate confirmare necnon beneficia predicta, quorum fructus, etc., [fl. 101] quadringentorum florenorum auri de camera secundum communem extimationem ut asseritur valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quascumque alias personas seu constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem de eis, etiam coram notario et testibus factam vacent, aut tanto tempore vacaverint quod eorum collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata vel affecta existant, etiam si super ipsis in Romana Curia vel extra lis pendeat quomodolibet indecisa, ipsius litis statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, eidem Nicholao conferre et de ipsis de novo dignemini misericorditer providere, non obstañ quod ipse quosdam canonicatum et prebendam ecclesie Tudensis ac in sancti Jacobi de Redondela eiusdem diocesis unum quartam et in sancti Martini de Agudello aliud quinque nonas ac in sancti Michellis (*sic*) de Marquom parrochialium ecclesiarum Compostellane diocesis aliud ecclesiastica perpetua simplicia beneficia sine cura, quartam partes nuncupata, quorum fructus, etc., septuaginta florenorum simplicium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere, et gratia expectativa, si quam habet, etiam cum dispensatione incompatibilium, in cancellaria apostolica declaranda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

915ª. Beatissime Pater, olim certo modo, quem presentibus eadem S. habere dignetur pro sufficienter expresso, vacante perpetuo ecclesiastico beneficio cum cura parrochialis ecclesie de Beys diocesis Tudensis, medietate communiter nuncupato, de eodem beneficio ordinaria auctoritate devoto vestro Johanni sine malo, canonico ecclesie Tudensis, fuit provisum, cuius provisionis vigore, ipsius possessionem cum fructuum, etc.,

perceptione fuit pacifice assecutus, illudque etiam de presenti creditur possidere. Cum autem, Beatissime Pater, ab aliquibus asseratur provisionem et possessionis assecutionem predictas et ex eis secuta viribus non subsistere, et propterea dictum beneficium, maxime quia dictus Johannes infra annum ad sacerdotium, ut de iure tenebatur, se non fecit promovere, vacare dicatur, idcirco supplicat S. V. Johannes predictus quatinus collationem et provisionem easdem et quecumque ex eis secuta rata habentes [et] (3) grata, omnes et singulos defectus, si qui in eis forsitan intervenerint, ex vestra certa scientia supplentes, apostolica auctoritate confirmare necnon beneficium predictum, cuius fructus, etc., viginti duorum florenorum auri de camera secundum communem extimationem ut asseritur valorem [fl. 101v] annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quascumque alias personas seu constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem de eodem, etiam coram notario et testibus factam, seu quod ut prefertur ipse, ut de iure tenebatur, infra annum (4) ad sacerdotium se non fecit promovere (5), vacet aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservatum aut affectum existat, etiam si super ipso in Romana Curia vel extra inter quascumque personas lis pendeat quomodolibet indecisa, ipsius statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, eidem Johanni conferre ac eidem dignemini de novo misericorditer providere. Non obstañ quod ipse canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus, etc., triginta florenorum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere, et gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica declaranda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Septembris, anno octavo.

---

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão do *et*.
(4) No ms. *annuum*, com sinal de erro.
(5) No ms. *promoveri*.

916

1425, Setembro 8

Súplica de João de Figueiredo, clérigo da diocese de Braga, nobre e familiar do Infante D. Pedro, sobre a igreja paroquial de S. Martinho de Recezinhos da diocese do Porto, vacante por morte de Martinho Anes.

Reg. Suppl. 187, fl. 111.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Johannes de Figueyredo, clericus Bracharensis diocesis, de nobili genere procreatus, secundogeniti serenissimi principis

regis Portugalie familiaris, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Martini de Recezinhos Portugalensis diocesis, per obitum quondam Martini Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut liberam dicti Martini vel alicuius alterius in dicta Curia vel extra, etiam coram notario et testibus sponte factam, resignationem vacet et generaliter vel specialiter reservata vel devoluta sit, seu super ipsa inter aliquos lis, cuius statum, etc., pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, etc., et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Septembris, anno octavo.

917

1425, Setembro 9

Súplica de Vasco Fernandes, reitor da igreja paroquial de S. Paio de Fiolledo da diocese de Tui, sobre a faculdade de reter esta igreja com a de Santa Marinha de Areias da mesma diocese.

Reg. Suppl. 191, fl. 22v-23.

Beatissime Pater, alias S. V. certam gratiam fecit expectativam devoto vestro Velasco Fernandi, rectori parrochialis ecclesie sancti Pelagii de Fiolledo, Tudensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, in qua voluit quod si dictus Velascus beneficium curatum vigore eiusdem gratie assequeretur, dictam parrochialem ecclesiam (1) quam ex tunc vacare decrevit, dimittere teneretur (2) et deinde eadem S. prefato Velasco de parrochiali ecclesia sancte Marine de Areas eiusdem diocesis provideri mandavit, in quo mandato voluit etiam quod dictus Velascus in assecutione eiusdem ecclesie predictam parrochialem de Fiolledo, quam ex tunc vacare decrevit, dimittere teneretur ac gratiam expectativam predictam quoad curatum beneficium cassavit, prout premissa in diversis litteris apostolicis desuper confectis plenius continentur, quarum tenores presentibus eadem S. habere dignetur pro sufficienter expressis. Cum autem, Pater Beatissime, beneficia curata in illis partibus tenua sint et exigua in valore ac fructus, etc., predicte parrochialis ecclesie de Areas viginti sex florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedant, dictaque parrochialis ecclesia de Fiolledo unum dumtaxat parrochianum habeat, idcirco supplicat S. V. Velascus predictus quatinus ut ipse ecclesiam sancti Pelagii predictam, cuius fructus, etc., octo florenorum auri similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, una cum predicta parrochiali ecclesia de Areas seu curato beneficio vigore eiusdem gratie assequendo per decennium, dummodo in aliquo Studio litterarum circa adquirendam scientie margaritam insudaverit, licite retinere valeat et obtinere, cum eodem Velasco dignemini misericorditer dispensare, voluntatibus predictis necnon Lateranensis et generalis conciliorum et quibus-

vis aliis iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque Cum [fl. 23] clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad annum. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Septembris, anno octavo (3).

---

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *ecclesiam.*

(2) No ms. *tenetur*, com sinal de erro.

(3) No Reg. Suppl. 217, fl. 204-204v há uma súplica, não datada e traçada ao meio com *Concessum ut petitur. F. Gebennensis* deste Vasco Fernandes sobre o benefício simples na igreja paroquial de Santa Maria de Areias. A mesma súplica se encontra no Reg. Suppl. 218, fl. 69, com a seguinte data: *Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Novembris, anno decimo.*

918-919

1425, Setembro 10

Súplicas de Luís Anes, reitor da igreja paroquial de Santa Ovaia de Constance da diocese do Porto, nobre e vigário do arcebispo de Braga, e de Martinho Arias, nobre, bacharel em decretos, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Burgães da diocese de Braga, sobre outro benefício incompatível com as respectivas igrejas.

Reg. Suppl. 190, fl. 108v-109.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Lodovicus Johannis, rector parrochialis ecclesie sancte Ovaye de Constance Portugalensis diocesis, de nobili genere procreatus, necnon vicarius domini archiepiscopi Bracharensis, quatinus secum ut cum dicta parrochiali ecclesia aliud beneficium ecclesiasticum, eidem ecclesie incompatibile, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium cum cura vel sine cura in metropolitana, cathedrali seu collegiata ecclesiis aut parrochialis ecclesia et dignitas huiusmodi electiva ac in eadem metropolitana vel cathedrali maior post pontificalem seu principalis in collegiata ecclesia fuerit, si sibi alias canonice conferatur, recipere et retinere illamque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, simul vel successive, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, duo tantum invicem incompatibilia, etiam si ipse due parrochiales ecclesie aut dignitates fuerint, etiam recipere, retinere libere et licite valeat quoad vixerit dispensare dignemini, non obstañ quod idem Lodovicus dictam parrochialem ac quamdam (1) portionem (2) perpetuam (3) sine cura in parrochiali ecclesia sancti Michaelis de Freyxeo Bracharensis diocesis obtinet, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum non obstañ et clausulis oportunis.

919. [fl. 109] Supplicat S. V. devotus orator vester Martinus Arie, de nobili genere procreatus ac bachalarius in decretis, necnon rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Burgaes Bracharensis diocesis, quatinus secum dispensare dignemini ut in proxima supplicatione per omnia continetur, non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Burgaes necnon canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis, quos obtinet

et quorum omnium fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt. Et cum clausulis oportunis ut supra.

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Septembris, anno octavo.

---

(1) No ms. *quadam*, com sinal de erro.
(2) No ms. *portione*, com sinal de erro.
(3) No ms. *perpetua*, com sinal de erro.

920

1425, Setembro 10

Súplica de Mendo de Magalhães, clérigo da diocese de Braga, nobre, sobre a pluralidade de benefícios, enquanto frequentar o Estudo Geral.

Reg. Suppl. 191, fl. 227.

Supplicat S. V. devotus orator vester Menendus de Magnalliaas, clericus Bracharensis diocesis, ex utroque parente de nobili genere procreatus, quatinus secum ut, non obstante defectu etatis quem patitur in xiiii eiusdem etatis anno constitutus, in Studio insistendo, quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, canonicales portiones, dignitates, personatus, administrationes vel officia etiam curata et electiva et dignitates ipse in cathedralibus, etiam metropolitanis, maiores post pontificales vel collegiatis ecclesiis principales fuerint, et ad dignitates huiusmodi consueverint qui per electionem assumi eisque cura immineat animarum, si sibi canonice conferantur, recipere et quoad vixerit retinere libere et licite valeat misericorditer dispensare dignemini de gratia speciali, defectu predicto etatis non obstante, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat de tribus annis. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Septembris, anno octavo.

921

1425, Setembro 10

Afonso Anes, sacerdote e reitor da igreja paroquial de S. Mamede de Perafita da diocese do Porto, pede outro qualquer benefício eclesiástico incompatível.

Reg. Suppl. 193, fl. 100.

Supplicat S. V. devotus orator vester Alfonsus Johannis, presbyter, rector parrochialis ecclesie sancti Mametis de Perafita Portugalensis diocesis, quatinus cum eo ut una cum dicta parrochiali ecclesia, quam obtinet, quodcumque aliud beneficium ecclesiasticum curatum vel alias incompatibile, etiam si dignitas in metropolitana vel cathedrali, non tamen maior post pontificalem, vel principalis et electiva in collegiata ecclesiis, aut alia parrochialis ecclesia fuerit, si sibi apostolica vel ordinaria auctoritate conferatur, libere recipere [et] (1) per septennium retinere illaque pro similibus vel dissimilibus, simul vel successive, in Curia vel extra, causa permutationis resignare et loco dimissi vel dimissorum alia similia vel dissimilia retinere valeat de gratia speciali dignemini misericorditer dispensare, non obstañ dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Septembris, anno octavo.

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão de *et.*

922

1425, Setembro 12

Fernando Rodrigues, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Penamacor da diocese da Guarda, renova súplica anterior relativa a dois benefícios, por não ter feito menção do valor da dita igreja.

Reg. Suppl. 187, fl. 114v.

Beatissime Pater, quia in quadam concessione dispensationis super defectu natalium devoti vestri Fernandi Roderici, rectoris parrochialis ecclesie sancti Petri de Penamacor Egitaniensis diocesis, ad duo beneficia per eum obtinenda non fuit facta mentio de valore dicte ecclesie nec etiam sibi veniunt canonicatus et prebende in cathedralibus ecclesiis, propter quod de viribus et fructu dicte dispensationis idem F[ernandus] dubitat, ideo supplicat V. S. quatinus litteras apostolicas conficiendas super huiusmodi concessione expediri cum expressione valoris dicte ecclesie, qui est triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem ac etiam ad huiusmodi prebendas et canonicatus necnon cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Septembris, anno octavo.

923

1425, Setembro 17

Estêvão Peres, sacerdote, reitor da igreja paroquial de Santo André de Lisboa, pede qualquer benefício eclesiástico incompatível com a dita igreja.

Reg. Suppl. 190, fl. 119.

Supplicat S. V. devotus orator vester Stephanus Petri, presbyter, rector parrochialis ecclesie sancti Andree Ulixboneñ, quatinus cum eo ut, una cum dicta parrochiali ecclesia, quam obtinet, quodcumque aliud beneficium ecclesiasticum curatum vel alias incompatibile, etiam si dignitas in metropolitana vel cathedrali, non tamen maior post pontificalem, vel principalis et electiva in collegiata ecclesiis, aut alia parrochialis ecclesia fuerit, si sibi apostolica vel ordinaria auctoritate conferatur, libere recipere et licite ac per septennium retinere illaque pro similibus vel dissimilibus simul vel successive in Curia vel extra causa permutationis resignare et loco dimissi vel dimissorum alia similia vel dissimilia retinere valeat de gratia speciali dignemini misericorditer dispensare, dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., quinquaginta florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria V. S. declaranda, non obstañ, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Octobris, anno octavo.

924

1425, Setembro 17

D. Gonçalo, prior do mosteiro de Santa Cruz de Coimbra, solicita a confirmação de seus privilégios, indultos e letras apostólicas, inclusive das perdidas ou deterioradas na inundação do mosteiro, ocorrida uns doze anos antes, mencionando expressamente certos privilégios de jurisdição, de mitra e báculo e direito de visita.

Reg. Suppl. 191, fl. 221-221v.

Beatissime Pater, cum dudum priori tunc pro tempore existenti et conventui monasterii sancte Crucis extra muros Colimbrieñ ordinis sancti Augustini, per priorem soliti gubernari, Romane Ecclesie immediate subiecti suisque successoribus prioribus pro tempore existentibus per regem Portugalie et Algarbii fundatum (*sic*) et in quo ipsi reges communiter suas elegerunt, prout eligunt, ecclesiasticas sepulturas, ab apostolica fuerit sede indultum ut tam pro guerrarum turbinibus ac mortalitatum quam aeris tempestatem (*sic*) pro tempore vigentibus processionaliter erecta cruce et ipse prior pluviali indulto (*sic*) ac mitra et baculo gaudens, quasvis ecclesias civitatis Colimbriensis, etiam cathedralem ecclesiam eiusdem, et alias in confinibus dicte civitatis constitutas causa devotionis et in divini cultus augmentum ac christifidelium animarum salutem valerent visitare et in eisdem cum nota missam decantando celebrare, cuiusvis licentia minime desuper requisita, quodque per tantum tempus prior et conventus prefati pro tempore qui fuerunt laudabiliter peregere quod contrarii memoria non existit, verum, Pater Beatissime, quod fere iam duodecim annis proxime preteritis gravissima inundatione aquarum monasterium ipsum invadente, omnes et singuli libri necnon littere apostolice, indulta et privilegia diversa continentes et presertim bulla huiusmodi indulti et privilegii in suis scripturis abolente periere et interim etiam sint consumpte adeo quod vix legi possunt, dubitant pro-

pterea iidem prior et conventus in percipiendis premissis imposterum posse molestari et huiusmodi indulto ac privilegio non legi valentes multipliciter impediri, quare supplicatur S. V. pro parte devotorum vestrorum Gundissalvi prioris et conventus monasterii predicti humiliter et devote quatinus in perficiendis premissis et exercendis eorum piam valeant devotionem adimplere iuxta indulti et privilegii predicti concessionem ipsis ut quemadmodum usque ad moderna tempora indulto et privilegio predictis usi sunt et hactenus fuerunt, in divini cultus augmentum et Christifidelium animarum salutem, ita et deinceps perpetuis profuturis temporibus gaudere valeant et potiri et huiusmodi eorum piam devotionis intentionem laudabiliter exequi, dum tempus exegerit necessitas et oportunitas ac peragere, cuiusvis licentia iuxta indulti et privilegii predicti concessionem licentia minime requisita, concedere misericorditer et indulgere seu alicui in partibus illis committere dignemini et mandare ut se (1) de huiusmodi indulti et privilegii concessione diligenter informet et si per huiusmodi informationem repererit priores qui pro [fl. 221v] tempore fuerunt et conventum dicti monasterii dicto indulto et privilegio gavisos pacifice fuisse et illud uti prefertur in cathedrali et aliis ecclesiis civitatis Colimbriensis et confinium laudabiliter peregisse ac in exercitio huiusmodi indulti et privilegii a tanto tempore extitisse, cuius contrarii memoria non existit, etiam si actu super hiis quovis modo turbentur, auctoritate apostolica confirmet et approbet ipsosque priorem et conventum in privilegio et indulto huiusmodi contra quascumque personas, cuiuscumque status, gradus, preeminentie vel conditionis fuerint, tueatur et defendat illiusque faciat eosdem priorem et conventum per censuras ecclesiasticas pacifica possessione gaudere. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat et exhib*[*eantur*]. *O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Octobris, anno octavo.

(1) No ms. *si.*

925

1425, Setembro 18

Vasco Fernandes, sacerdote da diocese de Tui, pede a confirmação ou nova provisão do benefício de Santa Marinha de Areias.

Reg. Suppl. 186, fl. 59v-60.

Beatissime Pater, dudum quodam beneficio sancte Marine de Areas cum cura Tudensis diocesis, certo modo vacante per obitum quondam Roderici Pelagii, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, tunc devoto oratori vestro Velasco Fernandi, presbytero eiusdem diocesis, gratiose concessit ac de eodem provideri (1) fecit, prout plenius in quibusdam litteris apostolicis super eodem confectis plenius et latius continetur, que omnia hic eadem S. habere dignetur (2) pro sufficienter expressis et cum, Pater Beatissime, prefatus exponens dubitet prefatam (3) gratiam (4) super eodem confe-

ctam viribus non subsistere, dignetur igitur S. V. acceptationem, possessionem auctoritate apostolica eidem exponenti de prefato beneficio factam et omnia quecumque exinde secuta rata et grata habere (5) ac ex certa scientia confirmare (6) necnon eadem S. de novo etiam, [si] necesse sit, de dicto beneficio sancte Marine de Areas, cuius fructus, etc., ultra triginta quinque florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quamcumque aliam personam seu per constitutionem *Execrabilis* aut per liberam resignationem de predicto beneficio, etiam coram notario et testibus factam vacet, seu vacare contigerit (7) aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata seu affecta aut litigiosa existat in Romana Curia vel extra, etiam si lis pendeat indecisa quomodolibet, cuius statum presentibus eadem S. hic habere dignetur (8) pro sufficienter [fl. 60] expresso, Velasco prefato dignemini misericorditer providere. Non obstante quodam beneficio curato sancti Pelagii eiusdem diocesis, cuius fructus, etc., ultra duodecim florenorum auri [de camera] communi extimatione valorem annuum non excedunt, quod se offert dimissurum, etc., et cum omnibus non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Santos Apostolos, quartodecimo Kalendas Octobris, anno octavo (9).

---

(1) No ms. *providere*, com sinal de erro.
(2) No ms. *dignemini*, com sinal de erro.
(3) No ms. *prefata*, com sinal de erro.
(4) No ms. *sua*, com sinal de erro.
(5) No ms. *haberi*, com sinal de erro.
(6) No ms. *ex certa scientia ac confirmari*, com sinal de erro.
(7) No ms. *contingerit*, com sinal de erro.
(8) No ms. *dignemini*, com sinal de erro.
(9) Publica-se esta súplica, vista a possibilidade de estar relacionada com portugueses ou benefícios de Portugal.

926

1425, Setembro 20

Lopo Vaz Gonçalves, subdiácono e beneficiado da diocese de Lamego, pede a graça de receber as restantes Ordens na Cúria Romana, sem obrigação de observar os interstícios.

Reg. Suppl. 187, fl. 143.

Supplicat S. V. devotus orator vester Lupus Valasci Gonsalvi, subdiaconus, beneficiatus in ecclesia sancte Marie de Sanden Lamecensis diocesis, quatinus ei licentiam concedatis ut ad subsequentes ordines in temporibus et extra tempora a iure statuta valeat promoveri in Romana Curia, cum non possit amplius expectare quia labitur sibi tempus, cum sit arctatus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Octobris, anno octavo.

927

1425, Setembro 24

Afonso Anes, sacerdote, reitor da igreja paroquial de S. Mamede de Perafita da diocese do Porto, pede uma outra igreja paroquial.

Reg. Suppl. 190, fl. 133-133v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Alfonsus Johannis, presbyter, rector parrochialis ecclesie sancti Mometis de Perafita Portugalensis diocesis, quatinus cum eo ut, una cum dicta parrochiali ecclesia quam obtinet, quamcumque (1) aliam parrochialem ecclesiam, si sibi apostolica vel ordinaria auctoritate canonice conferatur, libere recipere et per septennium retinere illasque (2) pro similibus vel dissimilibus simul vel successive in Curia vel extra causa permutationis resignare et loco dimisse vel dimissarum alias similes vel dissimiles parrochiales ecclesias vel quecumque alia cum eis vel earum reliqua et incompatibilia beneficia retinere valeat de gratia speciali dignemini misericorditer dispensare, predicta parrochiali ecclesia sancti Mometis necnon quadam media portione sine cura in ecclesia sancti Martini de Cedofacta dicte diocesis, quas dictus Alfonsus Johannis obtinet et quarum fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria S. V. declaranda, non obstantibus quibuscumque, necnon etiam constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus, cum clausulis oportunis [fl. 133v]. — *Fiat ut petitur ad sex menses. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Octobris, anno octavo.

---

(1) No ms. *quacumque*, com sinal de erro.
(2) No ms. *ilasque*, com sinal de erro.

928

1425, Setembro 24

D. Gonçalo, prior do mosteiro de Santa Cruz, pede a confirmação dos seus privilégios, cujos documentos se tinham perdido ou deteriorado na inundação do mosteiro, ocorrida uns doze anos antes, nomeadamente do indulto de o prior usar mitra e báculo, inclusive na igreja catedral.

Reg. Suppl. 190, fl. 201v-202.

Beatissime Pater. Cum olim priori tunc et conventui monasterii sancte Crucis extra muros Colimbrieñ ordini ssancti Augustini, Romane Ecclesie immediate subiecti (1), suisque successoribus pro tempore existentibus, per duos reges Portugalie et Algarbii fundati (2), et in quo ipsi reges communiter suas elegerunt, prout eligunt, ecclesiasticas sepulturas, ab apostolica sede extiterit indultum quod tam mortalitatis et pestilentie ac guerrarum turbinum (3) temporibus quam aeris tempestate vigentibus processionaliter, erecta cruce, ipse prior, pluviali indutus ac mitra et baculo baiulans, quasvis ecclesias civitatis Colimbriensis, etiam cathedralem eiusdem, et alias in confinibus extra civitatem consistentes causa devotionis et in divini cultus augmentum ac christifidelium animarum salutem possent visitare et in eisdem missam ad notam decantando celebrare, cuiusvis licentia desuper minime requisita, quodque per tantum tempus prior et conventus monasterii prefati, qui pro tempore fuerunt, laudabiliter peregerunt, quod contrarii memoria non existit, verum, Pater Beatissime, quia fere iam duodecim annis proxime preteritis, gravissima inundatione aquarum monasterium ipsum invadente, omnes et singulos libros necnon litteras apostolicas, diversa indulta et privilegia dictis priori et conventui continentes et presertim bullam sive litteram huiusmodi indulti et privilegii in suis scripturis abolente, periere et interim etiam sunt consumpte adeo quod vix alique ex eis legi possent, alie non, et signanter bulla indulti prelibati, dubitant propterea iidem prior et conventus in perficiendis premissis et exercendis imposterum posse molestari, quare supplicatur humiliter et devote pro parte devotorum vestrorum Gundisalvi prioris et conventus monasterii predicti quatinus ut in perficiendis premissis eorum piam devotionem adimplere valeant iuxta predicti indulti et privilegii concessionem ipsis quemadmodum usque ad moderna tempora indulto et privilegio huiusmodi hactenus usi sunt et pro tempore fuerunt, in divini cultus augmentum et christifidelium animarum salutem, ita et deinceps perpetuis profuturis temporibus gaudere valeant et potiri et huiusmodi eorum devotionem laudabiliter, dum temporis exegerit necessitas et oportunitas, [fl. 202] peragere, cuiusvis licentia minime ad hec requisita, concedere misericorditer et indulgere de novo seu alicui in partibus illis committere dignemini et mandare ut se de huiusmodi indulti et privilegii concessione diligenter informet et si per huiusmodi informationem repererit priores dicti monasterii qui pro tempore fuerunt et conventum huiusmodi indulto et privilegio gavisos fuisse et usos ac illud ut prefertur in cathedrali et aliis ecclesiis civitatis Colimbriensis et eiusdem confinibus laudabiliter peregisse ac in possessione exercitii huiusmodi indulti et privilegii a tanto tempore extitisse, cuius contrarii memoria non existit, etiam si super hiis quovis modo turbentur actu, auctoritate apostolica confirmet et approbet ipsosque priorem et conventum in privilegio et indulto huiusmodi contra quascumque personas, cuiuscumque status, gradus, preeminentie vel conditionis fuerint, tueatur et defendat illiusque faciat eosdem priorem et conventum per censuras ecclesiasticas pacifica possessione gaudere. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac provincialibus et synodalibus, statutis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat et committatur Ordinario. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Octobris, anno octavo.

---

(1) No ms. *subiectum*, com sinal de erro.
(2) No ms. *fundatum*, com sinal de erro.
(3) No ms. *turbinibus*, com sinal de erro.

929

1425, Setembro 24

João Caminha, clérigo da diocese de Tui, pede o canonicato e prebenda de Tui, a que João Afonso tencionava resignar a seu favor.

Reg. Suppl. 190, fl. 293-294.

Beatissime Pater. Cum devotus orator vester Johannes Alfonsi, canonicus ecclesie Tudensis, canonicatum et prebendam, quos in dicta ecclesia possidet, certis de causis animum suum moventibus, in manibus eiusdem S. [fl. 293v] et in favorem devoti oratoris V. S. Johannis Caminna, clerici dicte diocesis, libere resignare proponat, prout etiam resignat de presenti, idcirco supplicat eidem S. V. dictus Johannes Caminna quatinus sibi specialem gratiam facientes, de predictis canonicatu et prebenda predicte ecclesie sic vacantibus per liberam resignationem predicti Johannis Alfonsi factam vel fiendam, quorum fructus, etc., viginti duorum florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo, vel per quamcumque aliam personam, aut tanto tempore vacaverit quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii aut constitutionem *Execrabilis* ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias specialiter vel generaliter reservati aut affecti existant, aut per renuntiationem de eisdem per dictum Johannem Alfonsi aut aliam quamcumque personam in Romana Curia vel extra, etiam coram notario publico et testibus vel alias factam vel fiendam vacent, aut super eisdem inter quascumque personas in Romana Curia vel extra lis, cuius statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Johannes parrochialem ecclesiam sancte Marine dAreas et duas tertias partes sine cura sancte Marine de Rosal et aliam tertiam partem sine cura sancti Benedicti de Gondomar et medietatem sine cura sancti Salvatoris de Tebra dicte Tudensis diocesis obtinet, quorum omnium fructus, etc., septuaginta florenorum similium secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, ac defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, cum quo alias tam ordinaria quam apostolica auctoritatibus fuit dispensatum ut, eo non obstante defectu, dicta beneficia ecclesiastica obtinere et retinere posset beneficiaque huiusmodi ex causa permutationis vel alias simul vel successive, totiens quotiens opus erit et voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia ecclesiastica beneficia, similia vel dissimilia, etiam invicem incompatibilia, libere (1) recipere et licite retinere valeret et obtinere, cum eodem fuit misericorditer dispensatum, quarum quidem dispensationum totos tenores hic eadem S. habere dignetur pro sufficienter expressis. Et insuper ut, dicto defectu non obstante, predictos canonicatum et prebendam obtinere ipsosque ex causa permutationis vel alias simul vel successive, totiens quotiens opus fuerit et voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia beneficia ecclesiastica similia vel dissimilia, etiam invicem incompatibilia, [fl. 294] etiam si canonicatus et prebenda in ecclesia cathedrali fuerint, una cum predictis beneficiis libere recipere et licite retinere valeat et obtinere, cum eodem Johanne dignemini misericorditer dispensare, prout alias per eamdem S. dispensatum fuit, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, ac quadam gratia expe-

ctativa et predictis aliis dispensationibus, si quas habet, in cancellaria declarandis, et aliis non obstañ et clausulis oportunis ,tenores omnium et singulorum premissorum hic habentes pro sufficienter expressis. — *Fiat ut petitur et dispensamus. O. Fiat.*

Datum, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Octobris, anno octavo.

---

(1) No ms. a seguir à palavra *libere* vem *et*, mas com sinal de erro.

930

1425, Setembro 26

Afonso Anes, sacerdote, reitor da igreja paroquial de S. Mamede de Perafita da diocese do Porto, solicita a faculdade de reter esta com outra qualquer igreja paroquial durante sete anos.

Reg. Suppl. 190, fl. 172-172v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Alfonsus Johannis, presbyter, rector parrochialis ecclesie sancti Mometis de Perafita Portugalensis diocesis, quatinus cum eo ut, una cum dicta parrochiali ecclesia quam obtinet, quamcumque aliam parrochialem ecclesiam, si sibi apostolica vel ordinaria auctoritate canonice conferatur, libere recipere et [fl. 172v] per septennium retinere illasque pro similibus vel dissimilibus, simul vel successive, in Curia vel extra causa permutationis resignare et loco dimisse vel dimissarum alias similes vel dissimiles parrochiales ecclesias vel quecumque alia cum eis vel earum reliqua incompatibilia beneficia retinere valeat de gratia speciali dignemini misericorditer dispensare, predicta parrochiali ecclesia sancti Mometis necnon quadam media portione sine cura in ecclesia sancti Martini de Cedofacta dicte diocesis, quas dictus Alfonsus Johannis obtinet et quarum fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria S. V. declaranda, non obstantibus quibuscumque necnon etiam constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad sex menses. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Octobris, anno octavo.

931

1425, Setembro 26

Rafael Palestrelo, reitor da igreja paroquial de Santa Marinha de Lisboa, nobre e bacharel em ambos os direitos, pede outro benefício eclesiástico incompatível.

Reg. Suppl. 190, fl. 197v-198.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Raphael Palustrelus, rector parrochialis ecclesie sancte Marine Ulixbonensis, de nobili genere procreatus et bachalarius utriusque iuris, quatinus secum ut una cum predicta parrochiali ecclesia aliud beneficium ecclesiasticum eidem ecclesie incompatibile, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium cum cura vel sine cura in metropolitana, cathedrali seu collegiata ecclesiis aut parrochialis ecclesia et dignitas huiusmodi electiva ac in eadem metropolitana vel cathedrali maior post pontificalem seu principalis in collegiata ecclesia fuerit, si sibi alias conferatur canonice, recipere et retinere illaque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, simul vel successive, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, duo tantum invicem incompatibilia, etiam si ipse due parrochiales ecclesie aut dignitates fuerint, etiam recipere et retinere libere et licite valeat dispensare dignemini. Non obstañ quod idem Ra[phaelus] dictam parrochialem ecclesiam ac quamdam perpetuam portionem sine cura in parrochiali ecclesia [fl. 198] sancti Michaelis de Turribus Veteribus Ulixbonensis [diocesis] obtinet, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria V. S. declaranda et exprimenda. Et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Octobris, anno octavo.

932-933

1425, Setembro 26

Afonso Anes, sacerdote, reitor da igreja paroquial de S. Mamede de Perafita da diocese do Porto, presente na Cúria Romana, pede outra igreja paroquial qualquer por sete anos. Luís Anes, reitor da igreja paroquial de Santa Ovaia de Constance da diocese do Porto, solicita também outra qualquer igreja paroquial nas mesmas condições.

Reg. Suppl. 191, fl. 244v-245.

Supplicat S. V. devotus orator vester Alfonsus Johannis, presbyter, rector parrochialis ecclesie sancti Mametis de Perafita (1) Portugalensis diocesis, qui presens est in Curia Romana, quatinus cum eo ut una cum dicta parrochiali ecclesia, quam obtinet, quamcumque aliam parrochialem ecclesiam, si sibi apostolica vel ordinaria auctoritate canonice conferatur, libere recipere et per septennium retinere illasque pro similibus vel dissimilibus, simul (2) vel successive, in Curia vel extra causa permutationis resignare et loco dimisse vel dimissarum alias similes vel dissimiles parrochiales ecclesias vel quecumque alia cum eis vel earum reliqua incompatibilia (3) beneficia retinere valeat de gratia speciali, predicta parrochiali (4) ecclesia sancti Mametis necnon quadam dimidia portione sine cura in ecclesia sancti Martini de Cedofeita dicte diocesis, quas dictus Alfonsus obtinet, et quarum fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expecta-

tiva, si quam habet, in cancellaria S. V. declaranda, non obstantibus quibuscumque necnon etiam constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus, cum clausulis oportunis.

933. Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus orator vester Ludovicus Johannis, rector parrochialis ecclesie sancte Ovaye de Constance Portugalensis diocesis, quatinus secum ut una cum dicta parrochiali ecclesia aliam parrochialem ecclesiam obtinere possit per septennium et permutare totiens quotiens, in omnibus et per omnia ut in prima supplicatione continetur, dispensare dignemini. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia necnon portione sine cura in ecclesia sancti Michaelis de Freyxeo Bracharensis diocesis, quas obtinet et quarum fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem [fl. 245] annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque ad sex menses. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Octobris, anno octavo.

---

(1) No ms. *Pafica.*
(2) No ms. *similis*, com sinal de erro.
(3) No ms. *incompatibilis*, com sinal de erro.
(4) No ms. *parrochialis*, com sinal de erro.

934

1425, Setembro 27

Fernando Rodrigues, reitor da igreja de S. Pedro de Penamacor da diocese da Guarda, pede a expedição das letras apostólicas sobre certa graça, com menção do valor da dita igreja, que omitira na súplica respectiva.

Reg. Suppl. 184, fl. 172v.

Beatissime Pater. Quia in dispensatione Fernandi Roderici, rectoris ecclesie sancti Petri de Penamocor (1) Egitaniensis diocesis, de presbytero geniti et soluta, per S. V. signata, non fuit facta mentio de valore dicte ecclesie, dignetur S. V. litteras apostolicas super dicta gratia conficiendas in cancellaria expediri mandare cum valore dicte ecclesie, cuius fructus, etc., triginta quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac cum aliis clausulis in dicta gratia contentis, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Octobris, anno octavo.

---

(1) No ms. *Penamoter.*

935

1425, Setembro 27

João Gomes, sacerdote, reitor da igreja paroquial de Idães da diocese de Braga, absolvido de certo homicídio, pede que nas letras apostólicas seja expressa a dispensa de poder celebrar.

Reg. Suppl. 190, fl. 192v-193.

Beatissime Pater, alias S. V. pro parte devoti vestri Johannis Gometii, presbyteri, rectoris parrochialis ecclesie de Hydaans Bracharensis diocesis, super quodam homicidio quod personaliter non commisit et in quod non consensit, inter cetera exposito quod, cum ipse dubitaret se alicuius irregularitatis macula fore irretitum, idcirco eidem S. humiliter supplicato ut eum absolvere et habilitare dignaretur, S. V. eumdem Johannem absolvi et habilitare ac secum citra altaris ministeria dispensari concessit, prout in petitione super inde confecta, quarum (*sic*) tenorem hic habere [fl. 193] dignemini pro sufficienter expresso, latius continetur. Cum autem, Beatissime Pater, idem Johannes qui, ut predicitur, in dicto homicidio culpabilis non fuit nec in mortem dicti interfecti consensit, ymmo revera doluit, prout dolet, cupiatque in omnibus per eum susceptis ordinibus etiam ad altaris ministerium summis desideriis ministrare, supplicat S. V. idem Jo[hannes] quatinus litteras super dicta petitione conficiendas ita ut ipse etiam ad altaris ministerium ministrare possit expediri mandare dignemini de gratia speciali, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Octobris, anno octavo.

936

1425, Setembro 28

Súplica de Fernando Rodrigues, reitor da igreja de S. Pedro de Penamacor da diocese da Guarda, sobre a expedição das letras apostólicas de certa graça, com menção do valor da dita igreja, circunstância omitida na respectiva súplica.

Reg. Suppl. 187, fl. 150.

Beatissime Pater, quia in dispensatione Fernandi Roderici, rectoris ecclesie sancti Petri de Penamacor Egitaniensis diocesis, de presbytero geniti et soluta, per eamdem S. signata *Fiat. O.*, non fuit facta mentio de valore dicte ecclesie, ideo supplicat eidem S. dictus Fernandus quatinus litteras apostolicas conficiendas super dicta gratia expediri mandare cum valore dicte ecclesie, cuius fructus, etc., triginta quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac cum aliis clausulis in dicta gratia contentis, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Octobris, anno octavo.

937

1425, Setembro 28

João Afonso, cónego de Coimbra, presente na Cúria Romana, cujo Estudo frequentava, pede indulto de receber os seus proventos, enquanto residir na Cúria ou no Estudo ou aí estiver por motivo dos negócios do bispo da diocese, durante os cinquenta seis dias de cada ano, conforme o costume observado pelos cónegos do cabido de Coimbra, apesar de não ter residido aí durante o prazo prescrito de um ano.

Reg. Suppl. 190, fl. 180v.

Beatissime Pater, cum sepe contingat quod canonici ecclesie Colimbriensis propter negotia eis incumbentia ab eorum in dicta ecclesia residentia discedant et absentent, longa consuetudine inter eos observatum est et fuit quod canonici qui in dicta ecclesia per annum continue et sine intervallo residentiam fecerint singulo anno quinquaginta sex dies quos de statuto appellant ad disponendum et visitandum eorum facta et negotia haberent ubique et eis concederentur coniunctim vel ex intervallo, petendo eos a predicto capitulo vel a computatore chori, quibus diebus fructus, redditus et proventus etiam quotidianas distributiones cum ea integritate perciperent, cum qua, si personaliter residerent et divinis in dicta ecclesia interessent, perciperent, cum autem, Pater Sancte, devotus vester Johannes Alfonsi, canonicus dicte ecclesie, dictam residentiam per annum in prefata ecclesia non fecerit et ad presens in Romana Curia resideat et in Studio dicte Curie studeat, supplicatur S. V. pro parte ipsius Johannis quatinus in dicta Curia vel Studio ipsius residendo vel pro factis episcopi dicte ecclesie Colimbriensis dictis quinquaginta sex diebus cum perceptione predicta fructuum et cotidianarum distributionum gaudere et uti possit et valeat, quibus utuntur et gaudent dicti canonici qui dictam residentiam fecerint, eidem Johanni indulgere ac predictos quinquaginta sex dies sibi misericorditer et de speciali gratia concedere dignemini, consuetudine predicte ecclesie non obstañ de residendo per sex menses in eodem, consuetudinibus ac constitutionibus apostolicis ceterisque in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat in Curia vel in Studio. O.*

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Octobris, anno octavo.

938

1425, Setembro 28

Vasco Fernandes, sacerdote da diocese de Tui, pede a metade de Santa Marinha de Rosal, que João Caminha ocupava.

Reg. Suppl. 190, fl. 260-260v.

Supplicat S. V. devotus vester Velascus Fernandi, presbyter Tudensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de quadam medietate sine cura sancte [fl. 260v]

Marine de Rossal, cuius fructus, etc., viginti quatuor florenorum auri de camera importatis valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quia quidam Johannes Chamina, occupator et detentor istius beneficii, de legitimo matrimonio non existit, super quo dispensationem non habuit nec habet, sive ut premittitur, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam generaliter aut alias specialiter dispositioni apostolice devoluta existat, aut per liberam resignationem cuiuscumque in Romana Curia vel extra, coram notario et testibus sponte factam, aut lis inter aliquos pendeat indecisa, vacet, eidem Velasco dignemini misericorditer providere. Non obstante ecclesia parrochiali sancti Pelagii de Fioledo, quam pro nunc obtinet, cuius fructus, etc., duodecim florenorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt. Non obstante etiam beneficio curato sancte Marine de Areas, ad quod pretendit se ius habere, cuius fructus, etc., triginta quinque florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt. Et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Octobris, anno octavo.

939

1425, Setembro 28

Fernando Lourenço, clérigo da diocese de Viseu, pede a perpétua porção de S. Salvador de Beja, vacante pela resignação de Gil Afonso.

Reg. Suppl. 193, fl. 131-131v.

Supplicat S. V. devotus vester Fernandus Laurentii, clericus Visensis (1) diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua portione parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Begia Elborensis diocesis, si vacat ad presens, vel quam primum per ingressum religionis seu liberam resignationem de eadem in manibus eam recipiendi potestatem habentis, vel etiam coram notario et testibus, quam admittere eadem S. dignetur, per Egidium Alfonsi, eiusdem portionis ultimum obtentorem, factam vel etiam fiendam, vacare contigerit, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo et per quascumque alias personas seu constitutionem *Execrabilis* aut *Ad regimen* vel assecutionem alterius beneficii aut liberam resignationem in manibus eam recipiendi potestatem habentis, seu etiam coram notario et testibus factam, quam eadem S. admittere (2) dignetur, vacet, aut alias quomodolibet vacare contigerit, seu tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, aut alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata, affecta vel litigiosa existat, [fl. 131v], cuius litis statum presentibus eadem S. habere dignetur pro sufficienter expresso, eidem Fernando dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Octobris, anno octavo.

(1) No ms. *Vicensis.*

(2) No ms. *recipere,* com sinal de erro.

940

1425, Outubro 1

João Gonçalves, clérigo da diocese da Guarda, que prometera sob juramento fazer-se sacerdote, pede a graça de ascender a todas as Ordens e de obter benefícios, apesar do homicídio, em que andou metido.

Reg. Suppl. 189, fl. 231v.

Beatissime Pater. Exponit S. V. devotus vester Johannes Gundisalvi, clericus Egitaniensis diocesis, et dicit quod cum ipse olim de mandato unius domini sui, cuius familiaris existebat, cum aliis ad capiendum quosdam malefactores et unus ex eis retro manens quemdam ex malefactoribus, ipso Johanne inconsulto, ymmo homini rei fortiter indignato, interfecit, propter quod idem Johannes remorsum habeat conscientie, quapropter supplicat S. V. quatinus secum ut ad omnes ordines promoveri et beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura libere recipere et licite retinere possit et valeat dignemini misericorditer dispensare, attento, Pater Beatissime, quod ad clericatus apicem vult ascendere, Deo ac omnibus sanctis suis votum fecit quod presbyter effici vellet, tactis etiam per ipsum scripturis sacrosanctis ad sancta Dei evangelia iuravit, votum predictum ratificando. —*Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Octobris, anno octavo.

941

1425, Outubro 1

Vasco Esteves, clérigo da diocese de Tui, pede o canonicato e prebenda de Tui, a que Afonso Esteves se propunha resignar.

Reg. Suppl. 190, fl. 249v-250.

Beatissime Pater. Cum Alfonsus Stephani, canonicus Tudensis, canonicatum et prebendam, quos in ipsa ecclesia Tudensi obtinet, sponte et libere resignare proponat, sive ex nunc in manibus V. S. resignat, supplicat S. V. devotus orator vester Velascus Stephani, clericus eiusdem diocesis, quatinus huiusmodi resignationem admittentes, de dictis canonicatu et prebenda, quorum (1) fructus, etc., distributionibus cotidianis exceptis, viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive dicti canonicatus et prebenda tunc sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona sive per constitutionem *Execrabilis* vacent, et generaliter vel specialiter reservati, devoluti seu alias litigiosi existant, eidem Velasco dignemini misericorditer providere, regulis cancellarie, constitutionibus apostolicis, statutis dicte eccle-

sie Tudensis et aliis quibusvis contrariis [fl. 250] non obstantibus. Et cum aliis non obstañ in confectione litterarum, etiam in cancellaria apostolica declarandis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Octobris, anno octavo.

(1) No ms. *cuius*, com sinal de erro.

942

1425, Outubro 5

Fernando Lourenço, clérigo da diocese de Viseu, solicita a perpétua porção da igreja paroquial de S. Salvador de Beja, vacante por resignação de Gil Afonso.

Reg. Suppl. 190, fl. 234.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus vester Fernandus Laurentii, clericus Visensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua portione parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Begia Elborensis diocesis, si vacat ad presens vel quam primum per ingressum religionis seu liberam resignationem de eadem in manibus eam recipiendi potestatem habentis vel etiam coram notario et testibus, quam admittere eadem S. dignetur, per Egidium Alfonsi, eiusdem portionis ultimum obtentorem, factam vel etiam faciendam vacare contigerit, cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quascumque alias personas seu constitutionem *Execrabilis* aut *Ad regimen* vel assecutionem alterius beneficii aut liberam resignationem in manibus eam recipiendi potestatem habentis, sed (1) etiam coram notario et testibus factam, quam eadem S. recipere dignetur, vacet aut alias quomodolibet vacare contingat, seu tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata, affecta vel litigiosa existat, cuius litis statum presentibus eadem S. habere dignetur pro sufficienter expresso, eidem Fernando dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Octobris, anno octavo.

(1) No ms. sinal de erro.

943

1425, Outubro 24

João Caminha, cónego de Tui, pede a igreja paroquial de Areias, sobre a qual litigava com Vasco Fernandes.

Reg. Suppl. 191, fl. 140v.

Beatissime Pater, dudum vacante parrochiali ecclesia sancte Marie de Areas diocesis Tudensis, ex eo quia Gometius Correa, canonicus Tudensis ecclesie, ipsam tunc obtinens, parrochialem ecclesiam de Forcadella eiusdem diocesis ordinaria auctoritate extitit assecutus, de eadem parrochiali ecclesia de Areas devoto vestro Johanni Cammina (1) de Lira, canonico eiusdem ecclesie Tudensis, ordinaria auctoritate fuit provisum, cuius provisionis vigore, eiusdem parrochialis ecclesie possessionem cum fructuum perceptione existit (2) assecutus ipsamque possidet de presenti. Tandem quidam Velascus Fernandi, pretensus clericus diocesis predicte, eumdem Johannem de et super eadem parrochiali ecclesia et eius occasione coram venerabili viro domino Martiali, vestri sacri palatii causarum apostolici auditore, traxit in causam, in qua ad nonnullos actus iudiciales citra ipsius conclusionem fuit processum, cuius statum presentibus eadem S. habere dignetur pro sufficienter expresso. Cum autem, Beatissime Pater, ab aliquibus asseratur neutrum litigantium huiusmodi in seu ad predictam parrochialem ecclesiam ius habere et propterea (3) vacare dicatur, idcirco supplicat S. V. Johannes predictus quatinus prefato auditori vel eius loco subrogando committere dignemini et mandare quod, si per huiusmodi litis eventum vel alias ei constiterit parrochialem ecclesiam de Areas predictam neutri litigantium huiusmodi de iure deberi, eamdem parrochialem ecclesiam, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive ex eo quod forsitan dictus Johannes infra annum a die adepte possessionis eiusdem ecclesie ad sacerdotium se non fecerit promovere, sive alio quovis modo per quascumque alias personas seu constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem, etiam coram notario et testibus factam, vacet aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata, affecta vel litigiosa existat, ipsius litis statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, auctoritate apostolica eidem Johanni conferat et assignet ac provideat de eadem. Non obstañ quod ipse quosdam canonicatum et prebendam ecclesie Tudensis predicte ac nonnulla simplicia beneficia que, quot sint et qualiacumque presentibus eadem S. specifice dignetur habere pro sufficienter expressis, quorum fructus, etc., centum librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, in diocesi predicta noscitur obtinere, et gratia expectativa, si quam habet, cum dispensatione incompatibilium, in cancellaria apostolica declarandis, ac defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, super quo certis modis in predicta cancellaria declarandis, cum eodem fuit dispensatum, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Novembris, anno octavo.

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. *astitit*, com sinal de erro.
(3) No ms. *preterea*, com sinal de erro.

944

1425, Outubro 25

João Rodrigues do Casal renova a súplica sobre o canonicato, prebenda e mestre-escolado

de Lisboa, que desejava fossem tirados a João Rodrigues, visto não ter mencionado que sobre a falsificação das letras corria processo na Cúria arquiepiscopal de Lisboa.

Reg. Suppl. 184, fl. 239v.

Beatissime Pater. Cum pridem S. V. devoto vestro Johanni Roderici de Casal de canonicatu et prebenda ac scolastria ecclesie Ulixbonensis per privationem factam vel fiendam de quodam Johanne Roderici, qui crimen falsi circa litteras apostolicas commisit, provideri concessit et in supplicatione per eamdem S. super hoc signata, idem Johannes impetrans per inadvertentiam omiserit facere mentionem quod super huiusmodi crimine contra prefatum falsarium procederetur iam in Curia archiepiscopali Ulixboñ, dignetur igitur S. V. officialibus aut vicariis generalibus Ulixboneñ litteras superinde conficiendas cum premissorum expressione dirigi et expediri ac (1) mandare quod de beneficiis predictis cum per condempnationem de crimine falsi huiusmodi et privationem ipsius factam vacan. seu faciendam vacatu. provideant eidem supplicanti, prout in dicta supplicatione latius est petitum. Et nichilominus quia valor predictorum beneficiorum est expressus ad quadringent. floren. de camera et signatura que non habet de utroque, ad utrumque beneficium iuxta regulas cancellarie non videatur extendi, etiam dignetur S. V. litteras super utroque expediri mandare, presertim cum dicte scolastrie fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum vel circiter secundum communem extimationem valorem annuum non excedant, et cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Novembris, anno octavo.

(1) No ms. sinal de erro.

945

1425, Novembro 13

Martinho Gonçalves pede a expedição das letras apostólicas sobre a concessão do ermitério de Santa Maria do Mosteiro da diocese de Lamego, com menção de que ele era clérigo da diocese de Viseu.

Reg. Suppl. 186, fl. 31-31v.

Reformatio Martini Gundissalvi de et super heremetorio sancte Marie de monasterio Lamacensis diocesis, etc. (1).

Beatissime Pater. Cum in supplicatione, cuius copia prescribitur, expressum fuerit per inadvertentiam ipsam supplicationem componentis, prefatum Martinum fuisse et esse Lamacensis diocesis, cum tamen Visensis diocesis existat, dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super huiusmodi gratia conficiendas cum expressione quod idem Mar-

tinus sit clericus diocesis Visensis expediri mandare de gratia speciali. Cum non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus [fl. 31v] Novembris, anno octavo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

946

1425, Novembro 13

Frei Gonçalo Mendes, dominicano do convento de Santarém, o qual fizera todos os cursos na faculdade de Teologia de Auch, na França, inclusive até à licenciatura, presente agora na província de Portugal, pede o indulto para receber as insígnias doutorais na Universidade de Lisboa.

Reg. Suppl. 191, fl. 293.

Beatissime Pater. Cum Gonsalvus (1) Menendi, frater professus ordinis Predicatorum conventus Santarenensis provincie Portugalie in Studio Aquensi, quod est in provincia Provincie, omnes cursos suos consuetos in theologica facultate usque ad licentiaturam inclusive compleverit et nunc in dicta provincia Portugalie presens sit et propter viarum longarum discrimina ac etiam paupertatem nimiam, qua premitur, ad dictum Studium redire non possit, cum propter iuramentum eidem Studio factum teneatur, supplicat S. V. quatinus de gratia eiusdem S. speciali sibi in iuramento dispensare ac concedere quod in Universitate Ulixbonensi sub aliquo sacre theologie magistro quem duxerit eligendum (2), insignia magistralia complete recipere possit, cum omnibus et singulis gratiis, donis, etc. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus apostolicis, etc. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Novembris, anno octavo.

---

(1) No ms. *Gonsalbus*, com sinal de erro.

(2) No ms. as palavras desde *sub aliquo* até *eligendum* foram sublinhadas e sobre elas foi posto sinal de erro. Na margem esquerda do texto, a anotação: *ita in originali.* Realmente, segundo a fórmula usual nestes pedidos, os mestres examinadores costumavam ser três ou quatro.

947-948

1425, Novembro 13

Afonso Lourenço, reitor da igreja paroquial de S. Cristóvão de Macinhata da diocese de Coimbra, já dispensado do impedimento de ilegitimidade e com a igreja paroquial de S. Pedro de

Castro Daire da mesma diocese e outro benefício, pede mais quatro benefícios. João Gomes, sacerdote, bacharel em decretos, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Idães, da diocese de Braga, pede mais quatro benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 192, fl. 31v-32v.

Supplicat S. V. devotus vester Alfonsus Laurentii, rector parrochialis ecclesie sancti Christofori de Macinheta Colimbriensis diocesis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret, apostolica auctoritate fuit dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes ordines promotus, parrochialem ecclesiam sancti Petri de Castro dAyre eiusdem diocesis fuit assecutus et deinde quod, defectu non obstante predicto, una cum dicta parrochiali ecclesia quoddam aliud ecclesiasticum beneficium cum ipsa compatibile obtinere ipsaque beneficia simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, semel tantum, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia ecclesiastica beneficia, duo tantum similia vel dissimilia, invicem compatibilia, libere recipere et licite retinere valeret et obtinere, cum eodem auctoritate predicta fuit dispensatum, cuius dispensationis vigore, eadem parrochiali ecclesia sancti Petri dimissa, parrochialem ecclesiam sancti Christofori predictam etiam extitit assecutus, quatinus sibi ampliorem gratiam facientes, ut ipse una cum parrochiali ecclesia et beneficio predictis quatuor vel plura alia ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura, etiam si integri vel dimidii canonicatus et prebende aut eorum unum dignitas, personatus, perpetua administratio vel officium in collegiata et cathedrali, etiam metropolitana, ecclesiis existant, etiam si ad huiusmodi dignitatem, etc., quis per electionem consueverit assumi eique cura immineat animarum, obtinere beneficiaque huiusmodi ex causa permutationis vel alias simul vel successive, totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia ecclesiastica beneficia similia vel dissimilia, invicem compatibilia, libere recipere et licite retinere valeat et obtinere, cum eodem A[lfonso] dignemini misericorditer dispensare de dono gratie uberioris, defectu predicto et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis.

... ...

[fl. 32]

... ...

948. Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Gometii, presbyter, bacallarius in decretis, rector parrochialis ecclesie beate Marie de Hydaans Bracharensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut, non obstante huiusmodi defectu, ad omnes ordines promoveri et unum beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, si sibi canonice conferretur, recipere et licite retinere valeret auctoritate apostolica dispensatum extitit, cuius quidem dispensationis vigore, ad omnes ordines promotus et dictam parrochialem ecclesiam pacifice assecutus extitit, quatinus sibi ampliorem gratiam facientes, secum ut, predicto defectu non obstante, quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, [fl. 32v] administrationes vel officia in metropolitanis, cathedralibus vel collegiatis ecclesiis et dignitates ipse in eisdem metropolitanis seu cathedralibus maiores post pontificales ac collegiatis huiusmodi

ecclesiis principales, etiam curate et elective fuerint, si sibi alias canonice conferantur vel assumatur ad illa, recipere et insimul quoad vixerit cum potestate permutandi, etc., retinere libere et licite valeat misericorditer dispensare dignemini, defectu ac parrochiali ecclesia predicta, quam obtinet, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, necnon Pictavensis concilii, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint, statutis et consuetudinibus et aliis in contrarium editis et facientibus non obstantibus quibuscumque. Et cum clausulis oportunis.

Fiat pro omnibus tribus. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Novembris, anno octavo.

949

1425, Novembro 14

Vasco Rodrigues, clérigo de Lisboa, doutor em ambos os direitos, pede a confirmação apostólica dum benefício perpétuo na igreja de Gerona, vacante por morte de Francisco Mateus, o qual fora concedido a Vasco Rodrigues pelo cardeal D. Pedro de Fuxo, franciscano, em virtude de sua autoridade de cardeal legado no reino de Aragão.

Reg. Suppl. 192, fl. 88v-89.

Beatissime Pater, dudum quodam perpetuo beneficio in ecclesia Gerundensi viro ex duodecim locis presbyteralibus dicte ecclesie nuncupato, qui pro tempore obtineñ vocem et locum habent in capitulo et stallum in choro ac canonicalem portionem recipiunt, licet canonici non vocentur, per obitum quondam Francisci Mathei, olim dictum locum obtinentis et ipsius ultimi possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, devota oreatura vestra P. tit. sancti Stephani in Celiomonte presbyter cardinalis, in regno Aragonie apostolice sedis legatus (1), devoto oratori vestro Valasco Roderici, elerico Ulixbonensi, utriusque iuris doctori, dictum beneficium sic vacantem auctoritate sue legationis contulit et providit etiam de illo, verum, Pater Beatissime, idem Valascus dubitat (2) collationem et provisionem ex certis causis viribus non subsistere dictumque beneficium adhuc ut prefertur vacare noscatur, dignetur S. V. collationem et provisionem predictas et quecumque inde secuta rata, grata atque firma habentes, illa ex vestra certa scientia auctoritate apostolica confirmare et de dicto beneficio, cuius fructus, etc., centum librarum Barchinonensium secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut ex cuiuscumque alterius persona vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta dictumque beneficium dispositioni apostolice specialiter aut ex eo quod idem Franciscus olim P[etri] de Luna, B[enedicti] xiii in sua obedientia nuncupati (3), familiaris, etc., continuus commensalis extitit, generaliter reservatum seu affectum existat, et super eo inter aliquos in Romana Curia vel extra eam lis, cuius statum hic habentes pro expresso, pendeat indecisa, eidem Valasco de novo misericorditer providere. Non obstañ quadam gratia expectativa, si quam habet, [fl. 89] in

cancellaria declaranda, necnon constitutionibus apostolicis ac sanctionibus pragmaticis in dicto Aragonie regno factis ac statutis, consuetudinibus ipsius ecclesie ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Decembris, anno octavo.

---

(1) D. Pedro de Fuxo, franciscano, bispo de Lascar, na França, elevado à dignidade cardinalícia do título de Santo Estêvão in Monte Celio em 1414 por João XXIII, promovido a cardeal-bispo de Albano em 1431. Morreu em 13 de Dezembro de 1464. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, pp. 33, 47, 295.

(2) No ms. *dubitet.*

(3) Pedro de Luna, cardeal diácono do título de Santa Maria in Cosmedin, eleito papa em Avinhão a 28 de Setembro de 1394, consagrado a 11 de Outubro do mesmo ano. Foi deposto pelo Concílio de Constança a 26 de Julho de 1417. Morreu no dia 23 de Maio de 1423. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 29, 51.

950

1425, Novembro 16

João Rodrigues do Casal renova o pedido do canonicato, prebenda e mestre-escolado de Lisboa, que pretendia fossem tirados a João Rodrigues sob pretexto de falsificação das letras apostólicas, sobre a qual aliás corria processo na Cúria arquiepiscopal de Lisboa, precisamente por não ter mencionado que o sobredito João Rodrigues fora colector apostólico no reino de Portugal.

Reg. Suppl. 192, fl. 16v-17.

Beatissime Pater, pridem pro parte devoti vestri Johannis Roderici de Casal V. S. exposito quod contra quemdam Johannem Roderici, canonicum et scholasticum ecclesie Ulixbonensis, super crimine falsificationis litterarum apostolicarum in Curia archiepiscopali Ulixbonensi agebatur ac pro parte ipsius exponentis eidem S. supplicato ut sibi de canonicatu et prebenda ac scolastria (1) ecclesie predicte, si eumdem Johannem delatum de crimine huiusmodi condempnari et propterea eisdem canonicatu et prebenda ac scolastria privari contigerit, providere dignaretur, eadem S. de eisdem canonicatu et prebenda ac scolastria predictis in eventum privationis huiusmodi eidem exponenti provideri gratiose concessit seu mandavit, prout in litteris inde confectis plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, dictus delatus de crimine huiusmodi, dudum canonicatum et prebendam ac scolastriam obtinens predictos, collector camere apostolice in regno Portugalie per eamdem S. effectus extiterit, licet postea exercitio officii collectorie huiusmodi minime aut per modicum tempus assecuto, ab eodem revocatus extiterit, timeat tamen idem exponens qui de officio huiusmodi in supplicatione aut litteris suis huiusmodi nullam mentionem fecit, ex causa reservationis vel affectionis dictorum beneficiorum possit (2) imposterum impugnari, dignetur igitur eadem S. gratiam et litteras huiusmodi perinde valere ac executores (3) et subexecutores in c. (4) deputati et deputandi ad collationem et provisionem et alia peragenda posse et debere procedere ac [fl. 17] si dictus exponens in eis quod dictus delatus collector ut prefertur extitisset ac propterea vel alias canonicatu[s]

et prebenda ac scolastria predicti dispositioni apostolice generaliter reservati existant seu extiterint specialiter expressisset decernere et concedere. Non obstantibus quibuscumque. — *Fiat. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Decembris, anno octavo.

---

(1) No ms. *Scolastania*, com sinal de erro.
(2) No ms. *post*, com sinal de erro.
(3) No ms. *exucutores*, com sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro.

951

1425, Novembro 16

Vicente Martins, meio canónico nas igrejas da Guarda e de Coimbra, sacerdote, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Cavadoude, pede outro benefício incompatível.

Reg. Suppl. 192, fl. 102v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Vicentius Martini, dimidius canonicus in Egitaniensi et Colimbriensi ecclesiis necnon presbyter et rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Cavadoude, que alteram parrochialem ecclesiam habet annexam (1), quatinus cum eo ut una cum dicta sua parrochiali ecclesia, cum altera sibi annexa, quarum fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt (2), incompatibile beneficium ecclesiasticum, quacumque auctoritate sibi collatum, etiam si dignitas, personatus vel officium cum cura in cathedrali seu metropolitana aut alia parrochialis ecclesia fuerit, ad decennium similiter recipere et retinere et incompatibilia huiusmodi simpliciter vel ex causa permutationis, totiens quotiens voluerit, simul vel succèssive, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia, beneficia ecclesiastica, duo tantum invicem incompatibilia, etiam si due parrochiales ecclesie aut dignitates fuerint, etiam recipere et retinere libere et licite valeat dignemini misericorditer dispensare. Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 103].

... ...

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Decembris, anno octavo.

---

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

952-953

1425, Novembro 19

Lourenço Anes, reitor da igreja paroquial de S. Salvador de Évora, pede o indulto de reter esta igreja com outra igreja paroquial qualquer durante dez anos. Afonso Anes, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Évora, pede igual graça.

Reg. Suppl. 192, fl. 80v.

Supplicat S. V. devotus vester Laurentius Johannis, rector parrochialis ecclesie sancti Salvatoris Elborensis, quatinus secum ut dictam ecclesiam quam obtinet et cuius fructus, redditus et proventus centum florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac quamcumque aliam parrochialem ecclesiam, si sibi alias canonice conferatur, recipere et per decennium insimul retinere, cum potestate permutandi interim alteram ex eis, quam maluerit, pro earum reliqua, compatibili beneficio ecclesiastico libere ac licite valeat dignemini misericorditer dispensare, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis.

953. Supplicat S. V. devotus vester Alfonsus Johannis, rector parrochialis ecclesie sancti Petri Elborensis, quatinus secum ut dictam ecclesiam, quam obtinet et cuius fructus, redditus et proventus octuaginta florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac quamcumque aliam parrochialem ecclesiam, si sibi alias canonice conferatur, recipere et per decennium insimul retinere, cum potestate permutandi interim alteram ex eis, quam maluerit, pro earum reliqua, compatibili beneficio ecclesiastico libere ac licite valeat dignemini misericorditer dispensare, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Decembris, anno octavo.

954

1425, Novembro 19

Luís Anes, reitor da igreja paroquial de Santa Ovaia de Constance da diocese do Porto, pede outro benefício com cura de almas, incompatível.

Reg. Suppl. 192, fl. 148-148v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Ludovicus Johannis, rector parrochialis ecclesie sancte Ovaye de Constance Portugalensis diocesis, quatinus secum ut una cum dicta

parrochiali ecclesia aliud beneficium curatum, eidem ecclesie incompatibili, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium cum cura vel sine cura in metropolitana, cathedrali seu collegiata ecclesiis aut parrochialis ecclesia et dignitas huiusmodi electiva ac in eadem metropolitana vel cathedrali maior post pontificalem seu principalis in collegiata ecclesiis fuerit, si sibi alias canonice conferatur, recipere et retinere illaque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiescumque voluerit, simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, similia vel dissimilia, beneficium vel beneficia, ecclesiastica, duo tantum invicem incompatibilia, etiam si ipse due [fl. 148v] parrochiales ecclesie vel dignitates fuerint, etiam recipere et retinere libere et licite valeat quoad vixerit, cum eodem L[udovico] dispensare dignemini de gratia speciali. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancte Ovaye ac portione sine cura, quam habet in ecclesia sancti Michaelis de Freyxeo Bracharensis diocesis, quarum omnium fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum ceteris non obstañ [et] clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Decembris, anno octavo.

MARTINHO V

(EL. 11 NOV., COR. 21 NOV. 1417, + 20 FEV. 1431)

SÚPLICAS

ANO NONO

(21 NOV. 1425 – 20 NOV. 1426)

AV, REG. SUPPL., VOL. 194 A 203

1425, Dezembro 21

Pedro Abade, clérigo da diocese de Évora, um dos apresentados à igreja de S. Cristóvão de Espadanedo da diocese de Lamego por D. Lourenço, bispo de Mégara e administrador do mosteiro de S. João de Alpendurada, e por D. Gonçalo Vasques Coutinho, padroeiros, ao bispo de Lamego D. Garcia, que não aceitou os apresentados e conferiu a igreja a outro clérigo, pede a dita igreja para si ou a sucessão nos direitos que pertenciam a Luís Afonso, que se tornara indigno dela, por exercer um cargo judicial na Corte de D. João, rei de Portugal.

Reg. Suppl. 194, fl. 55v-56.

Beatissime Pater, dudum vacante parrochiali ecclesia sancti Christofori de Spadanedo Lamecensis diocesis, quam de iure [patronatus] (1) ecclesiasticorum et laicorum existit, per obitum quondam Alfonsi Fernandi, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Johannes Stephani Ulixbonensis ac Ludovicus Alfonsi et Petrus Abbatis, clerici Elborensis diocesum, per reverendum patrem dominum Laurentium episcopum Maiorensem (2), administratorem perpetuum monasterii sancti Johannis de Pendorada, et nobilem virum Gunsalvum Valasci Cotinho, tamquam patronos clericos et laicos, sive clericum et laicum, ad quos videlicet dominum Laurentium pretextu administrationis bonorum dicti monasterii, tamquam abbatem eiusdem, cum ad abbatem ipsius monasterii tamquam clericum pro tempore existentem et prefatum Gunsalvum et eius posteros tempore vacationis huiusmodi ecclesie coniunctim spectare presentatio dicitur, reverendo patri domino Garsie, episcopo Lamecensi (3), sive pro parte dictorum patronorum simul ac successive, sub forma scilicet quod si prefatus Johannes Stephani ydoneus non reperiretur, quod ex tunc unum ex aliis compresentatis, utpote Ludovicum Alfonsi vel Petrum Abbatis ad predictam ecclesiam instituere, fuerunt presentati, qui dominus Garsias episcopus dicto Johanne Stephani repulso tamquam minus ydoneo pro regimine prelibate ecclesie, aliis prefatis compresentatis nec aliquo eorum vocatis seu vocato minime, in maximum eorum preiudicium et cuiuslibet eorumdem, memoratam parrochialem ecclesiam cuidam Didaco Egidii, asserto clerico, contulit et sibi providit de eadem, cuiusque possessionem vigore dictarum pretensarum collationis et provisionis idem Didacus extitit assecutus quamque triennii spatio detinuit sic occupatam, a quibus quidem collatione et provisione necnon gravaminibus ac institutionis denegatione per prefatum Ludovicum Alfonsi etiam petite, fuit ad sedem metropoliticam Ulixbonensem appellatum, in qua coram vicariis archiepiscopi Ulixbonensis causa huiusmodi appellationis introducta et agitata, iidem vicarii rite et legitime procedentes, quamdam interlocutoriam pro dicto [fl. 56] Ludovico et contra Garsiam, episcopum Lamecensem prefatum, sententiam promulgarunt, a qua quidem sententia pro parte dicti episcopi ad sedem apostolicam appellato ac causa huius-

modi appellationis venerabili et circumspecto viro domino Guntzoni de Zwola, sacri palatii apostolici causarum auditori, commissa, in qua omnes termini substantiales servati usque ad concludendum exclusive fuerunt. Cum autem, Pater Beatissime, prefatus Ludovicus Alfonsi temporalibus se immiscuerit et ingesserit, permaxime civilibus et criminalibus officiis, exercendo et facto exerceat procurationem prosecution. criminum et criminalium offensarum in Curia serenissimi principis domini Johannis, regis Portugalie et Algarbii, et propterea ad predictam ecclesiam obtinendam reddiderit se indignum, supplicat S. V. prefatus Petrus Abbatis quatinus sibi qui, ut prefertur, etiam presentatus extitit, specialem gratiam facientes, de dicta parrochiali ecclesia sive omni iure (4) quod prefato Ludovico in et ad dictam parrochialem quomodolibet competebat, sive competere potuit, sive adhuc per obitum prefati Alfonsi Fernandi, sive ex eo quod prefatus Didacus Egidii ad sacros presbyteratus ordines infra tempus debitum, a iure statutum, se minime fecerit promoveri et propterea se reddiderit [indignum] (5) ad obtinendam eamdem, vacante, seu per liberam resignationem iuris prefati Ludovici de illo in partibus, etiam coram notario et testibus sponte factam, sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem *Execrabilis* vacet, et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta vel alias specialiter seu generaliter ecclesia ipsa reservata existat et super ea inter aliquos alios lis, cuius et predicte statum habentes presentibus pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, providere ipsumque ad huiusmodi litis indecise ut prefertur pendentis prosecutionem admitti ac auditori prefato committere dignemini et mandare ut eumdem Petrum Abbatis in et ad omne ius predicto Ludovico alias competens, cum vacationis modis preexpressis surroget et surrogare, cum non obstañ et quod prefate ecclesie fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, et cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Januarii, anno nono.

---

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *patronatus.*

(2) Cf. nota 2 do n.º 851.

(3) Garcia Rodrigues de Magalhães, cónego de Braga, nomeado bispo de Silves por Martinho V em Julho de 1418. Foi transferido pelo mesmo papa em Junho de 1421 para Lamego e daqui para Viseu em Abril de 1426. Deve ter morrido à volta de 1430. Cf. EUBEL, *Hierarchia Catholica Medii Aevi,* I, p. 291, 452, 532.

(4) No ms. *iuri,* com sinal de erro.

(5) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *indignum.*

956

1425, Dezembro 30

D. Gonçalo, prior do mosteiro de Santa Cruz de Coimbra, renova o pedido da confirmação dos privilégios, devido a certas incorrecções ocorridas em súplica anterior.

Reg. Suppl. 194, fl. 66-66v.

Reformatio prioris et conventus monasterii sancte Crucis extra muros Colimbrieñ ordinis sancti Augustini de et super concessione sive privilegio visitandi ecclesiam cathedralem Colimbriensem necnon certa alia loca et ecclesias extra dictam civitatem consistentia ac inibi divina celebrandi, etc. (1).

Beatissime Pater, cum per inadvertentiam impetrantis prefate concessionis gratiam pro Gundisalvo, priori, et conventu monasterii sancte Crucis predicti [fl. 66v] in prescripta supplicatione expressum sit ipsum priorem mitram et baculum portare in processionibus consuevere, quod indultum redditur ab impetrante prefato, ne igitur predicta concessionis gratia subiaceat vitio surreptionis, dignetur S. V. litteras apostolicas super dicta gratia conficiendas obmissione et totali supressione verborum in predicta supplicatione contentorum videlicet pluviali induto ac mitra et baculo baiulans expediri mandare de gratia speciali. Cum non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Januarii, anno nono.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

957

1426, Janeiro 9

Gonçalo Peres de Leiria, reitor da igreja paroquial de S. Tomé de Abação da diocese de Braga, pede o benefício da igreja de S. Tiago de Guimarães, vacante por morte de Álvaro Vasques.

Reg. Suppl. 194, fl. 95v-96.

Supplicat S. V. devotus vester Gundissalvus Petri de Leyrea, rector parrochialis ecclesie sancti Thome de Avaçon Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de beneficio sine cura ecclesie sancti Jacobi de Guymaraans dicte diocesis, vacante per obitum quondam Alvari Velasci, extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, seu per quascumque alias personas vel liberam resignationem de eodem, etiam coram notario et testibus factam, vacet aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime [fl. 96] devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter reservata aut affecta seu alias in dicta Curia vel extra litigiosa existat, litis statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, eidem G[undisalvo] dignemini misericorditer providere. Non obstañ defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, super quo certis modis, in cancellaria apostolica exprimendis, cum eodem fuit dispensatum ac quod ipse parrochialem ecclesiam predictam, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, obtinet, ac gratia expectativa, si quam habet, etiam cum dispensatione natalium defectus et duorum incompatibilium in confectione litterarum declarandis et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Januarii, anno nono.

958

1426, Janeiro 10

Súplica de Afonso Anes, sacerdote e reitor da igreja paroquial de S. Mamede de Perafita da diocese do Porto, sobre outra qualquer igreja paroquial, a reter com a sobredita.

Reg. Suppl. 194, fl. 122.

Beatissime Pater, nuper S. V. cum devoto vestro Alfonso Johannis, presbytero, rectore parrochialis ecclesie sancti Mametis de Perafita Portugalensis diocesis, ut una cum dicta parrochiali ecclesia, quam obtinet, quamcumque aliam parrochialem ecclesiam, si sibi alias canonice conferatur, recipere et per certum tempus, in cancellaria declarandum, retinere valeat gratiose duxit dispensandum, prout in impetratione super hoc signata plenius continetur, in qua quidem petitione de voluntate seu decreto V. S. in quadam gratia expectativa, sibi A[lfonso] de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etiam in eadem cancellaria latius declaranda, per eamdem S. facta, apposita nulla fuit facta mentio, dignetur S. V. litteras apostolicas super huiusmodi petitione conficiendas cum narratione seu expressione huiusmodi decreti in cancellaria sepedicta et alibi ubique expediri mandare. Cum non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Januarii, anno nono.

959

1426, Janeiro 18

Gonçalo Peres de Leiria, reitor da igreja paroquial de S. Tomé de Abação da diocese de Braga, solicita a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 201, fl. 116v-117.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Gunsalvus Petri de Leyrena, rector parrochialis ecclesie sancti Thome de Avaçon Bracharensis diocesis, quatinus secum, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, ad omnes minores et beneficium ecclesiasticum, cui cura non imminet animarum, obtinere auctoritate ordinaria primo, cuius vigore ad omnes minores promotus et portionem sine cura in parrochiali ecclesia sancte Marie dicti loci de Leirena Columbriensis diocesis assecutus, quam certis de causis dimisit, demum ut, dicto defectu non obstante, ad omnes etiam sacros ordines possit promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere auctoritate apostolica, cuius vigore, ad omnes sacros ordines rite promotus et parrochialem ecclesiam sancti Johannis de Couto dicte Bracharensis diocesis extitit assecutus et quia de fructibus, etc., dicte ecclesie sustentari non poterat, eadem auctori-

tate secum obtinuit dispensari ut, eodem non obstante defectu, unum aliud beneficium ecclesiasticum compatibile, si sibi canonice confe[r]retur, una cum dicta ecclesia libere recipere et licite [fl. 117] retinere valeret ipsaque beneficia obtenta et obtinenda ex causa permutationis vel alias simpliciter, simul vel successive, dimittere, etc., extitit misericorditer dispensatum, ut in cancellaria latius exprimetur, cuius ultime dispensationis vigore, dictam ecclesiam sancti Thome de Avaçon auctoritate ordinaria extitit assecutus, quod nihilominus quecumque, quotcumque et qualiacumque alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende, personatus, perpetue administrationes vel officia etiam curata et electiva in metropolitanis, cathedralibus seu collegiatis ecclesiis fuerint, recipere et retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum totidem alia similia vel dissimilia ecclesiastica beneficia, sibi invicem compatibilia, etiam recipere et retinere valeat dispensare dignemini. Non obstañ dicta ecclesia sancti Thome de Avaçon, quam obtinet, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac premissis necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac gratia expectativa, si quam habet, et aliis contrariis quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo quinto Kalendas Februarii, anno nono.

960

1426, Fevereiro 10

Rafael de Palestrelo, nobre, bacharel em ambos os direitos e reitor da igreja paroquial de Santa Marinha de Lisboa, pede outro benefício incompatível, a reter com a dita igreja.

Reg. Suppl. 196, fl. 43.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Raphael Palustrelus, rector parrochialis ecclesie sancte Marine Ulixbonensis, de nobili genere procreatus et bachalarius utrius[que] iuris, quatinus secum ut una cum predicta parrochiali ecclesia aliud beneficium ecclesiasticum, eidem ecclesie incompatibile, etiam si dignitas, personatus, administratio et officium cum cura vel sine cura in metropolitana, cathedrali seu collegiata ecclesiis aut parrochialis ecclesia et dignitas huiusmodi electiva ac in eadem metropolitana vel cathedrali maior [post] (1) pontificalem seu principalis in collegiata ecclesia fuerit, si sibi alias conferatur, canonice recipere et retinere illaque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, duo tantum invicem incompatibilia, etiam si ipse due parrochiales ecclesie aut dignitates fuerint, etiam recipere et retinere libere et licite valeat dispensare dignemini. Non obstañ quod idem Raphael dictam parrochialem ecclesiam ac quamdam perpetuam portionem sine cura in parrochiali ecclesia sancti Michaelis de Turribus Veteribus Ulixboñ diocesis obtinet, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum

communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria V. S. declaranda et exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ad quinquennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Februarii, anno nono.

---

(1) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *post*.

961

1426, Fevereiro 27

Súplica de Miguel Rodrigues de Molina, familiar do cardeal D. Afonso Carillo do título de Santo Eustáquio e antes capelão-mor da rainha de Castela Dona Beatriz, portuguesa, que na súplica se declara também rainha de Portugal.

Reg. Suppl. 196, fl. 118-118v.

Beatissime Pater. Dudum S. V. devoto oratori eiusdem S. Michaeli Roderici de Molina, reverendissimi patris ac domini A[lfonsi], sancti Eusthacii sacrosancte Romane Ecclesie cardinalis (1) familiari, continuo commensali, tunc devotissime S. eiusdem filie Beatricis, Castelle, Legionis ac Portugalie regine, capellano maiori, certam fecit gratiam expectativam ad certam collationem dignitatis, personatus vel officii, tunc expressi, secumque etiam inter alia dignitatem, quam ipsum vigore eiusdem assequi contingeret, una cum abbatia de Medina Celim, que dignitas seu personatus cum cura in ecclesia Seguntina existit, quam tunc tenuit et possedit, prout hodie tenet et possidet, quoad vixerit insimul retinere posset gratiose dispensavit, cuius quidem gratie ac processuum desuper factorum vigore, idem Michael prioratum ecclesie Gienensis, qui in illa dignitas seu personatus curatus existit, infra tempus debitum legitime acceptavit et sibi provideri obtinuit de eodem, atque in vim eorumdem possessionem eiusdem extitit assecutus, ortaque tandem inter ipsum M[ichaelem] et quemdam Johannem Roderici de Villalpando, assertum clericum, de et super dicto prioratu et illius occasione coram certo dicti sacri palatii apostolici causarum auditore materia questionis, in qua ad nonnullos, citra tamen conclusionem, processum extitit, verum, Pater Sancte, quia idem Michael dubitans acceptationem et provisionem predictas cum inde secutis ex causis viribus non subsistere, sibi per S. V. de dicto prioratu de novo provideri obtinuit et quamdam gratiam si neutri ex superhabundanti similiter ab eadem S. impetravit de huiusmodi dispensatione, in primis litteris gratie expectative contenta, mentionem faciendo. Cum autem ab aliquibus asseratur sibi dictum prioratum non gratie expectative, sed nove provisionis aut gratie si neutri predictarum vigore deberi et adiudicari deberi (2) atque conferri et propterea dispensationem sibi primo concessam locum non vendicare, atque illius vigore ipsum Michaelem dictum prioratum una cum abbatia de Medina Celim predicta retinere non posse, ex eo quod non vigore prime gratie sed aliarum aut alterius ipsarum sibi dictus prioratus debeatur, ad

omne igitur [fl. 118v] dubium tollendum, ut dictus Michael prime concessionis gratie non frustretur effectu, dignetur S. V. ipsi Michaeli concedere et indulgere, quatinus expediat, de novo ut una cum dicta abbatia dictum prioratum, si sibi vigore dictarum nove provisionis aut si neutri gratiarum vel alterius earumdem vel alias conferatur et sibi adiudicetur vel debeatur, insimul quoad vixerit libere retinere ac possidere ac illam et illum simul et semel vel etiam successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum alia similiter compatibilia vel incompatibilia beneficia recipere et etiam quoad vixerit retinere et possidere licite possit et valeat misericorditer dispensare dignemini de gratia speciali, statutis, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque ac non obstañ dicta abbatia et prioratu necnon quibusdam canonicatu et prebenda ac beneficio simplici servitorio in parrochiali ecclesia sancti Petri de Mengibar et prestimonio de Vaños ecclesie, civitatis et diocesis Gienensis, quorum omnium fructus, etc., ducentarum quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac predicta gratia expectativa cum predicta dispensatione, in cancellaria apostolica exprimenda, quam (3) predictus M[ichael] noscitur obtinere, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis, tenorem, statum et merita omnium et singulorum premissorum S. V. habere dignetur pro sufficienter expressis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Martii, anno nono.

---

(1) D. Afonso Carillo, administrador da igreja de Osma, promovido a cardeal do título de Santo Eustáquio em 1408 por Bento XIII. Morreu em Basileia a 14 de Março de 1434. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 30, 50.

(2) No ms. sinal de erro.

(3) No ms. *que*, com sinal de erro.

962

1426, Março 1

D. João I, rei de Portugal, solicita para Luís Anes, seu capelão, sacerdote, reitor da igreja paroquial de S. Miguel de Vila Franca da diocese de Braga, a faculdade de reter a dita igreja com outra igreja paroquial qualquer durante sete anos.

Reg. Suppl. 202, fl. 178-178v.

Supplicat S. V. devotus eiusdem S. filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex, in personam dilecti sui capellani continui commensalis Ludovici Johannis, presbyteri, rectoris parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Villa Franca Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, secum ut una cum dicta parrochiali ecclesia quamcumque aliam parrochialem ecclesiam, quacumque apostolica vel ordinaria auctoritate assequendam, recipere et ad septennium retinere insimul illasque vel illam pro simili vel dissimili aut similibus vel dissimilibus beneficio seu beneficiis, ecclesiastico vel ecclesiasticis, sim-

pliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco dimissi vel dimissarum aliam vel alias aut simile vel dissimile seu similia vel dissimilia dicto durante septennio recipere et etiam insimul retinere libere et licite possit et valeat, generalis concilii ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis predictaque ecclesia sancti Michaelis necnon canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis, quorum omnium fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum [fl. 178v] non excedunt, quam et quos obtinet, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, dignemini misericorditer dispensare (1). Et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad sex menses.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Martii, anno nono.

(1) No ms. *providere*, com sinal de erro.

963

1426, Março 6

D. Pedro, conde de Vila Real, residente em Ceuta para combater os infiéis, e Beatriz Coutinha, respectivamente da diocese de Braga e de Lamego, desejando contrair matrimónio, pedem dispensa do impedimento de pública honestidade, visto que o suplicante tinha casado per verba de presenti, *sem ter consumado o matrimónio, com uma mulher da família da dita Dona Beatriz.*

Reg. Suppl. 196, fl. 169v.

Exponitur S. V. pro parte nobilis viri Petri, comitis de villa Reali, in civitate Cepte contra infideles ad presens existentis (1), et nobilis nulieris Beatricis Coutinha Bracharensis diocesis et Lamacensis, quod ipsi ex certis rationabilibus causis desiderant invicem matrimonialiter copulari, sed quia dictus comes prius contraxit matrimonium per verba legitima de presenti cum quadam defuncta, dicte Beatricis in secundo consanguinitatis gradu coniuncta (2), carnali copula minime secuta, et propterea eorum desiderium in hac parte adimplere non possunt, dispensatione apostolica super hoc non obtenta, supplicat[ur] igitur eidem S. pro parte exponentium prefatorum quatinus, impedimento publice honestatis iustitie, quod ex predictis provenit, non obstante, possint matrimonium inter se libere contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, licite remanere, cum eis dispensare misericorditer dignemini, prolem suscipiendam exinde legitimam nuntiantes, de gratia speciali.

... ...

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Martii, anno nono.

(1) No ms. *existens.*

(2) No ms. *coniuncti*, com sinal de erro.

964

1426, Março 12

João Gomes, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Idães da diocese de Braga, bacharel em decretos e contìnuamente estudante no Estudo de Roma, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede outro qualquer benefício eclesiástico incompatível.

Reg. Suppl. 197, fl. 39v.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Gometii, rector parrochialis ecclesie beate Marie de Ydaans Bracharensis diocesis, bacalarius in decretis ac in Studio Romane Curie continuus studens, cum quo dudum super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, sub certis modo et forma, in cancellaria exprimendis, extitit dispensatum, quatinus secum ut una cum dicta sua parrochiali ecclesia, quam obtinet cuiusque fructus, quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, aliud quodcumque ecclesiasticum beneficium curatum aut alias incompatibile, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium curatum et electivum et dignitas huiusmodi in metropolitana aut alias cathedrali post pontificalem maior et in collegiata ecclesiis principalis seu alia parrochialis ecclesia fuerit, auctoritate quacumque sibi conferendum, etiam si eligatur vel assumatur ad illud, recipere cum potestate causa permutationis vel alias utrumque ex eis dimittendi et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, ecclesiasticum beneficium seu ecclesiastica beneficia, duo tantum invicem incompatibilia, similiter recipere et retinere libere et licite quoad vixerit misericorditer concedere dignemini, defectu predicto, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Martii, anno nono.

965

1426, Março 21

Súplica de João Gomes, o qual estudara direito canónico durante seis anos e estudava contìnuamente no Estudo da Cúria Romana, a pedir que súplica anterior sua seja expedida com a extensão a outros quatro benefícios.

Reg. Suppl. 197, fl. 39.

Reformatio Johannis Gometii, presbyteri Bracharensis, super dispensatione uberiori defectus natalium (1).

Beatissime Pater. Cum ex signatura preinserte supplicationis facultas alia quatuor beneficia, etiam si dignitates in metropolitanis et cathedralibus post pontificales maiores aut in collegiatis ecclesiis principales essent, recipiendi et obtinendi prefato Johanni con-

cedi non videtur, supplicat igitur eidem S. V. prefatus Johannes quatinus facultatem huiusmodi ad ea omnia et singula in preinserta supplicatione petita extendere dignemini, cum non obstañ et clausulis inibi contentis et aliis oportunis, attento, Beatissime Pater, quod dictus Johannes studuit in iure canonico per sex annos et studet nunc de presenti continue in Studio Curie Romane. — *Fiat ad dignitates in ecclesiis collegiatis. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Aprilis, anno nono.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

966

1426, Abril 3

Álvaro Peres, sacerdote da diocese de Braga, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a graça de receber outros cinco benefícios compatíveis, além dos que já possuía.

Reg. Suppl. 196, fl. 278-278v.

Beatissime Pater, licet dudum cum devoto vestro Alvaro Petri, presbytero Bracharensis diocesis, ut non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad minores et deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et unum, etiam si curam haberet animarum, apostolica, ac demum postquam ad omnes ordines huiusmodi rite promotus, parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Castellarios Portugalensis diocesis fuerat assecutus, ut cum ea unum aliud beneficium ecclesiasticum compatibile, cum potestate permutandi, recipere et retinere valeret, eadem apostolica auctoritatibus fuerit dispensatum, post quam ultimam dispensationem parrochialem ecclesiam sancti Petri de Tergerra (*sic*) dicte Portugalensis diocesis ex causa permutationis pro dicta ecclesia sancti Salvatoris assecutus fuerat, cum eo per Bonifacium [fl. 278v] nonum in sua obedientia nuncupatum et cum duobus predictis tria alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende in metropolitanis vel aliis cathedralibus ecclesiis forent et ea, quotiens sibi placeret, permutare et similia vel dissimilia, etc., quinque dumtaxat compatibilia, retinere valeret dispensato, dictaque ecclesia sancti Petri per eum simpliciter dimissa, parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Onthom assecutus, illam pro parrochiali ecclesia beate Marie de Duabus Ecclesiis dicte Bracharensis diocesis, quam necnon canonicatum et prebendam ecclesie Bracharensis, quibus spoliatus est, fuerit assecutus, attamen ipse tam propter Ecclesie sancte Dei unionem que, inspirante Domino, in persona V. S. sortita est, quam etiam certis aliis de causis animum suum moventibus, desiderat secum ab eadem S. super dicto defectu ad plura beneficia ecclesiastica similia vel dissimilia, etc., sicuti prius exprimitur, per eamdem S. dispensari, supplicat igitur eidem S. V. quatinus secum ut cum dictis duobus, si illa reciperet vel cum aliis canonice sibi conferendis, quinque alia beneficia ecclesiastica invicem compatibilia, alias canonice sibi conferenda, recipere et retinere illaque, totiens quotiens, simpliciter vel ex causa permutationis, dimittere et loco dimissi, etc., similia vel dissimilia, etc., ut supra, recipere et septem dumtaxat eodem contextu retinere libere et licite valeat dignemini misericorditer

de uberiori dispensare, dicto defectu et constitutionibus apostolicis necnon iure, quod habet in ecclesia beate Marie et canonicatu et prebenda predictis, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Nonas Aprilis, anno nono.

967

1426, Abril 4

D. João I, rei de Portugal, pede para Luís Anes, seu capelão e familiar, a graça de reter a igreja paroquial de S. Miguel de Vila Franca da diocese de Braga com outra igreja paroquial qualquer, apesar de possuir já o canonicato e prebenda do Porto.

Reg. Suppl. 197, fl. 120v.

Supplicat S. V. devotus eiusdem S. filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex, quatinus in personam dilecti sui Ludovici Johannis, capellani et familiaris sui continui commensalis, sibi specialem gratiam facientes, cum eodem ut una cum parrochiali ecclesia sancti Michaelis de Villa Franca Bracharensis [diocesis] (1), qui etiam canonicatum et prebendam ecclesie Portugalensis obtinet, quorum omnium fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, quamcumque aliam parrochialem ecclesiam, apostolica vel ordinaria auctoritate assequendam, recipere et ad decennium retinere cum potestate permutandi, etc., pro simili vel dissimili, aut similibus vel dissimilibus, beneficio seu beneficiis, ecclesiastico aut ecclesiasticis, dicto durante decennio, libere et licite possit et valeat, generalis concilii et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, dignemini misericorditer dispensare et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad annum.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Nonas Aprilis, anno nono.

---

(1) No ms. a palavra *diocesis* foi riscada.

968

1426, Abril 5

Lourenço Anes, reitor da igreja paroquial de S. Salvador de Elvas, renova a súplica sobre esta igreja, por não ter designado que se tratava de igreja de Elvas da diocese de Évora, mas de S. Salvador de Évora.

Reg. Suppl. 195, fl. 75v-76.

Reformatio Laurentii Johannis, rectoris parrochialis ecclesie sancti Salvatoris Elborensis, de et super eadem parrochiali ecclesia, etc. (1).

Beatissime Pater, S. V. devoto vestro Laurentio prescripto gratiam fecit specialem, prout in supplicatione, cuius copia prescribitur, continetur, et quia, Pater Sancte, per inadvertentiam formantis huiusmodi supplicationem fuit onmissum ponere sancti Salvatoris de Elbis et etiam Elborensis diocesis, dignetur eadem S. V. litteras apostolicas super dicta gratia conficiendas cum expressione sancti Salvatoris de Elbis et Elborensis diocesis expediri mandare de gratia speciali. Constitutionibus [fl. 76] et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque [non obstantibus] et sub prima data. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Nonas Aprilis, anno nono.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

969

1426, Abril 12

D. Fernando, bispo de Coimbra, pede a faculdade de construir uma capela na catedral de Coimbra ou no mosteiro de Salzedas da diocese de Lamego com os rendimentos do episcopado de Coimbra e bens patrimoniais, podendo designar governadores e administradores para depois da sua morte.

Reg. Suppl. 197, fl. 134v.

Beatissime Pater, cum devota creatura vestra Fernandus, episcopus Colimbriensis (1), ex magno devotionis fervore pro cultus divini augmentatione in ecclesia Colimbriensi vel in monasterio de Salzeda Lamacensis diocesis unam capellam tam bonis sui patrimonii quam dicti sui episcopatus fructibus pro cappellanorum inibi in divinis servitorum et pauperum sustentatione et solutione in posterum, V. S. et vestre sancte sedis apostolice licentia obtenta dotandam, pro ipsius episcopi et parentum suorum necnon omnium christifidelium animabus edificare, fundare, construere et in sua ultima voluntate loco sui ad eamdem cappellam regendam et gubernandam, gubernatores et administratores ponere et ordinare et, ipsis decedentibus, per capitulum dicte ecclesie Colimbriensis seu abbatem dicti monasterii sancte Marie de Salzeda, si in eodem capella huiusmodi fuerit constructa et edificata, vel eorum successorum alios ordinari et deputari cupiat, eapropter eidem S. V. humiliter et devote supplicat quatinus sibi dictam capellam erigendi, fundandi et edificandi et erectam, fundatam et edificatam quinque milibus coronis auri tam ex suo patrimonio quam fructibus sui episcopatus et aliis bonis, undecumque sibi iuste provenientibus, in bonis mobilibus seu inmobilibus, prout necessarium fuerit, convertendi (2), dotandi et ad eamdem sic erectam et dotatam gubernandi ante suum decessum administratores ordinandi et dimmittendi et ipsis sic per ipsum ordinatis et dimissis decedentibus, alios per capitulum ecclesie Colimbriensis aut abbatem de Salzeda predictum, si in suo monasterio eadem capella constructa (3) fuerit et eorum imposterum successores similiter ponendi et instituendi licentiam impartiri et concedere dignemini, quibus-

cumque in contrarium editis vel facientibus non obstantibus, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum (4), pridie Idus Aprilis, anno nono.

---

(1) Fernando Martins Coutinho, estudante de direito canónico no Estudo Geral de Pádua, nomeado bispo de Coimbra por Martinho V em Abril de 1418. Sucedeu-lhe, depois da sua morte, o deão de Évora e protonotário apostólico Álvaro Ferreira em Outubro de 1429, sagrado em Maio de 1431, o qual morreu em 1444. Cf. SOUSA COSTA, A. D. DE, *Estudantes portugueses na reitoria do Colégio de S. Clemente de Bolonha, na primeira metade do século XV*, Lisboa, 1969, pp. 12-20.

(2) No ms. *convertandi*, com sinal de erro.

(3) No ms. *instructa*, com sinal de erro.

(4) No ms. vinha antes destas palavras também *Sanctos Apostolos*, que foram riscadas.

970

1426, Abril 13

D. Fernando, bispo de Coimbra, pede a faculdade de reduzir o mosteiro beneditino de S. Paulo, da diocese de Coimbra, à categoria das outras igrejas seculares, visto que apenas cerca de dois monges estavam aptos a viver nele.

Reg. Suppl. 197, fl. 134v-135.

Beatissime Pater. Cum monasterium sancti Pauli ordinis sancti Benedicti diocesis Colimbriensis, quod est subiectum immediate sedi apostolice, consueverit (1) regi per abbatem et monachos dicti ordinis, sit adeo pauperatum et exaninatum (2) propter dilapidationem et malam administrationem predictorum abbatum et monachorum, quod fere unus vel duo monachi possunt ad presens inibi vivere, ymmo propter defectum [fl. 135] victus vadunt vagando extra monasterium predictum per alias ecclesias et alia loca ad beneplacitum ipsorum, ex quo cultus divinus est ibi diminutus et regularis observantia fere derelicta, et si dictum monasterium ad statum et regimen aliarum ecclesiarum secularium sine cura reduceretur, reperirentur cappellani et clerici seculares qui inibi in divinis deservient (3) et sic divinus cultus ibi dimissus restauraretur, supplicatur igitur S. V. pro parte devote facture vestre F[ernandi], episcopi Colimbriensis (4), quatinus dictum monasterium, cuius fructus, etc., centum florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum omnibus suis bonis, iuribus et pertinentiis, privilegiis, indulgentiis, ad statum et regimen aliarum ecclesiarum secularium sine cura reducere dignemini et etiam committere eidem domino episcopo et successoribus suis ut unum cappellanum, clericum secularem, ibi perpetuo ponere et illud auctoritate ordinaria conferre possit et valeat cum omnibus suis bonis, iuribus et pertinentiis eidem pertinentibus et spectantibus, regulis, constitutionibus apostolicis et aliis contrariis nequaquam obstantibus. — *Fiat ut petitur et committatur et de collatione pro hac vice dumtaxat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idus Aprilis, anno nono.

---

(1) No ms. *consuevit*, com sinal de erro.

(2) No ms. sinal de erro.

(3) No ms. sinal de erro.

(4) Cf. nota 1 do n.º 969.

971

1426, Abril 13

Súplica de João Gomes, bacharel em decretos, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Idães da diocese de Braga, o qual estudara durante seis anos direito canónico e estudava continuamente no Estudo da Cúria Romana, a pedir a faculdade de reter a dita igreja com outro benefício incompatível qualquer.

Reg. Suppl. 197, fl. 224-224v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Gometii, bacalarius in decretis, rector parrochialis ecclesie beate Marie de Ydaans Bracharensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, certo modo in cancellaria apostolica exprimendo, extitit dispensatum, quatinus secum ut una cum dicta sua parrochiali ecclesia, quam obtinet et cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, unum aliud quodcumque ecclesiasticum beneficium curatum aut alias incompatibile cum dicta parrochiali ecclesia, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium curatum et electivum et dignitas huiusmodi in [fl. 224v] metropolitana aut alia cathedrali post pontificalem maior vel in collegiata ecclesia principalis aut alia parrochialis ecclesia fuerit, auctoritate quacumque sibi conferendum, etiam si eligatur vel assumatur ad illa, recipere et insimul per septennium retinere ac ipsorum quodlibet causa permutationis vel alias dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, duo tantum invicem incompatibilia, similiter recipere et insimul per dictum septennium retinere libere et licite possit et valeat misericorditer dispensare dignemini, non obstañ defectu ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimendis, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis, attento, Pater Sancte, quod dictus Johannes studuit per sex annos in iure canonico et est verus et continuus studens in Studio Curie Romane. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idus Aprilis, anno nono.

972

1426, Abril 15

Lourenço Anes, reitor da igreja paroquial de S. Salvador de Elvas, pede a expedição das letras apostólicas, com menção da graça expectativa do mesmo, omitida na súplica anterior.

Reg. Suppl. 195, fl. 90v.

Reformatio Laurentii Johannis, rectoris parrochialis ecclesie sancti Salvatoris Elborensis, super dispensatione incompatibilium (1).

Beatissime Pater, cum in supplicatione, cuius copia prescribitur, obmissum per inadvertentiam formantis supplicationem facere mentionem extitit de gratia expectativa devoti Laurentii prescripti, prout in dicta supplicatione continetur, dignetur igitur litteras apostolicas super dicta gratia conficiendas cum expressione gratie expectative, eidem Laurentio concesse, in cancellaria eiusdem S. declarande, expediri mandare de gratia speciali. Cum non obstañ et clausulis oportunis in dicta supplicatione contentis. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo septimo Kalendas Maii, anno nono.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

973

1426, Abril 18

O arcebispo de Lisboa D. Pedro pede o indulto de recitar o Ofício divino conforme o costume da Cúria Romana.

Reg. Suppl. 197, fl. 239.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Petrus, archiepiscopus Ulixbonensis (1), quatinus ut horas canonicas secundum usum et morem Curie Romane recitare et dicere possit libere et licite sibi licentiam quoad vixerit concedere dignemini de gratia speciali. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quartodecimo Kalendas Maii, anno nono.

(1) D. Pedro de Noronha, filho do conde de Gijón e parente de D. João I, rei de Portugal, nomeado administrador da diocese de Évora em Janeiro de 1419 por Martinho V e bispo da mesma em Março de 1420, transferido para a sé metropolita de Lisboa a 10 de Março de 1423. Morreu em 1452. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I p. 236, notas 14-15, p. 507.

974

1426, Abril 20

Luís Anes pede o canonicato e prebenda do Porto, que ele tinha permutado com Martinho Vasques pela igreja de S. Martinho de Várzea da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 195, fl. 298v-299.

Beatissime Pater, dudum vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis per liberam resignationem Martini Valasci ex causa permutationis in manibus Stephani Roderici, vicarii generalis tunc reverendi patris domini Valasci, episcopi Portugalensis (1),

cum Lodovico Johannis pro ecclesia sancti Martini de Varzia Portugalensis diocesis facte, dictus Stephanus, vicarius prefatus, canonicatum et prebendam sic vacantes eidem Ludovico contulit et de illis providit, quosque, vigore collationis et provisionis huiusmodi, extitit assecutus, dubitat tamen collationem, provisionem et assecutionem predictas certis ex causis viribus non subsistere et eosdem canonicatum et prebendam adhuc vacare. Supplicat igitur S. V. idem Ludovicus Johannis quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus per predicti Martini, sive per cuiusdam Andree Gunsalvi, in manibus capituli dicte ecclesie factam, liberam resignationem, sive per obitum quondam Andree Gerardi, extra Romanam Curiam defuncti, aut alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum [fl. 299] collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, seu alias generaliter vel specialiter reservati existant, et super eis inter aliquos in dicta Curia vel extra eam lis, cuius statum habentes pro expresso, pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Ludovicus parrochialem ecclesiam sancti Michaelis de Villa Franca, cuius fructus, etc., triginta librarum similium extimatione predicta valorem annuum non excedunt, obtinet et in causam per quemdam Johannem Valasci, assertum clericum actorem, coram certo sacri palatii apostolici causarum auditore tractus, super dictis canonicatu et prebenda litem patitur, cuius statum habentes pro expresso presentibus, et in qua ad nonnullos actus est processum, citra tamen cause huiusmodi conclusionem, necnon dispensatione de duabus parrochialibus ecclesiis ad certum tempus obtinendis et cum ceteris aliis non obstañ, ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria declaranda, et cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, duodecimo Kalendas Maii, anno nono.

---

(1) Vasco Peres, deão de Viseu, doutor em ambos os direitos, embaixador de D. João I, rei de Portugal, no Concílio de Constança e um dos eleitores do papa Martinho V, que o nomeou bispo do Porto em Abril de 1421 e o transferiu para a sé de Évora em Março de 1423. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I. p. 236, 407.

975

1426, Abril 23

O bispo de Coimbra renova a súplica sobre a redução do mosteiro beneditino de S. Paulo da diocese de Coimbra a igreja secular, pelo facto de ter omitido que tal mosteiro, imediatamente sujeito à Santa Sé, era governado por um abade.

Reg. Suppl. 195, fl. 137v-138.

Beatissime Pater, nuper S. V. monasterium sancti Pauli ordinis sancti Benedicti Colimbriensis diocesis, sedi apostolice immediate subiectum et per monachos eiusdem ordinis gubernari consuetum, propter eius dilapidationem ac eiusdem fructus, etc., exi-

litatem aliasque legitimas causas cum omnibus suis iuribus, etc., ad statum et regimen aliarum ecclesiarum secularium sine cura reduci mandavit ac ipsum reductum in eodem per dominum episcopum Colimbriensem de uno cappellano seculari sua ordinaria auctoritate provideri concessit, verum, Pater Sancte, in supplicatione per inadvertentiam vel alias omissum fuit exprimere ipsum monasterium [fl. 138] per quondam abbatem ordinis predicti in cancellaria exprimendum regi et gubernari. Dignetur igitur S. V., huiusmodi omissione non obstante, indultum predictum validum fore ac effectum sortiri debere litterasque super eo conficiendas cum huiusmodi non obstañ necnon omnibus et singulis vacationis modis, etiam si per cessum vel decessum ipsius abbatis possidentis aut dimissionem cuiuscumque in Romana Curia vel extra eam, cum clausulis opportunis et sub prima data in cancellaria et alibi ubique expediri mandare. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, nono Kalendas Maii, anno nono.

976

1426, Abril 26

Nova súplica de Vicente Martins sobre a igreja paroquial de Santa Maria de Cavadoude, por não ter sido expresso na anterior o valor de seus benefícios, nem lembrada a graça expectativa.

Reg. Suppl. 195, fl. 167.

Reformatio Vincentii Martini super parrochiali ecclesia beate Marie de Cavadoude, etc. (1).

Beatissime Pater. Cum in prescripta supplicatione non fuerit facta mentio, vitio scriptoris, de ipsius valoıe fructuum beneficiorum nec eius gratia expectativa (2) ipsius exponentis, dignetur S. V. litteras super (3) dicta gratia conficiendas in cancellaria et ubique cum expressione valoris eorum qui secundum communem extimationem triginta florenorum auri de camera non (4) excedunt ac gratie expectative quam habet, in cancellaria declarande, mandare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis opportunis. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Kalendas Maii, anno nono.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.
(2) No ms. *spectative*, com sinal de erro.
(3) No ms. *supra*, com sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro.

977

1426, Abril 26

D. Fernando, bispo de Coimbra, pede a faculdade de punir e castigar os religiosos e seculares, capelães de honra, que não residiam nos seus benefícios e gozavam doutras isenções e privilégios.

Reg. Suppl. 197, fl. 300.

Beatissime Pater, S. V. pro parte humilis et devote creature vestre F[ernandi], Colimbriensis episcopi (1), exponitur humiliter et devote ac dicitur quod, cum in suis ecclesia, civitate et diocesi Colimbrieñ nonnulli fratres religiosi, pro capellanis honoris eiusdem S. V. se gerentes, et seculares beneficiati qui propter nonnullas litteras apostolicas diversa privilegia in se continentes utique de fructibus percipiendis in absentia, super suis beneficiis non residentia et pluribus aliis minus iuridicis exemptionibus, de quibus ultra modum confidentes, multos excessus, suo habitu tam regulari quam seculari reiecto, et crimina diversa incessanter et dietim committunt, nec ad residendum in locis beneficiorum suorum, sancte synodo et mandatis ipsius episcopi, utilitatem et protectionem sancte matris Ecclesie concernentibus, acquiescendo compelli possunt, esse reperiantur qui, si huiusmodi privilegiorum litteris et aliis immunitatibus citius in animarum suarum periculum quam utilitatem et commodum concessis carerent vel eisdem concesse non fuissent, eorum excessus corrigi et ad viam veritatis et mandata ecclesie predicta, que adimplere spernunt, reduci possent. Et ne, Pater Beatissime, idem episcopus qui circa curam gregis sibi commissi vigilare tenetur, huiusmodi delictorum culpabilis existat et pro singulis huiusmodi delinquentium excessibus pugnandis (2) nova ad Romanam Curiam decidenda generetur questio, cum multum difficile reddatur pro singulis querelis ad eamdem Curiam habere recursum, supplicat igitur eidem S. V. dictus episcopus quatinus premissis debite obviantes et predictas litteras apostolicas et privilegia, quibus obstantibus, huiusmodi religiosi et seculares suos continuare excessus non verentur, penitus vel saltim quoad eorum correctionem anichilantes atque cassantes, sibi dictos religiosos [fl. 300v] et seculares sic privilegiatos et suis mandatis legitimis rebelles et inobedientes, sicut alios sibi subiectos, corrigendi et pugnandi (3) licentiam et potestatem concedere dignemini, quibuscumque privilegiis, litteris apostolicis, quacumque auctoritate eis concessis, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel alias qualitercumque roboratis, etiam si de eis eorumque totis tenoribus presentibus mentio habetur fieri specialis. Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat de privilegiatis tempore scismatis et non postea.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Kalendas Maii, anno nono.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 969.

(2) No ms. *pugniandis*, com sinal de erro.

(3) No ms. *pugniandi*, com sinal de erro.

978

1426, Maio 10

Martinho Anes, clérigo da diocese de Coimbra, solicita a igreja paroquial de Santa Eulália da diocese de Coimbra, vacante por Fernando Afonso a ter possuido durante mais de um ano, sem se ter ordenado de sacerdote.

Reg. Suppl. 198, fl. 191v.

Supplicat S. V. devotus vester Martinus Johannis, clericus Colimbriensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Eulalie Colim-

briensis diocesis, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod quidam Fernandus Alfonsi per annum et amplius eamdem possidens, ad sacrum presbyteratus ordinem se minime fecit promoveri, nulla super hoc dispensatione obtenta, sive eo quo eidem Fernando de eadem provisum extitit, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque facto vel persona, seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, aut etiam si devoluta, reservata, affecta vel litigiosa sit, eidem M[artino] misericorditer providere dignemini. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Idus Maii, anno nono.

979

1426, Maio 18

Martinho Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, renova a súplica sobre a capela ou ermitério de Santa Maria do Mosteiro da diocese de Lamego, por terem ocorrido na primeira certas omissões.

Reg. Suppl. 195, fl. 230v.

Pater Sancte, S. V. devoto oratori vestro Martino Gundissalvi, clerico Visensis (1) diocesis, de capella heremitorio nuncupato beate Marie de monasterio Lamacensis diocesis, ut in supplicatione, cuius copia prescribitur, gratiam fecit et quia, Pater Sancte, in dicta supplicatione per errorem scriptoris fuerint (2) omissa verba videlicet de capella heremitorium nuncupata, dignetur S. V. litteras super dicta supplicatione cum expressione capelle beate Marie heremitorium nuncupate expediri mandare et sub prima data. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quintodecimo Kalendas Junii, anno nono.

(1) No ms. *Vicensis.*
(2) No ms. *fuerit*, com sinal de erro.

980

1426, Maio 22

Súplica de Fernando Camelo, freire da Ordem do Hospital, sobre a confirmação das preceptorias de S. João de Vila Cova e de S. João de Covelo da diocese de Lamego, vacantes por morte de João Gonçalves, as quais lhe tinham sido conferidas pelo prior provincial de Portugal, preceptor do Crato, Nuno Gonçalves de Góis.

Reg. Suppl. 195, fl. 237v.

Beatissime Pater, vacantibus sancti Johannis de Villa Cova et de Covello preceptoriis seu domibus ordinis eiusdem sancti Lamacensis diocesis per obitum quondam Johannis Gonsalvi, ultimi ipsarum domuum preceptoris, extra Romanam Curiam defuncti, devo-

tus vester Nunus (1) Gunsalvi de Goyos (2), preceptor domus de Crato ac prior provincialis regni Portugalie, auctoritate ordinaria devoto vestro Fernando Camello, dicti ordinis fratri, contulit et de eis etiam providit, quarum collationis et provisionis vigore, dictas domos fuit assecutus, quas tenet et possidet pacifice et quiete. Cum autem idem Fernandus dubitet ex certis causis collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, supplicat S. V. idem F[ernandus] quatinus de dictis preceptoriis, quarum fructus, etc., triginta florenorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si devolute, litigiose vel reservate existant, eidem F[ernando] misericorditer providere dignemini. Non obstantibus statutis et consuetudinibus dicti ordinis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, undecimo Kalendas Junii, anno nono.

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. *Gogos.*

981

1426, Maio 22

Martinho Anes, cónego da colegiada de S. Martinho de Cedofeita, pede a confirmação da igreja de S. Salvador de Mazedo da diocese de Tui, que ele trocara com João Peres pela prebenda de Cedofeita.

Reg. Suppl. 195, fl. 238v.

Beatissime Pater, vacante ecclesia sancti Salvatoris de Maczedo Tudensis diocesis ex eo quod dilecti filii Johannes Petri, rector dicte ecclesie, et Martinus Johannis, canonicus ecclesie sancti Martini de Sedofeita Portugalensis diocesis, desiderantes ex certis causis ecclesiam et prebendam dicte ecclesie sancti Martini, quam dictus Martinus obtinebat, invicem permutare, in manibus devote creature vestre Johannis, perpetui administratoris ecclesie Tudensis, ex causa permutationis resignarunt easdem, cuius resignationis vigore, idem administrator prebendam Johanni et ecclesiam predictas Martino prefatis contulit et de illis etiam providit, quarum collationis et provisionis vigore, idem Martinus eamdem ecclesiam est pacifice assecutus, quam tenet et possidet de presenti. Cum autem dictus Martinus qui defectum natalium de presbytero genitus et soluta patitur et cum quo sufficienter dispensatum est, dubitet collationem et provisionem prefatas viribus non subsistere, supplicat S. V. quatinus sibi de dicta ecclesia, que sine cura est et de iure patronatus laycorum cuiusque fructus, redditus et proventus centum florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si devoluta, reservata existat et super ea inter aliquos in Romana Curia vel extra eam lis, cuius statum, etc., pendeat indecisa, de novo providere dignemini, predicto defectu et gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, undecimo Kalendas Junii, anno nono.

982

1426, Maio 28

Álvaro Peres, sacerdote da diocese de Braga, alegando que Álvaro Vasques, perpétuo beneficiado na igreja de S. Tiago de Guimarães, se tornara indigno de tal benefício, porque dado ao vício da embriaguez e blasfémia, pede a provisão do mesmo a seu favor, após a privação do sobredito Álvaro Vasques.

Reg. Suppl. 199, fl. 21.

Beatissime Pater. Cum quidam Alvarus Velasci, perpetuus beneficiatus perpetui beneficii ecclesiastici sine cura ecclesie sancti Jacobi de Vimaranes diocesis Bracharensis, sue salutis immemor, Deum omnipotentem et eius sanctos publice pluries blasphemaverit ac ebrietatis vitio quasi assidue in cleri opprobrium laboret et propterea dicto beneficio, quod obtinet, se reddidit indignum, idcirco supplicat S. V. devotus vester Alvarus Petri, presbyter predicte diocesis, quatinus alicui probo viro in partibus committere dignemini et mandare quod de premissis summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, se informet et si premissa fore vera repererit, eumdem Alvarum apostolica auctoritate predicto beneficio privet et penitus amoveat ab eodem necnon beneficium predictum, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem, ut asseritur, valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quascumque alias personas seu liberam resignationem, etiam coram notario et testibus de eodem factam, vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata aut affecta seu alias litigiosa existat, ipsius litis statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, eidem Alvaro Petri apostolica auctoritate conferre et de eodem ipsi dignemini providere, gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica declaranda, aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis.— *Fiat ut petitur, in forma iuris. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Junii, anno nono.

983

1426, Maio 29

D. Duarte, Infante primogénito de Portugal, desejando premiar seu alferes-mor, D. Pedro de Meneses, governador da cidade de Ceuta, pede ao papa autorização para a permuta da igreja paroquial de S. Martinho de Lisboa, do padroado régio, pelo lugar de Viana do Alentejo.

Reg. Suppl. 199, fl. 44v-45. Publicada em *Monumenta Henricina*, III, n. 62.

Beatissime Pater. Cum devotus vester nobilis et strenuus miles Petrus de Meneses diocesis Ulixbonensis, devoti filii vestri Eduardi, primogeniti regnorum Portugalie et Algarbii illustris, maior vexillarius et gubernator civitatis de Ceupta in ultramarinis ac partibus africanis constituta, pro defensione eiusdem civitatis ac fidelium inibi degentium in exaltatione et honore nominis Jhesu Christi et fidei christiane plures continuos et maximos indefesse et assidue substinuerit, prout substinet, labores, personam suam sepissime mortis periculis exponendo, prout etiam exponit, ac potestatibus Africanorum infidelium victoriose ac fideliter et viriliter, [fl. 45] dextera Domini ei assistente, resistendo, prout resistit etiam de presenti, et propterea bonis ecclesiasticis merito sit remunerandus, ut alii, remunerationem eius conspicientes, ad similia facilius pertrahantur, cum autem, Beatissime Pater, nobilis ac magnificus quondam Johannes (1), genitor Petri predicti, locum de Viana diocesis Elborensis in titulum comitatus habuerit, quem locum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis capella clare memorie quondam Beatricis, regnorum predictorum regine illustris, in claustro ecclesie Ulixbonensis constituta, vigore donationis per recolende memorie quondan Alfonsum, regnorum predictorum regem illustrem, ei concesse possidet de presenti quodque Eduardus, primogenitus predictus, titulo comitatus eiusdem loci de Viana quo, ut premittitur, pater eiusdem Petri, dum vivebat in humanis, fuit preditus, in recompensatione laborum et meritorum suorum dictum Petrum desiderat decorari, quod tamen facere non potest absque sedis apostolice concessione speciali, idcirco supplicat S. V. Eduardus, primogenitus predictus, quatinus ut ipse parrochialem ecclesiam sancti Martini Ulixboneñ, que de patronatu regali existit, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eam pro loco de Viana predicto, etiam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis cum predicta capella eiusque portionariis seu beneficiatis valeat permutare, qui ex eadem ecclesia ipsiusque fructibus, redditibus et proventibus ac aliis redditibus eis restantibus iuxta eorum statuum decentias poterunt commode substentari, ipsi licentiam et facultatem concedere et impertiri dignemini de gratia speciali, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, de consensu.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Kalendas Junii, anno nono.

(1) No ms. *Petrus*, mas errôneamente.

984

1426, Maio 30

João Pais, vigário do arcebispo de Lisboa, com a cátedra da hora de prima de direito canónico no Estudo de Lisboa, solicita o canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes por morte de Gonçalo Anes.

Reg. Suppl. 199, fl. 27v. Referenciada por BELTRAN DE HEREDIA, V., *Bulario de la Universidad de Salamanca*, III, n. 1378 (1).

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Pellagii, vicarius domini archiepiscopi Ulixbonensis ac in Studio Ulixbonensi hora prima in iure canonico cathedram tenens, quatinus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis,

vacantibus per obitum quondam Gunsalvi Johannis, ipsorum ultimi possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, quorum fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per obitum dicti Gunsalvi aut premisso vel alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu constitutione *Execrabilis* vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservati, devoluti aut litigiosi in eadem Curia vel extra existant, cuius statum cause presentibus habere dignemini pro sufficienter expresso, dignemini misericorditer providere. Non obstante quod idem Johannes perpetuas portiones sine cura in parrochialibus ecclesiis beate Marie et sancti Salvatoris de Begia ac beate Marie de Macellis Montis Maioris Elborensis necnon beate Marie de Sacavem Ulixbonensis diocesum, obtinet, quarum fructus, etc., quinquaginta librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem anuum non excedunt. Non obstante etiam quod quidam Alvarus Lupi prefatos canonicatum et prebendam teneat indebite occupatos et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Junii, anno nono.

---

(1) Neste mesmo número 1.378, o autor publica, com erros. omissões e, por vezes, transformação do texto, parte da súplica de 27-V-1420 (nosso volume anterior a este, n.º 389) deste João Pais, então estudante de direito canónico na Universidade de Lisboa.

985

1426, Junho 5

João Sanches de Vilar Torpim, clérigo da diocese de Lamego, pede a igreja paroquial de S. Pedro de Almofala (?), da dita diocese, vacante por morte de Domingos Fernandes.

Reg. Suppl. 198, fl. 271v-272.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Sancii de Villar Turpim, clericus Lamacensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de quadam parrochiali ecclesie sancti Petri de Almonaja Lamacensis diocesis, vacante per obitum Dominici Fernandi, ultimi ipsius beneficii possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, cuius [fructus] (1), etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quamcumque aliam personam vacet, etiam si alias generaliter vel specialiter aut iure devoluto aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut affecta et inter aliquos litigiosa existat, [fl. 272] statum cause et totius processus S. V. hic habere dignetur pro expresso, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obst. quadam gratia expectativa, in cancellaria V. S. declaranda, et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonas Junii, anno nono.

---

(1) No ms. sinal de erro, a indicar talvez a omissão da palavra *fructus*.

986

1426, Junho 6

Inês Vasques de Portalegre, alegando que o convento franciscano de Portalegre necessitava de esmolas para ser reparado, estava disposta a colocar no convento uma preciosa relíquia da Santa Cruz que possuía, motivo por que juntamente com o guardião e frades do convento solicita ao papa indulgências para os visitantes do convento, no dia da Santa Cruz e outras festas, que contribuírem para a reparação do convento.

Reg. Suppl. 199, fl. 109.

Beatissime Pater. Cum conventus fratrum Minorum Portalegrensis Egitaniensis diocesis continuis indigeat reparationibus sintque fratres eiusdem adeo pauperes quod ipsum reparari facere non possunt sine christifidelium piis subsidiis et cum nobilis et devota V. S. oratrix Agnes Velasci de Portalegre dicte diocesis de ligno Sancte Crucis, ad quam magnam gerit devotionem, apud se habuerit, prout habet de presenti, cupiens illud in aliquo ecclesiastico loco laudabiliter recondere per fratres conventus loci predicti conservari, ut eadem congruis honoribus decorari, ipsum monasterium reparari ac christifideles ad devotionem ardentius valeant promoveri, ad quam fortius animentur quanto magis animarum commodum se speraverint adipisci, supplicant igitur dicta oratrix et guardianus et fratres conventus predicti quatinus omnibus et singulis christifidelibus vere penitentibus et confessis, dictum conventum in Sancte Crucis et aliis diebus et festivitatibus per cancellariam V. S. dari consuetis causa devotionis visitantibus, seu de bonis a Deo sibi collatis ad reparationem et manutentionem conventus seu sustentationem fratrum predictorum pia caritatis subsidia largientibus, quotiens id fecerint, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis sibi penitentiis in Domino misericorditer relaxare dignemini, hanc indulgentiam perpetuis futuris temporibus duraturam decernentes. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, cancellarie regulis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Junii, anno nono.

987

1426, Junho 7

Os eremitas Fernando Gonçalves, Afonso Anes e Pedro Anes de Azambujaria do termo de Avis, diocese de Évora, pedem faculdade de terem um altar no oratório que aí construíram para dizer missa, e os indultos da isenção das décimas das terras por eles cultivadas e de se poderem confessar em artigo de morte a qualquer capelão, para si e seus sucessores.

Reg. Suppl. 199, fl. 78v-79.

Beatissime Pater. Cum pauperes et heremite Fernandus Gondissalvi, Alfonsus Johannis et Petrus Johannis devotione moti, propria salute curantes, in loco montaneo, deserto et solitario, dicto Azambujaria, in termino dicto dAviz Elborensis diocesis, tres anni modo sunt elapsi, vitam heremiticam et solitariam gerendo, de fidelibus Christi eisdem pie providentibus elemosinis pauperrime vivendo, mansionem elegerunt et in eodem loco quoddam oratorium ut creatori suo deservire valeant, construerint, verum, Beatissime Pater, cum in predicto oratorio non sit altare, supra quod missa possit celebrari, nec aliqua campana, cum qua dicti supplicantes ad divinum possint officium evocari, eapropter pro parte eorumdem V. S. humiliter supplicatur quatinus ut altare in eodem oratorio, super quo ad eorumdem supplicantium et aliorum christifidelium devotionem possit celebrari et campanam desuper elevare possint et valeant, eis et successoribus eorum, si qui temporibus futuris fuerint, necnon de uberioris dono gratie providentes, eisdem ut si tempore successivo terras aliquas prope dictum oratorium existentes ad eorumdem sustentationem propriis manibus coluerint (1) arboresque in eisdem inciderint, quod de arborum fructibus et terrarum novalibus aliisque bonis propriis manibus eorumdem cultis [ne] (2) quisquam decimas ab eis exigere compellat et etiam quod ipsi et eorum successores in articulo mortis, semel tantum, ab omnibus peccatis cuicumque capellano per eosdem confessis ab eodem possint absolvi, eisdem et successoribus suis, si qui sint, intuitu pietatis licentiam et auctoritatem dignemini misericorditer impertiri, iuribus, constitutionibus apostolicis, in contrarium non obstantibus quibuscumque. — *Fiat de constructione in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, [fl. 79] septimo Idus Junii, anno nono.

---

(1) No ms. *collerint*, com sinal de erro.
(2) no ms. *collitis*, com sinal de erro.

988

1426, Junho 8

Os nobres Afonso Nogueira e Gomes Nogueira que se apresentaram ao papa, a pedir licença de visitarem o Santo Sepulcro, depois de terem recebido resposta negativa e a comutação na visita de algumas igrejas de Roma, pedem que essa comutação seja estendida aos familiares que os acompanhavam.

Reg. Suppl. 199, fl. 113.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devotorum vestrorum nobilium virorum Alfonsi Nogeira et Gometii Nogeira et dicitur quod cum ipsi pridie conspectui eiusdem S. animo ab eadem obtinendi ut sanctum sepulcrum visitarent se presentarent, eadem S. hoc eisdem necnon quibusvis aliis se non concessurum (1) respondit, sed tandem illud in visitationem nonnullarum ecclesiarum Urbis Rome commutavit eisdem. Verum, Pater

Beatissime, cum iidem nobiles prefatum sepulcrum pro animabus suis necnon quorumdam aliorum, pro quibus tenebantur, visitare proponebant, pro qua quidem visitatione acquirenda nonnullos familiares et alios ipsos concomitantes secum adduxerunt, dubitatur animas predictas necnon omnes alios et singulos, eos ut premittitur concomitantes, in prenominata commutatione includi. Eapropter supplicatur S. V. pro parte nobilium predictorum quatinus, eorumdem contemplatione, dignetur eadem S. commutationem predictam in omnes et singulos premissos extendere seu eosdem misericorditer in eadem includere de gratia speciali. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Junii, anno nono.

---

(1) No ms. *concesurum*, com sinal de erro.

989

1426, Junho 8

O bispo de Évora D. Vasco e o cabido pedem ao papa faculdade de o chantre ou outro dignatário da sé de Évora absolver os cónegos dos casos reservados à Santa Sé e de comutar votos.

Reg. Suppl. 199, fl. 121.

Beatissime Pater. Cum sepe contingat nonnullos ex canonicis, officialibus et beneficiatis ecclesie Elborensis ex eorum fragilitate excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias incurrere ac irregularitatis et infamie maculis denotari necnon abstinentie et peregrinationis vota emittere cumque pro horum absolutione seu liberatione non absque magnis periculis, sumptibus et expensis, non absque magno in divinis officiis celebrandis ipsius ecclesie detrimento, aut ex eorum paupertate vel infirmitate non possint ad apostolicam sedem habere recursum, supplicatur S. V. pro parte devote creature vestre Valasci episcopi Elborensis (1) ac devotorum vestrorum capituli aliorumque clericorum et beneficiatorum dicte ecclesie quatinus eorum statui paterno consulentes affectu, ut cantorem prefate ecclesie vel alium in dignitate constitutum eligere et deputare possit, qui ipsos et eorum quemlibet a prefatis sententiis, si quam incurrerint aut in futurum incurrerit, et ab omnibus criminibus et casibus etiam dicte sedi reservatis absolvere necnon vota peregrinationis vel alias per eos commissa commutare ac habilitare et ad statum debitum reducere possit et valeat misericorditer et de speciali gratia eis concedere dignemini. — *Fiat ut petitur ad septennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Junii, anno nono.

---

(1) D. Vasco Peres, bispo do Porto, transferido para Évora a 10 de Março de 1423, por cuja morte, foi nomeado bispo da mesma sé D. Álvaro de Abreu, até então bispo de Silves, a 11 de Fevereiro de 1429. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 236.

990

1426, Junho 9

Súplica de João Fernandes, sacerdote de Viseu, sobre a igreja paroquial de S. Miguel de Lajeosa da diocese de Viseu, vacante pela promoção de D. Luís de Amaral à sé de Lamego.

Reg. Suppl. 199, fl. 80-80v.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Fernandi, presbyter Visensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti [fl. 80v] Michaelis de Lageosa Visensis diocesis, si vacat ad presens per promotionem domini Ludovici, olim eiusdem ecclesie rectoris, factam ad ecclesiam Lamacensem (1), vel quam primum vacaverit per munus consecrationis eidem Ludovico impendendum aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, sive ut premittitur sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem Johannis pape xxii que incipit *Execrabilis* vel per resignationem factam, licet non admissam, vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta (2) aut alias ipsa ecclesia generaliter vel specialiter eidem sedi affecta seu reservata existat, super ea lis quoque in Romana Curia vel extra eam, cuius litis statum presentibus habere (3) dignemini pro sufficienter expresso, inter aliquas personas pendeat indecisa, de predicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., octuaginta florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, eidem Johanni dignemini misericorditer providere, quadam gratia expectativa in cancellaria declaranda, quam habet, seu quod eadem parrochialis ecclesia de iure patronatus laicorum existat, non obstañ, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto (4) Idus Junii, anno nono.

---

(1) D. Luís do Amaral, cónego de Viseu, nomeado bispo de Lamego a 5 de Junho de 1426, depois da transferência de D. Garcia Rodrigues para Viseu. Ele mesmo foi transferido para Viseu em Setembro de 1430. Esteve no Concílio de Basileia, seguindo o partido contra o papa Eugénio IV, que o depôs em 1439, sendo nomeado depois, a 6 de Abril de 1444, cardeal pelo antipapa Félix V, em cuja eleição para papa tomara parte em Novembro de 1439 no Concílio de Basileia. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, pp. 291, 532; II, p. 10, nota 1, p. 269.

(2) No ms. *devot.* cum sinal de erro.

(3) No ms. *haberi*, com sinal de erro.

(4) No ms. sinal de erro.

991

1426, Junho 9

Súplica do Infante D. Henrique, solicitando do papa para o seu capelão-mor e tesoureiro de Viseu João Rodrigues, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, a graça de reter com a dita tesouraria outro qualquer benefício com cura de almas e incompatível.

Reg. Suppl. 199, fl. 99v. Publicada em *Monumenta Henricina*, III, n. 64.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus orator vester Henricus, dux Visensis, devote creature vestre Johannis, Portugalie et Algarbii regis, filius, quatinus sibi in personam devoti vestri Johannis Roderici, thezaurarii ecclesie Visensis ac eiusdem duci maioris capellani et continui commensalis et eius capelle gubernatoris, gratiam facientes specialem, cum eodem Johanne, cum quo alias super defectu natalium quem patitur de soluto nobili genitus et soluta ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et unum, etiam si curam haberet animarum, primo et deinde aliud ac postmodum ut quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, se invicem compatientia, recipere et retinere etiam sufficienter dispensatum extitit, prout in litteris desuper confectis plenius continetur, ut cum thezauraria dicte ecclesie, que in ea dignitas, non tamen maior, post pontificalem et cuius fructus, redditus et proventus centum florenorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, unum aliud quodcumque beneficium curatum aut alias cum dicta thezauraria incompatibile, etiam si alia dignitas, personatus, administratio vel officium et dignitas ipsa maior post pontificalem aut in collegiatis ecclesiis principalis, curata et electiva necnon parrochialis ecclesia fuerit, recipere et quoad vixerit retinere illaque simul vel successive, totiens quotiens voluerit (1), simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco dimissi [aliud] recipere et quoad vixerit retinere libere et licite valeat misericorditer et de gratia speciali dispensare dignemini. Constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Junii, anno nono.

(1) No ms. vem repetida a palavra *voluerit*, mas com sinal de erro.

992

1426, Junho 13

Vasco Tristão, clérigo da diocese de Évora, pede o canonicato e prebenda de Évora, vacantes pelo casamento de Álvaro Ferreira.

Reg. Suppl. 199, fl. 159.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Valascus Tristom, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, quorum fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus ex eo quod quidam Alvarus Fereira, eosdem canonicatum et prebendam tunc obtinens, matrimonium per verba legitime de presenti cum quadam muliere contraxit, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, et ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per liberam resignationem dicti Alvari vel alicuius alterius de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario et testibus sponte factam, vacent, vel si vacare contigerit, aut tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii (1) ad sedem apostolicam legitime devo-

luta et generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservati, affecti seu in dicta Curia vel extra eam litigiosi existant, et ille, per cuius factum ultimo vacarunt, V. S. et sedis predicte familiaris vel officialis fuerit, seu etiam alicuius ex sancte Romane Ecclesie cardinalibus, eidem Valasco dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria declaranda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Junii, anno nono.

---

(1) No ms. *consilii.*

993

1426, Junho 13

Diogo Afonso, bacharel da igreja de Évora, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Vila Nova da diocese de Évora, a vagar pela resignação de Pedro Esteves.

Reg. Suppl. 199, fl. 222v.

Supplicat S. V. devotus vester Didacus Alfonsi, bacalarius ecclesie Elborensis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Villa Nova Elborensis diocesis, cuius fructus, etc., sexaginta florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod devotus vester Petrus Stephani eamdem ecclesiam (1) quam nunc obtinet in manibus S. V. ex certis causis sponte et libere resignat (2), sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si devoluta vel alias reservata existat et super ea inter aliquos in Romana Curia vel extra eam lis, cuius statum, etc., etiam pendeat indecisa, eidem D[idaco] misericorditer providere dignemini. Non obstañ perpetuo beneficio, bacalariatus nuncupato, in dicta ecclesia Elborensi ac parrochiali ecclesia de Vilalva dicte Elborensis diocesis, quorum fructus, etc., quinquaginta florenorum similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, dispensantes cum dicto Didaco ut dictam parrochialem ecclesiam de Vilalva una cum prefata ecclesia sancte Marie per duos annos insimul retinere illasque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, dimittere et loco dimissorum etiam libere et licite [alia recipere] possit [et valeat] (3). Constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur et dispensamus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Junii, anno nono.

---

(1) No ms. *ecclesia,* com sinal de erro.

(2) No ms. *resinat,* com sinal de erro.

(3) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão das palavras *et valeat.*

994

1426, Junho 15

Súplica de Fernando Álvares, estudante de direito canónico e reitor da igreja paroquial de S. Miguel de Vila Cova da diocese de Braga, pede que a igreja de S. Martinho de Leitões da mesma diocese seja unida à dita igreja de S. Miguel, com a faculdade de ele receber os seus proventos.

Reg. Suppl. 199, fl. 141.

Beatissime Pater, cum fructus, redditus et proventus parrochialium ecclesiarum sanctorum Michaelis de Villa Cova et Martini de Leitoões diocesis Bracharensis, in vicinio seu proximo constituta[rum], propter mortalitates (1) et alias calamitates que partes illas diu afflixerunt, adeo sint tenues, exiles et exigui quod ex eis, cum viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non (2) exced[ant], rectores ipsarum iuxta eorum status decentiam non possunt commode sustentari, idcirco supplicat S. V. devotus vester Fernandus Alvari, studens in iure canonico et rector eiusdem parrochialis ecclesie sancti (3) Michaelis, quatinus parrochialem ecclesiam sancti Martini predictam, si vacat ad presens, seu quam primum alias quomodolibet vacaverit, predicte ecclesie sancti Michaelis imperpetuum unire, annectere [et] incorporare dignemini, ita quod liceat rectori pro tempore eiusdem ecclesie sancti Michaelis predicte parrochialis ecclesie sancti Martini, si vacat vel cum vacaverit, etiam propria auctoritate possessionem apprehendere (4) ac eius fructus, etc., in proprios usus convertere, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, [cum] clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de consensu quorum interest. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Julii, anno nono.

---

(1) No ms. *mortalitatum*, com sinal de erro.
(2) No ms. *nom*, com sinal de erro.
(3) No ms. vem repetida a palavra *sancti*, com sinal de erro.
(4) No ms. *oprehendere*, com sinal de erro.

995

1426, Junho 15

Súplica de João Afonso, reitor da igreja paroquial de Santo André da Cedeira da diocese de Tui, sobre outro benefício com cura de almas, a reter com a dita igreja.

Reg. Suppl. 199, fl. 171-171v.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Alfonsi de Lourina, presbyter Tudensis diocesis, rector parrochialis ecclesie sancti Andree de Cedeyra, [fl. 171v] eiusdem [dioce-

sis], cuius fructus, etc., ultra viginti florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, quatinus ipse ut, si vigore quarumdam litterarum apostolicarum seu gratie de quarto Kalendas Maii pontificatus vestri anno septimo aliud curatum beneficium acceptaverit vel alias quomodocumque, si sibi canonice conferatur, una cum ipsa parrochiali ecclesia (1), quam obtinet, usque ad triennium licite retinere et obtinere et dicto triennio durante unum illorum beneficium curatum quod maluerit pro alio seu aliis simplicibus beneficio seu beneficiis permutare possit et valeat secum dispensare dignemini de gratia speciali. Cum omnibus in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Julii, anno nono.

(1) No ms. vem repetida a palavra *ecclesia*, com sinal de erro.

996

1426, Junho 15

Súplica de D. Pedro de Meneses, alferes-mor do Infante D. Duarte e governador da cidade de Ceuta, a solicitar a confirmação do escambo que fizera com a abadessa do mosteiro dominicano do Espírito Santo de Toro, diocese de Samora, de certas terras existentes nos domínios do dito Pedro de Meneses por outros bens, conforme execução das letras apostólicas de João XXIII sobre o assunto pelo abade do mosteiro de Santa Maria de Bouro.

Reg. Suppl. 199, fl. 205-205v.

Beatissime Pater, olim devotus nobilis vir Petrus de Meneses, serenissimi principis Eduardi, Portugalie et Algarbii regnorum primogeniti, maior vexillarius ac capitaneus civitatis Ceuptensis pro illustrissimo eiusdem S. filio rege Portugalie in Africanis partibus constitutus, quondam Johanni pape xxiii in sua obedientia nuncupato (1) exposuit quod priorissa et conventus monasterii Sancti Spiritus de Tauro ordinis sancti Augustini, sub cura fratrum Predicatorum viventes, diocesis Zamorensis, nonnulla terras dicti nobilis contigua necnon alia terras, casalia, possessiones et bona in eodem regno Portugalie, sub temporali dominio eiusdem nobilis, et alibi infra dictum regnum consistentia, que eidem nobili non modicum accomoda forent, habere et propterea nobilis predictus pro eisdem terris, casalibus, possessionibus et bonis tot de terris, casalibus et aliis bonis ad ipsum legitime spectantibus priorisse et conventui predictis in excambium sive ex permutationis causa vel alias venditionis titulo sibi deliberarentur tantum in pecunia numerata tradere et assignare desiderabat, quod per hoc dicti monasterii conditio melior fieret evidenter, dictus vero Johannes de premissis certam notitiam non habens, abbati monasterii sancte Marie de Boyro diocesis Bracharensis suis litteris dedit in mandatis quod de premissis omnibus et singulis ac eorum circumstantiis universis auctoritate sua se diligenter informaret et, si per huiusmodi informationem ita esse inveniret quodque huiusmodi permutatio seu venditio, si fieret, in evidentem cederet utilitatem monasterii antedicti, eisdem priorisse [fl. 205v] et conventui faciendi cum prefato nobili permutationem seu venditionem

eamdem apostolica auctoritate licentiam largiretur, proviso quod pretium quod ex huiusmodi venditione, si fieret, provenire contingeret in eamdem utilitatem fideliter et integre converteretur, postmodum vero abbas predictus, dictarum litterarum forma servata, priorisse et conventui predictis cum prefato nobili eamdem venditionem faciendi predicta auctoritate licentiam concessit dictaque priorissa et conventus venditionem antedictam cum nobili predicto fecerunt ac eiusdem venditionis vigore, terrarum, casalium, possessionum et bonorum predictorum possessionem idem nobilis fuit assecutus ipsaque possidet de presenti. Cum autem, Beatissime Pater, dictus nobilis certis ex causis et presertim quia priorissa et conventus predicti monasterii sub obedientia prefati quondam Johannis non existebant, cum earum monasterium infra limites regnorum Castelle et Legionis de obedientia olim Benedicti xiii in illis partibus nuncupati (2) constitutum existeret quodque premissa postquam dictus Johannes deiectus fuit a papatu facta fuerunt, dubitet viribus non subsistere, supplicat S. V. nobilis predictus quatinus omnium et singulorum premissorum tenores presentibus habentes pro sufficienter expressis, ipsa necnon venditionis et possessionis executionem (3) predictas et quecumque ex eis secuta rata habentes et grata, ea etiam [ex] vestra certa scientia, omnes et singulos defectus, si qui forsan in eis intervenerint, supplentes, apostolica auctoritate laudare, confirmare et approbare dignemini, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, si in evidentem. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Julii, anno nono.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 836.
(2) Cf. nota 3 do n.º 949.
(3) No ms. sinal de erro.

997

1426, Junho 16

Súplica de João Vasques, sacerdote e porcionário da igreja paroquial de Alcáçovas da diocese de Évora, sobre a porção da igreja paroquial de Santa Maria de Triana de Alenquer, a que Luís da Guerra, acólito do papa, se propunha resignar.

Reg. Suppl. 199, fl. 139v.

Beatissime Pater, cum devotus vester Ludovicus della Guerra, S. eiusdem acolitus, portionarius in parrochiali ecclesia sancte Marie de Taritana de Alenqueryo Ulixbonensis diocesis, ipsam portionem in manibus V. S. simpliciter resignare proponat, prout ex nunc resignat per presentes, supplicat igitur S. V. devotus vester Johannes Velasci, presbyter ac portionarius parrochialis ecclesie de Alcaçovas Elborensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicta portione parrochialis ecclesie sancte Marie, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quascumque alias personas seu liberam resignationem de eadem in Romana Curia vel extra, etiam coram notario et testibus sponte factam vacet aut tanto tempore vacaverit

quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata aut affecta seu litigiosa existat, ipsius litis statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, eidem Johanni dignemini providere. Non obstañ quod ipse portionem predictam, cuius fructus, etc., viginti librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere, et gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica declaranda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Julii, anno nono.

998

1426, Junho 18

Súplica de Álvaro Peres, sacerdote da diocese de Braga, a completar pedido anterior sobre mais dois benefícios, com extensão a canonicatos e prebendas.

Reg. Suppl. 199, fl. 214v.

Reformatio super parrochiali ecclesia beate Marie de Duabus Ecclesiis et super canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis (1).

Pater Beatissime, nuper S. V. cum devoto vestro Alvaro Petri, presbytero Bracharensis diocesis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et quinque beneficia ecclesiastica, invicem compatibilia, recipere et retinere posset cum potestate permutandi et apostolica successive fuerat auctoritate dispensatum ut cum predictis quinque duo alia similiter recipere et retinere valeat et permutare, etc., gratiose dispensavit seu dispensari concessit, prout in supplicatione, cuius copia suprascribitur, latius continetur. Cum autem, Pater Sancte, propter regulas cancellarie dubitetur per signaturam dicte supplicationis non venire clausula etiam si huiusmodi duo beneficia canonicatus et prebende ecclesiarum cathedralium seu metropolitanarum fuerint, dignetur S. V. litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas, cum huiusmodi clausula, in cancellaria apostolica et ubique, expediri mandare de gratia speciali, omnibus in dicta supplicatione contentis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat quod ad unam prebendam in ecclesia cathedrali. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quartodecimo Kalendas Julii, anno nono.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

999

1426, Junho 19

Rodrigo Nogueira, Afonso Nogueira e Gomes Nogueira, nobres da diocese de Lisboa, pedem a graça de serem isentos de certas obrigações testamentárias, assumidas pelo seu fale-

cido pai Afonso Anes Nogueira, militar e conselheiro de D. João I, rei de Portugal, e do Infante D. Duarte.

Reg. Suppl. 199, fl. 223v-224.

Exponitur S. V. pro parte devotorum vestrorum Roderici Nogeira, Alfonsi Nogeira et Gometii Nogeira, nobilium Ulixbonensis diocesis, et dicitur quod cum dudum devotus vester et nobilis vir Alfonsus Johannis Nogeira, miles, serenissimi principis regis Portugalie ac Eduardi eius primogeniti consiliarius, castellanus seu custos civitatis Ulixbonensis, pater et genitor predictorum exponentium, in executorem quarumdam ultimarum voluntatum nonnullorum christifidelium, olim decedentium, recta linea deputatus fuisset necnon omnes executiones huiusmodi in se suscepisset, ratione cuius, inter alia nonnullos pauperes sustentare ac missas et anniversaria certa celebrari facere tenebatur, nichilominus tamen, quia fructus et bona per ipsos testatores ad huiusmodi sue [fl. 224] voluntatis complementum relicta propter guerrarum turbines, monetarum varietates ac terrarum et possessionum sterilitates adeo fuerunt et sunt diminuta quod ex eis huiusmodi testamentarie voluntates, prout facte dicuntur, adimpleri non potuerunt, prout nec poterunt in futurum, supplicatur igitur S. V. pro parte dictorum exponentium quatinus, attento quod prefatus Alfonsus, miles, genitor eorumdem, vita functus existit ipsique exponentes eiusdem Alfonsi ac ultimarum voluntatum huiusmodi eadem linea executores existant, eumdem nobilem militem ab omissione (1) executionum premissarum ultimarum voluntatum scienter vel ignoranter forsan interveniente absolvere sibique huiusmodi omissa, si que sint, in alia pia opera (2) commutare, deinde vero eosdem exponentes executores seu heredes predictos ad earumdem ultimarum voluntatum executionem, nisi in quantum huiusmodi fructuum bonorum et possessionum facultas suppetet, minime teneri (3) misericorditer decernere dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, satisfacto. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Julii, anno nono.

(1) No ms. *omisione*, com sinal de erro.
(2) No ms. *alias pias operas*, com sinal de erro.
(3) No ms. *tenere*, com sinal de erro.

1000

1426, Junho 19

Súplica do conde de Vila Real D. Pedro de Meneses, governador de Ceuta, sobre impedimentos de consanguinidade e afinidade, a favor de suas filhas legítimas Donas Beatriz e Leonor.

Reg. Suppl. 199, fl. 224-224v.

Supplicat S. V. devotus V. S. filius illustris princeps et dominus dominus Petrus de Meneses, comes de Villa Real, capitaneus et gubernator civitatis Ceptensis pro illustris-

simo principe domino rege Portugalie, quatinus sibi in personas dilectarum suarum filiarum dominarum Beatricis et Lianoris legitimarum specialem gratiam facientes, cum eisdem et earum qualibet ut cum quibuscumque viris in quibusvis spiritualis cognationis aut consanguinitatis vel affinitatis gradibus, ultra tamen secundum, quovis modo prohibitis eis earum alteri attinentibus matrimonium contrahere et postquam contractum fuerit in eo licite remanere possint et valeant dispensare dignemini, impedimentis huiusmodi, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, iuribus, statutis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, cum clausulis oportunis, prolem tamen ex eis suscipiendam legitimam [fl. 224v] decernentes. — *Fiat pro utraque quod in quarto consanguinitatis et tertio affinitatis. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Julii, anno nono.

1001-1005

1426, Junho 19

Súplicas do Infante D. Duarte, a favor dos ermitas de Serra de Ossa, sobre o indulto de altar portátil, faculdade de escolherem confessor e isenção dos dízimos ou décimas.

Reg. Suppl. 199, 225v-226.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus vester Eduardus, Portugalie et Algarbii primogenitus illustris, in personas devotorum vestrorum heremitarum in salicibus de Ossa cum suis collocationibus ac locis de Agua das Infantas, in de Portel et de Monte Muro, in de Giora ac de Valboo, in de Villa Viçosa terminis diocesis Elborensis, in locis solitariis et montanis degentium, a mundana conversatione separatorum, sub obedientia sancte matris Ecclesie Altissimo ieiuniis et orationibus ac aliis obsequiis famulantium (1) ac sibi victum et vestitum suarum manuum laboribus sibi querentium, circa quos specialem in Domino gerit devotionem et affectionem, quatinus, eius intuitu et contemplatione, gratias speciales infrascriptas perpetuo duraturas ipsi[s] facere et concedere misericorditer dignemini ut sequuntur.

1002. Et primo quatinus ipsis heremitis (2), in oratoriis suis et eorum quolibet, absque diocesani loci licentia, altaria in quibus, totiens quotiens voluerint, per quoslibet sacerdotes missas et alia divina officia faciant celebrari, officina construere et facere quodque etiam precipuis festivitatibus anni preter loci Ordinarium ad in eorum parrochialibus ecclesiis divina officia audiendum inviti compelli non possint, ipsis licentiam et facultatem perpetuo duraturas concedere misericorditer dignemini de gratia speciali, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur sine preiudicio. O.*

1003. Item quatinus heremite predicti, totiens quotiens voluerint, sacerdotem vel sacerdotes, etiam curam animarum habentes, possint eligere qui ipsos de confessione etiam in casibus episcopo reservatis audire et penitentias iniungere salutares necnon alia

ecclesiastica sacramenta ministrare ipsosque in oratoriis predictis eorumque ambitibus sepelire valeant ac ecclesiasticam (*sic*) tradere sepulturam (*sic*), ipsis licentiam [et] (3) facultatem perpetuo duraturas concedere et impertiri misericorditer dignemini de gratia speciali, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis aliisque contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis.

1004. Item quatinus heremitis predictis presentibus et etiam futuris eligendi presbyterum seu presbyteros, quotiens ipsi et eorum quilibet in mortis articulo fuerint constituti, qui ipsis in eorum mortis articulo absolutionem plenariam impendere valeant licentiam et facultatem perpetuo duraturas concedere dignemini de gratia speciali, cum clausulis oportunis.

1005. [fl. 226] Item quatinus heremitas predictos presentes et etiam futuros, eorum quemlibet, a solutione et prestatione quarumcumque decimarum et primitiarum quarumvis possessionum, terrarum, novalium, vinearum, ortorum, arborum, ortalitiorum et aliarum rerum que propriis manibus ipsi excoluerint (4) seu laboraverint necnon animalium, avium et aliorum nutrimentorum suorum ac elemosinarum que per fideles ipsis impenduntur laborumque manuum suarum quibusvis ecclesiis ac personis secularibus et regularibus, cuiuscumque ordinis vel conditionis existant, per eos solvendarum et prestandarum penitus quitare, absolvere et perpetuo eximere misericorditer dignemini de gratia speciali, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat de omnibus. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Julii, anno nono.

---

(1) No ms. *famulatium*, com sinal de erro.
(2) No ms. *heremite*, com sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão de *et*.
(4) No ms. *excollerunt*, com sinal de erro.

1006

1426, Junho 20

Pedido de indulgências para os visitantes que derem esmolas para a reparação da igreja de Santa Maria da Carreira, situada na paróquia de S. Salvador de Joane da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 199, fl. 236-236v.

Dignetur S. V. omnibus christifidelibus ecclesiam sancte Marie de Carreira, que sita est in parrochia sancti Salvatoris de Johanne Bracharensis diocesis, in qua multa miracula Deus operatur et modo propter guerras et pestes que in illa regione a longo tempore fuerunt et sunt, etiam propter voraginem ignis maxima pars ipsius ecclesie destructa fuit et combusta et devotio fidelium obliviscitur, et quia sine christifidelium adiutorio et subfragio ad reparationem deduci non [fl. 236v] [potest], eamdem devote visitantibus

et pro ipsius reparatione manus porrigentibus adiutrices, in quatuor principalibus et septem beate Virginis ac omnium Apostolorum festivitatibus et per earum octavas et per omnes sabatos et dies dictos quadragesime septem annos et totidem quadragenas, imperpetuum duraturas, de iniunctis penitentiis (1) in Domino misericorditer relaxare, regulis cancellarie et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Julii, anno nono.

(1) No ms. *penitentia*, com sinal de erro.

1007

1426, Junho 22

Súplica de João Vasques, sacerdote de Lisboa, sobre a porção da igreja de Santa Marinha de Lisboa, vacante por morte de Geraldo Martins.

Reg. Suppl. 198, fl. 80v.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Valasci, presbyter Ulixbonensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de portione ecclesie sancte Marine Ulixboneñ, quam quondam Giraldus Martini, extra Romanam Curiam defunctus, in eadem ecclesia, que parrochialis est, dum vixit, obtinebat, cuiusque fructus, etc., duodecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuatim non excedunt, vacante per obitum dicti Giraldi, sive per ipsius Giraldi liberam resignationem in manibus Petri Gunsalvi, canonici Ulixbonensis, vicarii generalis reverendi patris domini Petri, archiepiscopi (1), generalis (*sic*) ut dicitur, etiam coram notario et testibus in partibus sponte factam, et etiam ut dicitur admissam, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta seu alias generaliter vel specialiter reservata sit et super ea in dicta Curia vel extra eam inter aliquos lis, cuius statum habentes presentibus pro expresso, pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Johannes portionem unam in sancti Salvatoris de Alcatzovas obtinet et nuper S. V. eidem de alia portione in sancte Marie de Turiana de Alenquer parrochialibus ecclesiis Elborensis et Ulixbonensis diocesum, tunc certo modo vacante, concessit, sive mandavit provideri, quarum omnium fructus, etc., triginta quinque librarum Turonensium similium extimatione predicta valorem annuum non excedunt, et gratia expectativa, in cancellaria declaranda, si quam habeat, et cum ceteris aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Julii, anno nono.

(1) Cf. nota 1 do n.º 973.

1008

1426, Julho 10

Álvaro Peres, sacerdote da diocese de Braga, pede a igreja paroquial de S. Salvador de Joane da diocese de Braga, a que resignou Vicente Martins.

Reg. Suppl. 199, fl. 259v.

Supplicat S. V. devotus vester Alvarus Petri, presbyter Bracharensis diocesis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, extitit sufficienter auctoritate apostolica dispensatum, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Johanne, eiusdem Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annum non excedunt, vacante per liberam resignationem de eadem per Vincentium Martini, eiusdem ecclesie ultimum immediate rectorem et possessorem, seu eius procuratorem ad hoc legitime constitutum in Curia Romana necnon in manibus S. V. fiendam, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quamcumque aliam personam seu constitutionem *Execrabilis* vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta aut generaliter vel specialiter sedi predicte reservata, affecta seu litigiosa existat, eidem Alvaro dignemini misericorditer providere, defectu predicto necnon gratia expectativa, in cancellaria declaranda, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Julii, anno nono.

1009

1426, Julho 30

Vasco Gil, porcionário da igreja de S. João de Torres Vedras, capelão e familiar do Infante, solicita a expedição das letras apostólicas sobre o canonicato e prebenda de Évora e benefício da colação do arcebispo e cabido de Lisboa, apesar de ter omitido mencionar a porção da igreja de S. João de Óbidos.

Reg. Suppl. 198, fl. 284v-285.

(1) Beatissime Pater, quia ex regulis cancellarie V. S. impetrantes beneficia ecclesiastica vacantia vel vacatura ultra quinque beneficia obtinentes, unum ex obtentis dumtaxat teneñ (2) ac devotus orator (3) vester Valascus Egidii, presbyter, perpetuus portionarius in ecclesia sancti Johannis de Turribus Veteribus Ulixboñ diocesis, infantis regis Portugalie capellanus et familiaris continuus comensalis, sex portiones sine cura in diversis ecclesiis obtinere noscatur et de una portione in parrochiali ecclesia sancti Johannis de Obidis dicte diocesis, cuius et omnium et portionum predictarum portionum sexaginta

librarum Turonensium parvorum fructus, etc., secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, in quadam gratia expectativa a S. V. de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie Elborensis ac beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, ad collationem archiepiscopi et decani, cantoris et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Ulixbonensis sub data sexto Kalendas Maii pontificatus vestri anno septimo obmiserit ex inadvertentia formantis supplicationem, cum ipse absens sit, facere mentionem, dignetur S. V. litteras super huiusmodi gratia conficiendas cum expressione dicte portionis in ecclesia sancti Johannis et quod nullam ex dictis portionibus dimittere teneatur expediri mandare, attenta paucitate valoris dictarum portionum, de vestra benignitate solita et gratia speciali, non obstantibus dictis regulis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis in dicta gratia contentis ceterisque contrariis, cum ceteris non obstañ et clausulis [fl. 285] oportunis. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, tertio Kalendas Augusti, anno nono.

---

(1) Esta súplica foi traçada ao meio. Na margem esquerda do texto vem a seguinte anotação: *Cass. quia refor. ex. Ar.*

(2) No ms. sinal de erro.

(3) No ms. *urator*, com sinal de erro.

1010

1426, Agosto 3

Súplica de Violante, abadessa, e de Violante Álvares, prioressa do mosteiro de S. Salvador de Vairão da diocese do Porto, a solicitar o mosteiro para esta última, visto a abadessa ter cerca de setenta e cinco anos.

Reg. Suppl. 200, fl. 39-39v.

Beatissime Pater, cum devota oratrix vestra Violant, abbatissa monasterii sancti Salvatoris de Vario ordinis sancti Benedicti, Portugalensis diocesis, in septuagesimo quinto vel circa etatis sue anno constituta, prefatum monasterium ac omne illius regimen et administrationem, in quorum possessione existit et quibus propter huiusmodi senium utiliter preesse non potest, propterea ac ex certis aliis rationabilibus causis resignare proponat [fl. 39v] [...] (1) seu ex nunc in manibus V. S. resign[at, supplicant S. V. ... tam] Violant, abbatissa prefata, conventus dicti monasterii, quam devota et humilis eiusdem S. oratrix Violant Alvari, ad presens eiusdem monasterii priorissa, ordinem ipsum expresse professa, ac de nobili genere procreata, quatinus resignationem huiusmodi admittentes seu admitti mandantes, ipsique Violant Alvari specialem gratiam facientes, de dicto monasterio sancti Salvatoris, cuius fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per resignationem huiusmodi sive alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona, seu per cuiusvis resignationem ubicumque, etiam in Romana Curia, etiam coram notario et tes-

tibus sponte factam, seu constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservata, affecta, devoluta vel litigiosa existat, litis statum, etc., pro expresso, eidem Violant Alvari dignemini misericorditer providere eamque in abbatissam dicti monasterii preficere, curam, regimen et administrationem ipsius sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, cum muneris benedictionis impensione. Non obstañ defectu natalium quem patitur de soluto genita et soluta ac defectu etatis quem etiam patitur in vicesimo septimo sue etatis anno constituta, super quibus secum specialiter ad effectum presentis gratie dispensare dignemini, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac ipsius ordinis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus. O. Fiat.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, tertio Nonas Augusti, anno nono.

---

(1) Palavras desaparecidas no ms.

1011

1426, Agosto 3

Violante Álvares, monja do mosteiro de S. Salvador de Vairão da diocese do Porto, eleita prioressa unânimemente pelas freiras, pede a habilitação, por duvidar da obtenção da dispensa de ilegitimidade.

Reg. Suppl. 200, fl. 39v-40.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte humilis et devote vestre sororis Violant Alvari, de nobili genere procreate, monialis expresse professe monasterii sancti Salvatoris de Variom Portugalensis diocesis, quod cum dudum, priorissa dicti monasterii defuncta, ex parte totius conventus dicti monasterii in priorissam eiusdem unanimiter electa fuerit, que quidem Violant credens a sede apostolica super defectu natalium quem patitur de soluto genita et soluta, sufficientem dispensationem obtinuisse, dicte electioni consensiit et in dicto monasterio per magnum tempus ut priorissa extitit, faciendo et exercendo ea que circa huiusmodi dignitatem facienda et exercenda [fl. 40] [...] (1) Pater Sancte, eadem soror Violant dubitet a sede apostolica dispensationem super dicto defectu non obtinuisse sufficientem et propter hoc alicuius inhabilitatis macula fore irretitam, quare supplicat eidem S. humiliter et devote dicta Violant quatinus sibi pio compatientes affectu, ipsam dicte dignitati renuntiando super premissis habilitare misericorditer dignemini, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et habilitamus. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, tertio Nonas Augusti, anno nono.

---

(1) No ms. palavras desaparecidas.

1012

1426, Agosto 3

Rodrigo ou Rui Dias, arcediago de Barroso, outrora colector apostólico em Portugal, temendo regressar a seus benefícios, por ter contraído várias inimizades, pede dispensa da obrigação de residência pessoal, enquanto estiver ao serviço do arcebispo de Braga D. Fernando, em qualquer parte, ou no Estudo Geral.

Reg. Suppl. 200, fl. 47v.

Beatissime Pater, exponitur [S. V. pro parte devoti oratoris vestri Roderici Didaci], archidiaconi (1) de Barroso in ecclesia Bracharensi, quod cum tempore quo in regno Portugalie fructuum camere apostolice debitorum collector generalis existebat, occasione dicte camere, graves contraxit capitales inimicitias, quarum pretextu, in aliquibus beneficiis suis secure redire non potest, quare supplicat eidem S. idem Rodericus quatinus sibi ut ipse in Romana Curia existendo aut altero beneficiorum suorum, que nunc obtinet et imposterum obtinebit, residendo ac servitiis domini F[ernandi], archiepiscopi Bracharensis (2) ubicumque insistendo aut in Studio generali residendo, fructus, etc., dicti archidiaconatus ac omnium beneficiorum suorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, etc., que nunc obtinet et imposterum obtinebit, hinc ad decennium seu quousque dicte inimicitie cessaverint, cum ea integritate, cotidianis suis distributionibus dumtaxat exceptis, percipere et recipere libere et licite valeat ac si in eisdem beneficiis sive locis, in quibus beneficia ipsa consistunt, personaliter resideret nec ad residentiam interim in eis minime teneatur, nec ad id a quoquam invitus compelli possit, ac etiam dictorum beneficiorum fructus, etc., arrendare quibuscumque personis ecclesiasticis vel secularibus, Ordinariis locorum minime requisitis, misericorditer concedere dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi fuerint, etiam iuramento vallatis, seu alias in synodalibus generalibus aut provincialibus editis constitutionibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Genezani Penestrine diocesis, tertio Nonas Augusti, anno nono.

(1) No ms. *archidiaconus.*
(2) Cf. nota 1 do n.º 840.

1013

1426, Agosto 4

Heitor Nunes, a quem o falecido D. Pedro, bispo de Évora, concedera o governo da capela fundada pelo nobre Vasco Esteves, sucedendo a seu pai Gil Nunes, que a obtivera do bispo D. João, pede ao papa confirme a concessão.

Reg. Suppl. 200, fl. 45-45v.

Beatissime Pater, olim quadam (1) capella per quondam nobilem virum Velascum Stephani de medietate suorum bonorum, a Deo (2) tunc sibi collatorum, fundata ipsamque per quondam Egidium Nunii de licentia et auctoritate bone memorie domini Johannis, episcopi Elborensis (3) recta et gubernata (4), quibus viam universe carnis ingressis, quondam bone memorie dompnus Petrus (5), in episcopatu Elborensi successor, eamdem capellam cum omnibus et singulis suis fructibus, etc., devoto vestro Hectori Nunii, filio (6) quondam dicti Egidii in spiritualibus et temporalibus regendam et gubernandam quoad viveret concessit et commisit atque dedit, volens inter cetera certos capellanos inibi institui ac officia divina secundum prefati quondam Egidii fundatoris voluntatem exerceri, fieri atque dici, prout etiam hactenus idem Hector laudabiliter id adimplevit, fecit et procuravit. Dubitat nichilominus idem Hector donationem, concessionem et voluntatem huiusmodi ac inde secuta certis ex causis viribus non subsistere. Supplicat igitur eidem V. S. dictus Hector, testamentaria[m] huiusmodi voluntate[m] secundum bonorum exigentiam adimplere paratus, quatinus concessionem et voluntatem [fl. 45v] premissas et inde secuta rata habentes et grata, ea omnia et singula [ex vestra] certa scientia confirmare [et] approbare, supplentes omnes et singulos defectus, si qui intervenerint in eisdem, sibique nichilominus regimen et administrationem huiusmodi capelle suorumque mobilium et immobilim bonorum in omnibus et per omnia quoad vixerit committere et concedere dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, pridie Nonas Augusti, anno nono.

---

(1) No ms. *quondam*, com sinal de erro.

(2) No ms. *adeo*, com sinal de erro.

(3) Em 1385 era bispo de Évora D. João, por cuja morte Bonifácio IX transferiu da sé de Silves para a de Évora D. Martinho Gil em Fevereiro de 1404. Sucedeu-lhe em 1406 D. Diogo Álvares, por cuja transferência para a sé de Lisboa em Fevereiro de 1415, foi nomeado bispo de Évora Álvaro Afonso, deão de Coimbra, ao qual sucedeu como administrador de Évora D. Pedro, filho do conde de Gijón, em Janeiro de 1419, nomeado bispo em Março de 1420. Nesta época vivia ainda este D. Pedro, pelo que D. Pedro e D. João da súplica, já mortos, devem ser anteriores. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 236, 452, 507.

(4) No ms. *gubenata*, com sinal de erro.

(5) Cf. nota 1 do n.º 973.

(6) No ms. *filii*.

1014

1426, Agosto 4

O cabido de Braga e Gil Afonso, arcediago, pedem confirmem este como cónego da sé, pois o tinham recebido com o consentimento do arcebispo, apesar da redução do número de cónegos, concedida pelo papa.

Reg. Suppl. 200, fl. 118v-119.

Beatissime Pater, licet S. V. dudum capitulo ecclesie Bracharensis per suas litteras concessit quod numerus quadraginta canonicorum et totidem prebendarum inibi ex

certis causis reduceretur, cum suppressione reliquorum ad numerum triginta et vigore concessionis huiusmodi iam suppressi sint tres canonicatus et prebende, tamen de presenti prefati capitulum, considerantes probitatis et virtutum merita ac sufficientiam devoti eiusdem S. Egidii Alfonsi, dicte ecclesie archidiaconi, qui ad supportanda onera divinorum ipsius ecclesie plurimum est accomodus et utilis, illum in canonicum et in fratrem dicte ecclesie de consensu episcopi Bracharensis receperunt, reservantes prebendam, quam primum illam per obitum alicuius ex canonicis dicte ecclesie vacare contingeret, eidem Egidio conferendam, si tamen et in quantum hoc procederet de consensu V. S. et non aliter ut prefate eorum concessioni non derogaretur, quare supplicant eidem S. dicti capitulum et Egidius quatinus receptionem [fl. 119] [...] dignemini per receptionem huiusmodi [...] de primo vacaturo et dicto Egidio conferendo per eum faciendam prefate concessioni nequaquam intelligatur esse derogatum, sed ipsa et littere predicte in suo pleno iure permaneant quoad earum totalem effectum imposterum per eas habendum et reliqui numeri suppressionem perinde ac si nulla receptio canonici facta ac collatio et assecutio assequerentur, premissis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Genezani Penestrine diocesis, pridie Nonas Augusti, anno nono.

1015

1426, Agosto 14

Os eremitas de Serra de Ossa pedem a expedição das letras apostólicas sobre certas graças concedidas a pedido do Infante D. Duarte, com extensão aos eremitas futuros, por dez anos.

Reg. Suppl. 200, fl. 115v-116.

Beatissime Pater, cum S. V. illustris Edouardi, Portugalie et Algarbii primogeniti et heredis, contemplatione devotis [fl. 116] [vestris heremitis in sali]cibus de Ossa ac [locis de Agua das Infantas, in de] Portel et [de] Monte Muro in de G[iora ac de] Valbor [in de] Villa Viçosa terminis diocesis Elborensis necnon in locis solitariis et montaneis nonnullas gratias fecisset, prout in supplicationibus super hoc confectis, per eamdem S. signatis, plenius continetur, ne littere super eisdem ingrossate et ad cancellariam expediende deducte fuissent, officiales seu correctores cancellarie premisse easdem litteras pro futuris habitatoribus in predictis locis expediri recusant seu non permittunt; supplicatur igitur S. V. pro parte premissorum heremitarum quatinus litteras predictas ad futuros ad decennium extendi ac tam pro presentibus quam futuris in predictis locis habitatoribus, prout in prefatis supplicationibus continetur, expediri mandare dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, regulis cancellarie et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Genezani Penestrine diocesis, decimo nono Kalendas Septembris anno nono.

1016

1426, Agosto 20

Súplica de João Delgado sobre a provisão da igreja paroquial de S. Salvador de Várzea da diocese de Lamego, que possuira durante quatorze anos sem se ordenar de sacerdote.

Reg. Suppl. 200, fl. 189-189v.

Beatissime Pater, olim certo modo vacante parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Varzea diocesis Lamacensis, devotus vester Johannes Delgaldo [fl. 189v] eamdem ecclesiam eiusque possessionem cum fructuum, etc., perceptione apostolica auctoritate fuit assecutus ipsamque per xiiii annos vel circiter possedit, prout [possidet] (1) de presenti, tamen ad sacerdotium, ut de iure tenebatur, infra annum nec ex post minime se fecit promoveri et propterea dicta parrochialis ecclesia vacat, idcirco supplicat S. V. Johannes possessor predictus quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia predicta, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quasqumque alias personas seu constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem de ea, etiam coram notario et testibus factam, quam eadem S. gratam habere dignetur et ratam, vacet aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata aut affecta, seu alias litigiosa existat, ipsius litis statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, eidem Johanni possessori cum fructuum, etc., ex eadem ecclesia perceptorum remissione ac habilitatione necessariis dignemini providere, gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria declaranda, et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, et habilitetur et promoveatur infra sex menses.* O.

Datum Genezani Penestrine diocesis, tertiodecimo Kalendas Septembris, anno nono.

(1) O ms. omite a palavra *possidet.*

1017

1426, Agosto 21

Álvaro Peres, sacerdote da diocese de Braga, pede a anulação da permuta que fora obrigado a fazer com Estêvão Pimenta do canonicato e prebenda de Braga e igreja paroquial de Santa Maria das Duas Igrejas por uma simples porção.

Reg. Suppl. 200, fl. 206v-207.

Beatissime Pater, cum alias devotus vester Alvarus Petri, presbyter Bracharensis diocesis, canonicatum et prebendam in ecclesia Bracharensi necnon parrochialem ecclesiam sancte Marie de Duabus Ecclesiis in eadem diocesi per longa tempora iuste et canonice ac pacifice possideret, nichilominus tamen diocesanus suus eum ad ostendendum titulum sue possessionis compellit (1) ac super eo coram se traxit in causam et licet prefatus expo-

nens coram eodem (2) sufficienter de iure suo doceret, tamen prefatus diocesanus contra eumdem exponentem iniuriosis (3) verbis prorupit videlicet quod aut canonicatui et prebende renuntiaret illaque pro quadam portione que in honore et redditibus respectu canonicatus et prebende prefatorum quasi pro nichilo reputatur cum quodam Stephano Pimenta, eius camarario, permutaret, alioquin ipsum omnibus beneficiis suis privaret seu spoliaret [fl. 207] [...] presentia [...] metu premissorum [... sin]gula pre[missa] adimplevit, deinde vero ab eius presentia [...] attingens, premissa omnia et singula per se (4), sic mentulose (5) facta de iure suo confidens, infra tres dies possessionem predicte portionis minime adipiscens nec adipisci (6) umquam intendens, revocavit. Cum autem, Pater Sancte, talis permutatio canonicatus et prebende in ecclesia cathedrali pro simplici portione in ecclesia parrochiali inequalis (7) et contra ius commune extat, cum non sit verisimiliter presumendum quod sponte quisquam taliter permutare debeat seu affectet, preterea ea que mentulose (8) fiunt carere debeant robore firmitatis, supplicat S. V. prefatus Alvarus quatinus permutationem predictam penitus annullantes (9), dictam (10) vero revocationem per eumdem factam approbantes et ratam habentes, alicui prelato in partibus committere et mandare dignemini ut si sibi constiterit de premissis, dicto exponenti canonicatum et prebendam ante omnia restituat cum fructibus perceptis et qui percipi potuerunt a tempore pretense permutationis predicte usque ad restitutionem prefatam, deinde vero causam et causas quam et quas premissorum occasione movet seu movere vult (11) et intendit contra et adversus prefatum Stephanum, detentorem canonicatus et prebende premissorum (12) aut alias quascumque personas sua communiter vel divisim interesse putantes seu credentes et econverso (13) audiat, decidat et fine debito determinet, cum omnibus et singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus et conexis et cum potestate citandi, inhibendi, etc., in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur, si per vim.* O.

Datum Genezani Penestrine diocesis, duodecimo Kalendas Septembris, anno nono.

---

(1) No ms. *compelit*, com sinal de erro.
(2) No ms. *eidem*, com sinal de erro.
(3) No ms. *cummiosis*, com sinal de erro.
(4) No ms. *per sse*, com sinal de erro.
(5) No ms. sinal de erro.
(6) No ms. *adipicens* e *adipici*, com sinal de erro.
(7) No ms. sinal de erro.
(8) No ms. *metulose*, com sinal de erro.
(9) No ms. *anulantes*, com sinal de erro.
(10) No ms. *ditam*, com sinal de erro.
(11) No ms. *vul*, com sinal de erro.
(12) No ms. *premisorum*, com sinal de erro.
(13) No ms. *ecumverso*, com sinal de erro.

1018

1426, Agosto 23

João Delgado pede a provisão, com dispensa de inabilidade, da igreja de S. Salvador de Várzea da diocese de Lamego, que possuíra durante quatorze anos sem se ordenar de sacerdote.

Reg. Suppl. 200, fl. 197.

Beatissime Pater, olim certo modo vacante parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Varzea diocesis Lamacensis, devotus vester Johannes Delgaldo eamdem ecclesiam eiusque possessionem cum fructuum, etc., perceptione apostolica auctoritate fuit assecutus ipsamque per xiiii annos vel circiter possedit, prout possidet de presenti, tamen ad sacerdotium, ut de iure tenebatur, infra annum nec ex post minime se fecit promoveri et propterea dicta parrochialis ecclesia vacat, idcirco supplicat S. V. Johannes possessor predictus quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia predicta, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ut asseritur, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quascumque alias personas, seu constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem de eadem, etiam coram notario et testibus factam, quam eadem S. gratam habere dignetur et ratam, vacet aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata aut affecta, seu alias litigiosa existat, ipsius litis statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, eidem Johanni possessori cum fructuum, etc., ex eadem ecclesia perceptorum remissione (1) ac dispensatione et habilitatione necessariis dignemini providere, gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria declaranda, et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et habilitetur et promoveatur infra sex menses. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, decimo Kalendas Septembris, anno nono.

(1) No ms. as palavras *cum fructuum, etc., ex eadem ecclesia perceptorum remissione* foram riscadas e na margem esquerda do texto vem a anotação seguinte: *sic cassatum in originali.*

1019

1426, Agosto 24

Súplica de Martinho Martins Ribeiro, reitor da igreja paroquial de S. João de Gamil da diocese de Braga e porcionário na igreja de Santa Maria de Alcácer da diocese de Évora, sobre a pluralidade de benefícios, graça anteriormente concedida a pedido do Infante D. João, de quem ele era capelão e comensal.

Reg. Suppl. 203, fl. 81.

Beatissime Pater, nuper ad instantiam dilecti filii nobilis viri Johannis, infantis carissimi in Christo filii vestri Johannis, Portugalie et Algarbii regis illustris, quartogeniti, cum dilecto suo capellano familiari continuo commensali Martino Martini Ribeiro, presbytero, rectore parrochialis ecclesie sancti Johannis de Goamil, perpetuo portionario in ecclesia sancte Marie de Alcacer Bracharensis et Elborensis diocesum, super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante defectu, unum, duo, tria et quatuor beneficia ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam si alterum eorum canonicatus et prebenda, dignitas, personatus, administratio vel officium in ecclesiis cathedralibus aut collegiatis forent, prout in originali supplicatione super hoc per eamdem S. si-

gnata plenius continetur, misericorditer dispensavit. Verum, Pater Beatissime, propter regulam cancellarie et ordinationes dicta gratia ad canonicatus et prebendas, dignitates, personatus vel officia cathedralium ecclesiarum et metropolitanarum non permittitur expediri. Supplicat igitur S. V. dictus M[artinus] quatinus dictam gratiam et dispensationem ad huiusmodi canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, administrationes vel officia cathedralium seu metropolitanarum ecclesiarum per eamdem cancellariam expediri mandare dignemini, cum clausula. Non obstañ gratia expectativa de anno septimo sibi facta de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie Lamecensis necnon de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etc., ad collationem episcopi Ulixbonensis ac decani, scolastici, cantoris et archidiaconi Ulixboneñ cum aliis non obst. et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, nono Kalendas Septembris, anno nono.

1020

1426, Setembro 3

O bispo e cabido de Évora pedem a reserva de duas prebendas, a distribuir, logo que vaguem, por quatro sacerdotes de literatura suficiente.

Reg. Suppl. 201, fl. 16-16v.

Beatissime Pater, dudum cum ecclesia Elborensis (1) magnam parrochiam haberet, ut habet, ut cura animarum melius et diligentius servaretur, statutum et ordinatum fuit quod unus medius canonicus, cui media prebenda assignata fuit, una cum quindecim bacallariis, quibus communiter primo una et deinde una alia prebende pro eorum vita et status sustentatione assignate fuerunt, dictam animarum curam exerceret, quam usque nunc, licet minus sufficienter, exercuit, prout exercet. Cum autem, Pater Sancte, propter assignationem huiusmodi medie prebende contingat canonicum ultimo intrantem numquam posse consequi prebendam integram, nisi alter canonicus premoriatur et in primo anno sui introitus nil percipiat, in non modicum ipsius detrimentum, ex quo, cum nullus velit esse ultimus canonicus, propter defectum huiusmodi prebende in primo anno (2), contingit ecclesiam illam viris litteratis carere cumque etiam bacallarii ipsi prefati cum medio canonico non commode et sufficienter possint dictam curam, que magna est, exercere, supplicatur S. V. pro parte episcopi et capituli dicte ecclesie quatinus pro animarum salute ac ecclesie [fl. 16v] honore et utilitate, eidem episcopo ut duas primo vacaturas prebendas reservare et eas in quatuor partes dividere, quibus divisis, prefatus episcopus electisque quatuor litteratis sufficientibus viris et in sacerdotio constitutis, per eosdem episcopum et capitulum unamquamque earumdem partium cuilibet ex dictis presbyteris, per episcopum et capitulum simul electis, conferre et assignare, qui quidem presbyteri sic media prebenda prebendati vulgariter medii canonici nuncupati, una cum prefatis bacalariis dictam curam parrochie exercere, ecclesiastica sacramenta ministrare et confessiones audire quodque in eadem ecclesia in divinis officiis et horis debitis suis septimanis residere teneantur gaudeantque privilegiis atque prerogativis et aliis immunitatibus, qui-

bus gaudent alii canonici, quodque nullum aliud beneficium curatum seu dignitatem recipere et retinere possint et si quis eorum ultra mensem [se] (3) absentaverit a cura sua et a residentia huiusmodi media prebenda privare et alteri conferre possit et valeat misericorditer et de speciali gratia concedere dignemini. Constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur de consensu capituli.* O.

Datum Genezani Penestrine diocesis, tertio Nonas Septembris, anno nono.

---

(1) No ms. *Eborensis*, com sinal de erro.
(2) As palavras *primo anno* foram acrescentadas à margem.
(3) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *se*.

1021

1426, Outubro 5

Fernando Gonçalves Beleágua, doutor em decretos, pede a confirmação da permuta da chantria pelo deado de Coimbra com João Afonso, até ali deão de Coimbra.

Reg. Suppl. 202, fl. 91-91v.

Beatissime Pater. Cum devoti vestri oratores Fernandus Gunssalvi, decretorum doctor, cantoriam ecclesie Colimbriensis, que non tamen maior, et Johannes Alfonsi decanatum, qui (1) dignitates maior post pontificalem in dicta ecclesia curata et electiva existunt, et cum quo super [fl. 91v] defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta sufficenter dispensatum est, obtinentes, desiderarent dignitates ipsas invicem permutare, illas in manibus devote creature vestre Fernandi, episcopi Colimbriensis (2), ex causa permutationis huiusmodi, Fernandus per se et Johannes per procuratorem sponte et libere resignarunt idemque episcopus, huiusmodi resignatione admissa, cantoriam Johanni, decanatum Fernando contra reservationes apostolicas contulit et de illis etiam providit, quarumque collationis et provisionis vigore, Johannes cantoriam et F[ernandus] prefati decanatum predictos, licet de facto, reservationibus ipsis obstantibus, pacifice assecuti fuerunt, quos tenent et possident etiam pacifice et quiete. Cum autem, Pater Sancte, prefati F[ernandus] et Johannes dubitent ex certis causis resignationem eiusque admissionem necnon collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, supplicatur S. V. pro parte dictorum F[ernandi] et Johannis quatinus eidem F[ernando] de dicto decanatu, cuius centum quinquaginta, et Johanni de cantoria, cuius viginti quatuor, florenorum auri fructus, etc., secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive quibuscumque aliis modis, aut ex aliorum quorumcumque personis, seu decanatus ipse per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si cantoria ipsa dignitas curata et electiva et dispositioni apostolice specialiter vel alias decanatus ipse generaliter reservati seu devoluti existant et super ipsis in Romana Curia vel extra eam lis, cuius statum, etc., pendeat indecisa, misericorditer providere dignemini. Non obstañ defectu natalium predicto ac canonicatu et prebenda dicte ecclesie, quos idem F[er-

nandus] et quorum viginti quatuor necnon parrochiali ecclesia sancti Bartholomei de Paredis Lamacensis diocesis ac canonicatu et prebenda dicte ecclesie Colimbriensis, quos Johannes predicti obtinent, quorum omnium octuaginta florenorum similium fructus, etc., secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, ac dispensatione ad incompatibilia et gratia expectativa (3) in cancellaria exprimenda, constitutionibus apostolicis (4) et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Octobris, anno nono.

---

(1) No ms. *que*, com sinal de erro.
(2) Cf. nota 1 do n.º 969.
(3) No ms. *expectantis*.
(4) As palavras *constitutionibus apostolicis* foram acrescentadas na margem do texto.

1022

1426, Outubro 11

Querendo Afonso Peres, abade do mosteiro de S. Salvador de Travanca, na terra de Sousa, diocese de Braga, resignar ao governo do mosteiro por motivo de idade avançada, o monge Gonçalo Peres do mosteiro de Santa Maria de Adaúfe pede-o para si.

Reg. Suppl. 202, fl. 150.

Beatissime Pater. Cum devotus vester orator venerabilis religiosus Alfonsus Petri, abbas monasterii sancti Salvatoris de Travanqua, in terra de Sousa constituti, ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, adeo senio sit gravatus quod sue abbatie predicte amplius per seipsum preesse commode non potest et propter ipsius impotentiam ipsius monasterii suorumque bonorum timeat dissipationem et dilapidationem, quapropter ipsum in V. S. manibus resignare proponat, prout resignat, supplicat igitur V. S. devotus vester frater Gunsalvus Petri, presbyter, monachus expresse professus monasterii sancte Marie de Adaufe ordinis et diocesis predictorum, quatinus resignationem huiusmodi admittentes, de ipsa abbatia seu monasterio, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante vel quam primum per huiusmodi resignationem vacare contigerit, etiam si actu premisso vel alio quovis modo, preterquam per ipsius Alfonsi obitum seu ex alterius cuiuscumque facto vel persona, sive per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut si alias generaliter vel specialiter reservatum, affectum vel litigiosum sit, eidem G[unsalvo] monacho cum translatione, etc., providere dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Octobris, anno nono.

1023

1426, Outubro 21

Luís Garcia, clérigo de Lisboa, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, solicita a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 202, fl. 282v.

Supplicat S. V. devotus vester Ludovicus Garsie, clericus Ulixbonensis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad omnes, etiam sacros ordines, promoveri et unum, etiam si curam haberet animarum, primo et deinde unum aliud cum dicto compatibile, beneficia cum potestate illa permutandi obtinere valeret apostolica fuit auctoritate dispensatum, quatinus secum ut quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, se invicem et cum predictis compatientia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia curata et electiva in metropolitanis aliis cathedralibus vel collegiatis ecclesiis fuerint, si sibi alias canonice conferantur, aut assumatur, presentetur vel eligatur ad illa, una cum potestate ea totiens quotiens permutandi, etc., recipere et retinere valeat dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ defectu predicto ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 283]

... ...

Fiat pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Novembris. anno nono.

1024

1426, Outubro 24

Gil Esteves, sacerdote da diocese de Braga, solicita o benefício de Santa Maria de Covas da diocese de Braga, vacante, segundo ele dizia, por Afonso Lourenço ter tomado parte em rixas em que houve um homicídio.

Reg. Suppl. 203, fl. 29v-30.

Beatissime Pater, exponit S. V. devotus vester Egidius Stephani, presbyter Bracharensis diocesis, quod quidam Alfonsus Laurentii, etiam presbyter predicte diocesis, beneficium sancte Marie de Covas Bracharensis diocesis obtinens, spiritu maligno circumventus, una cum quibusdam aliis (1) verba mala et iniuriosa et turpia dicendo contra quosdam alios et alii contra ipsos ad invicem se dixerunt et enses et arma, que secum portabant, extraxerunt et percutiendo et repercutiendo ad invicem seipsos, quidam filius predicti

Alfonsi Laurentii presbyteri cum eo existens quemdam ex aliis verberavit, cuius vulneris occasione, sicut Deo placuit, dies suos clausit extremos. Cum autem, Beatissime Pater, propter predictum homicidium per predictum Alfonsum Laurentii perpetratum predictum beneficium sancte Marie de Covas vacare censeatur et vacet ad presens et ne detur occasio quod beneficium ecclesiasticum sine canonico titulo liceat detinere, supplicat S. V. devotus vester predictus Egidius quatinus sibi specialem gratiam facientes, de beneficio predicto, cui cura imminet animarum, et cuius fructus, etc., centum florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta seu affecta existat, aut inter aliquos in Romana Curia vel extra lis sit aut remanserit indecisa, cuius litis statum S. V. dignetur habere pro expresso, eidem Egidio dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Egidius capellaniam sanctorum Cosme et Damiani in ecclesia sancti Angeli in foro piscium de Urbe Rome obtinet et que de iure patronatus (2) existit, cuius fructus, etc., quinquaginta florenorum de camera predicta communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria [fl. 30] declaranda. Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma iuris. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Novembris, anno nono.

---

(1) No ms. *alliis*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

1025

1426, Outubro 30

A abadessa do mosteiro de S. Salvador de Vairão da diocese do Porto, já em avançada idade, e Violante Álvares, a favor da qual a abadessa resignou ao mosteiro, pedem ao papa conceda o mosteiro à sobredita Violante Álvares, dispensando-a do impedimento de ilegitimidade e da idade.

Reg. Suppl. 203, fl. 7v.

Beatissime Pater. Cum devota oratrix vestra Violant, abbatissa monasterii sancti Salvatoris de Vairon ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, in septuagesimo quinto vel circa sue etatis anno constituta, prefatum monasterium ac ipsius regimen et administrationem, in quorum possessione existit, et quibus propter huiusmodi senium utiliter preesse non potest et propterea ac ex certis aliis rationabilibus causis in Curia Romana per procuratorem ydoneum ad hoc ab ea specialiter constitutum ad finem et effectum ut de eodem monasterio de persona devote oratricis vestre Violant Alvari, ipsius monasterii priorisse, provideatur, coram notario publico et testibus sponte resignaverit, supplicant igitur eidem S. tam Violant abbatissa prefata quam Violant Alvari, que ordinem ipsum expresse professa ac de nobili genere procreata existit, quatinus, resignationem huiusmodi admittentes, de persona ipsius Violant Alvari dicto monasterio sancti Salvatoris, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valo-

rem annuum non excedunt, sive per resignationem huiusmodi, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservata existat, dignemini misericorditer providere eamque illi in abbatissam preficere, curam, regimen et administrationem ipsius monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenario committendo, cum muneris benedictionis impensione. Non obstañ defectu natalium quem patitur de soluto genita et soluta ac defectu etatis quem etiam patitur in vicesimo sexto vel circa sue etatis anno constituta, super quibus secum specialiter ad effectum presentis gratie misericorditer dignemini dispensare, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac ipsius ordinis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus super utroque, si sine scandalo. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Novembris, anno nono.

1026

1426, Novembro 13

Frei Martinho, prior de Santa Maria de Avis, solicita a confirmação da capelania, para que fora designado por Pedro Coulaço, sucessor de Maurino Pais na administração da dita capela por este instituída.

Reg. Suppl. 203, fl. 50-50v.

Beatissime Pater, dudum devotus vester quondam nobilis vir dominus Maurinus Pelagii, suam ultimam seu testamentariam faciens voluntatem, thesaura in celestibus recondere satagens, de bonis immobilibus, tunc ad eum spectantibus, a Deo sibi collatis, singulis diebus perpetuis futuris temporibus unam missam per unum ydoneum capellanum, sui generis propinquiorem sanguinis ipsius quondam domini M[aurini] instituentis celebrari, qui quidem capellanus de bonis huiusmodi frui, uti pariter et gaudere libere et licite posset voluit et ordinavit, quocirca nuper quondam Gonsalvo Roderici, ultimo possessore bonorum huiusmodi, ab hac luce migrato ac nullo ecclesiastico ex directa linea dicti quondam M[aurini] existente, devotus vester Petrus Coulaço, ipsius genealogie principalis, devotum V. S. oratorem fratrem Martinum, priorem sancte Marie de Avis, [fl. 50v] presbyterum expresse professum ordinis Cisterciensis, ad huiusmodi missas celebrandas deputavit ac ipsum in possessione bonorum huiusmodi, quorum valorem annuum communi extimatione septem florenorum auri de camera non excedunt, imposuit; ut igitur premissa maiorem habeant roboris firmitatem, supplicat S. V. dictus frater Martinus quatinus donationem, deputationem et institutionem huiusmodi, de eo ut premittitur factas, et inde secuta rata habentes et grata, ea omnia et singula ex certa vestra scientia confirmare et approbare dignemini, supplentes omnes et singulos defectus, si qui in premissis intervenerint in eisdem. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus ordinis predicti aliisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad beneplacitum sedis apostolice. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Novembris, anno nono.

MARTINHO V

(EL. 11 NOV., COR. 21 NOV. 1417, + 20 FEV. 1431)

SÚPLICAS

ANO DÉCIMO

(21 NOV. 1426 – 20 NOV. 1427)

AV, REG. SUPPL., VOL. 204 A 218

1027

1426, Novembro 21

A Infanta Dona Isabel, filha de D. João I, pede graças para os frades de S. Jerónimo de Penha Longa da diocese de Lisboa, entre as quais a faculdade para o prior e vigário de absolver os frades dos casos reservados à Santa Sé.

Reg. Suppl. 205, fl. 11v.

Supplicat S. V. humilis et devota filia vestra Elisabet, secundogenita serenissimi principis Johannis, Portugalie regis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, priori, fratribus, servitoribus et familiaribus monasterii sancti Jeronimi de Peralonga ordinis eiusdem sancti Ulisbonensis diocesis necnon illis, etc. (1).

Item supplicat S. V. devota filia vestra Elisabet, infantissa iamdicta, quatinus sibi specialem gratiam facientes, priori eiusque vicario monasterii supradicti, qui nunc sunt et erunt in futurum, potestatem absolvendi omnes et singulos fratres dicti monasterii tam presentes quam futuros in omnibus etiam casibus sedi apostolice reservatis semel in anno usque ad viginti annos concedere dignemini et largiri quodque iidem prior et vicarius in eisdem casibus possint sibi eodem tempore idoneum eligere confessorem qui eos absolvat a suis reatibus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat de reservatis de preteritis et in casibus ordinariis ad quinquennium.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Decembris, anno decimo.

---

(1) Como se vê, é omitido o argumento da súplica, talvez porque este pedido não foi atendido. Na margem esquerda do texto vem esta explicação: *Ista erat cassata, sed scripta pro parte propter sequentem que se refert ad eam, etc.*

1028-1029

1426, Novembro 21

Súplicas de Rodrigo Lourenço, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Beja, que fora instituída na sinagoga dos judeus, em substituição da que existia fora dos muros da cidade e fora

destruída, sobre indulgências para os visitantes da igreja que contribuírem para a sua reparação e aumento, e a pedir a faculdade de obrigar os porcionários à residência pessoal na mesma igreja.

Reg. Suppl. 205, fl. 68v-69.

Beatissime Pater. Dudum regni Portugalie guerris durantibus, illustrissimus princeps dominus rex Portugalie, pro tunc existens, quamdam notabilem parrochialem ecclesiam sancti Jacobi extra muros opidi de Begia Elborensis diocesis sitam potius inimicorum quam ipsius parrochianorum receptaculum fore considerans, pro conservatione patrie ac christifidelium in ea (1) degentium, eamdem ecclesiam demoliri ipsaque demolita aliam in synagoga iudeorum de novo, in qua christifidelibus ecclesiastica sacramenta ministrari deberent, edificari mandavit, in qua quidem sic edificata nondum locus nec cimiterium ad ecclesiasticam sepulturam decedentium parrochianorum ministran. fuit deputatus, quinymmo in cimiterio ecclesie predicte, ut premittitur, demolite corpora huiusmodi decedentium oporteat sepeliri, in parrochianorum ac rectorum eorumdem non modicum fastidium, quinymmo propter hec inter clerum et populum iurgia, divisiones et scandala sepius suscitantur ac christifidelium non modicum tepescit devotio. Ad sedandum igitur iurgia, divisiones et scandala predicta populumque ad devotionem reducendum et in ea manutenendum devotus vester orator Rodericus Laurentii, ipsius ecclesie rector, premissis attentis, parrochianis ac ecclesie predicte sua possibilitate subvenire, territorium ad ecclesiasticam huiusmodi sepulturam faciendam ecclesie ac parrochianis ipsis congruam acquirere eidemque in suis partibus ac ornamentis ecclesiasticis, quibus indigere dinoscitur, subvenire cupit et intendit, quod per seipsum commode sine christifidelium pio caritatis subsidio facere nequit et ut ad id fortius animentur quo magis ex hoc animarum commodum se speraverint adipisci, supplicat igitur S. V. dictus Rodericus rector quatinus omnibus et singulis penitentibus et confessis ad reparationem, manutentionem et augmentationem ecclesie predicte ac huiusmodi cimiterii acquisitionem manus porrigentibus adiutrices aut pia caritatis subsidia largientibus septem annos et totidem quadragenas in sancti Jacobi et aliis diebus et festivitatibus per cancellariam V. S. dari consuetis de iniunctis sibi penitentiis in Domino misericorditer relaxare dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis.

1029. Item, Beatissime Pater, premissis causantibus guerris et mutationibus in ecclesia predicta divinus cultus nimium diminutus existit eritque successu temporis peramplius, nisi per V. S. providentiam de remedio [fl. 69] subveniatur oportuno et cum (2) per inibi beneficiatos quam per alios ipsum verisimilius adaugeri debere, supplicat V. S. dictus Rodericus rector quatinus omnes et singulos portionarios ac in dicta ecclesia quovis modo beneficiatos pro tempore existentes ad personaliter in eadem residendum ac horis canonicis et divinis officiis interessendum astringere et astringi compellere ac per ipsius ecclesie rectorem pro tempore existentem astringi et compelli posse et debere, alias quidem fructibus, etc., portionum aut beneficiorum suorum huiusmodi quamdiu divinis inibi celebrandis officiis non interfuerint, privari ipsosque fructus, etc., ad huiusmodi divini cultus augmentationem aut ipsius ecclesie fabricam secundum ipsius rectoris discretionem applicare et applicari cedereque debere decernere dignemini. Non obstañ quod ipsis aut eorum aliquibus ut fructus, etc., portionum aut beneficiorum huiusmodi generali Studio

aliquo beneficiorum suorum aut alio quocumque loco honesto residentibus percipere possent per sedem apostolicam sit generaliter aut specialiter indultum seu in posterum indulgeri contingat, etiam si de indultis huiusmodi specialem et expressam ac de verbo ad verbum in presentibus oporteret facere mentionem, voluntate et decreto in eisdem appositis, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat de utroque. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Decembris, anno decimo.

---

(1) No ms. *eam.*
(2) No ms. sinal de erro.

1030-1033

1426, Novembro 24

Os frades de S. Jerónimo de Penha Longa, cujo mosteiro fora fundado pela rainha Dona Filipa, pedem a anexação de certas igrejas ou capelas ao mosteiro, indulto para o prior Frei João de Santa Maria absolver dos casos episcopais e a seus frades dos casos papais e a graça de usufruírem de todos os privilégios, liberdades e isenções dos frades do mosteiro de Santa Maria de Montamarta da diocese de Samora. O dito prior Frei João de Santa Maria, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede dispensa para ser promovido a quaisquer dignidades da Ordem.

Reg. Suppl. 205, fl. 10-11.

Beatissime Pater. Dudum bone memorie Philippa, regina Portugalie, pie devotionis ardorem succensa, ad ordinem sancti Jeronimi specialem gerens devotionis affectum, quoddam monasterium in loco Peralongua (1) nuncupato Ulixbonensis diocesis fundari et construi fecit, in quo priorem et fratres dicti ordinis collocavit, quibus tempore vite sue de necessariis providit, sed preventa morte, dictum monasterium non dotavit neque etiam in edificiis et aliis necessariis pro usu et habitatione eorumdem fratrum perfecit, propter quod ipsi prior et fratres mendicare necessario compelluntur et aliunde eis procurare vite necessaria. Supplicant igitur S. V. humiliter prior et fratres dicti monasterii quatinus alicui prelato in regno illo committere et mandare dignemini ut si ecclesiastice vel laicales persone capellas sive ecclesias cum cura vel sine cura et ius patronatus eorumdem in civitate et diocesi Ulixboneñ vel partibus illis vicinis ex devotione donare voluerint quod ipse prelatus illos usque ad valorem sexcentorum prefato monasterio, cuius decem florenorum auri de camera fructus, etc., communi extimatione valorem annuum non excedunt, imperpetuum incorporare, annectere et unire possit ita quod, cedentibus vel decedentibus rectoribus ecclesiarum sive capellaniarum aut alias illas quomodolibet dimittentibus, liceat prefatis priori et fratribus corporalem possessionem earumdem ecclesiarum et capellaniarum auctoritate propria apprehendere ac fructus, etc., inde percipere ac in

usos suos et dicti monasterii convertere, alicuius super hoc licentia minime requisita, [fl. 10v] reservatis tamen congruis portionibus pro perpetuis vicariis inibi instituendis. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de consensu. O.*

1031. Item, Beatissime Pater. Cum incole et habitatores illarum partium ad dictum monasterium specialem gerant devotionis affectum et plerumque pro confessionibus eorum faciendis et peccatis confitendis ad illud ex speciali devotione recurrere consueverunt, supplicant eidem S. humiliter prior et fratres predicti monasterii quatinus fratri Johanni de Sancta Maria, priori dicti monasterii, quoad vixerit potestatem absolvendi in omnibus casibus episcopalibus et aliis pro quibus specialiter non consuevit recurri ad sedem apostolicam ac fratres (2) ipsius monasterii in casibus papalibus concedere dignemini facultatem. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ad quinquennium. O.*

1032. Beatissime Pater. Supplicat S. V. prior et fratres monasterii sancti Jeronimi Ulixbonensis diocesis ut ipsi eorumque domus, bona et res presentia et futura omnibus et singulis quibuscumque privilegiis, gratiis, indulgentiis, concessionibus, indultis, libertatibus, immunitatibus et exemptionibus concessis et concedendis in spiritualibus et temporalibus apostolica et ordinaria ac etiam regulari seu quacumque alia auctoritate priori et fratribus domus beate Marie de Montamartha Zamorensis diocesis eorumque domui, bonis et rebus quomodocumque et qualitercumque concessis indultis ac etiam omnis gratie et indulgent. quorumcumque personarum monasteriorum et ordinum ipsorum tenore presentium habentes pro sufficienter expressis, perinde gaudeant et gaudere possint et uti valeant ac si dicto monasterio sancti Jeronimi predicto specialiter et expresse fuissent concessa et indulta, sicut prefati prior et fratres beate Marie de Montamarta eorumque domus, bona et res gaudent et utuntur, ipsis predictis concedere et indulgere misericorditer dignemini, indultis, privilegiis, immunitatibus alias dicto monasterio beati Jeronimi et fratribus ibi Deo propitio pro tempore famulantibus concessis et concedendis ac etiam concessionibus et ordinationibus apostolicis aliisque non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ad quinquennium. O.*

1033. [fl. 11] Supplicat S. V. humiliter devotus vester Johannes de Sancta Maria, frater ordinis sancti Jeronimi, quod cum dudum, tunc clerico seculari existente et nunc, obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut ad etiam omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam [si] curatum foret, obtinere posset, apostolica fuit auctoritate dispensatum, quod post dispensationem huiusmodi in clericum rite promotus eumdem ordinem extitit professus, quatinus secum ut, huiusmodi defectu non obstante, quascumque dignitates conventuales, etiam curatas et electivas recipere et retinere illasque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco illarum alias recipere et retinere possit et valeat dignemini misericorditer dispensare. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Decembris, anno decimo.

---

(1) No ms. *Peralengna.*

(2) No ms. sinal de erro.

1034

1426, Novembro 24

João Mateus, pobre ermita da diocese de Lisboa, presente em Roma, para fazer uma peregrinação ao Santo Sepulcro, não o podendo fazer em virtude de certa constituição do papa Martinho V, pede as mesmas indulgências, na visita às igrejas patriarcais de Roma, que lucraria se visitasse pessoalmente o Santo Sepulcro.

Reg. Suppl. 205, fl. 61.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte humilis et devoti vestri oratoris Johannis Mathei, pauperis heremite Ulixbonensis diocesis, quod ipse ex magno devotionis fervore sanctum sepulcrum dominicum Jerosolimitanum personaliter peregre visitare proponens, ad hanc almam Urbem accessit pro licentia super hoc obtinenda. Et quia idem exponens licentiam visitandi huiusmodi sepulcrum ab eadem S., obstante certa constitutione apostolica desuper edita, obtinere non potest, supplicat eidem S. Johannes predictus quatinus sibi super premissis oportune consulentes, eidem Johanni ut ipse ecclesias patriarchales et alia pia loca de Urbe septies, ut moris est, visitando, omnes et singulas ac illas similes indulgentias quas, si huiusmodi sepulcrum dominicum Jerosolimitanum personaliter visitasset, consequi potuisset, consequi et reportare possit et valeat illasque indulgentias sibi concedere et largire ac de iniunctis eis penitentiis in Domino misericorditer relaxare dignemini, ita quod huiusmodi gratia litteris apostolicis super dicta supplicatione nondum confectis uti debeat ac si littere ipse confecte fuissent, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, de gratia speciali, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Decembris, anno decimo.

1035-1039

1426, Novembro 24

Súplicas do Infante D. Pedro, duque de Coimbra, ausente do reino de Portugal para defesa da fé e combate aos infiéis, sobre a dilação por um ano do tempo de apresentação a seus benefícios, podendo estes ser regidos por vigários, sobre o indulto a isentar seis clérigos beneficiados do reino de Portugal, que o acompanhavam, da obrigação da residência pessoal nos benefícios, sobre a limitação das festas de preceito e dias de jejum para si e todos os familiares aos observados na Cúria Romana, sobre a incorporação de certos bens à igreja de S. Miguel de Montemor-o-Velho, e sobre o indulto para seus familiares, que o acompanhavam, de escolherem confessor.

Reg. Suppl. 205, fl. 161v-163.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devotissimi eiusdem S. filii domini Petri, infantis, ducis Colimbrie, christianissimi principis domini regis Portugalie secundo-

geniti, quod cum de presenti extra regnum Portugalie causa fidem sustinendi et infidelibus resistendi existat habeatque ratione iuris patronatus sui nonnulla ecclesiastica beneficia Ordinariis presentare illisque de personis idoneis ab eisdem Ordinariis provideri petere et requirere [fl. 162], dubitans propter eius absentiam a dicto regno dictis beneficiis vel eorum aliquo vacantibus minus provide secundum conscientiam suam personis non idoneis provideri, quare supplicat eidem S. idem dux quatinus sibi tempus presentandi dicta beneficia cum ea aut eorum aliquod, ipso extra dictum regnum ob causam predictam existente, vacare contigerit (1) hinc ad annum a die vacationis huiusmodi prorrogare quodque dicta beneficia ut premittitur vacantia regantur et gubernantur per vicarios ydoneos per ordinationes (*sic*) locorum deputandos ac fructus, etc., dictorum beneficiorum in utilitatem eorumdem in et secundum arbitrium diocesanorum convertantur sibi concedere misericorditer dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat quando in tali anno esset in huiusmodi exercitio. O.*

1036. Item supplicat eadem S. prefatus dux quatinus sibi ut sex clerici beneficiati in dicto regno Portugalie qui secum extra dictum regnum exiverunt et in comitiva sua venerunt, fructus, etc., beneficiorum suorum que obtinent et in futurum forsan obtinebunt, cum ea integritate, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipere et recipere libere et licite valeant et quilibet eorum valeat ac si in eisdem beneficiis sive locis, in quibus beneficia ipsa consistunt, personaliter residerent et ad residendum interim in eis minime teneantur nec ad id a quoquam inviti compelli possint ac etiam dictorum beneficiorum fructus, etc., arrendare quibuscumque personis ecclesiasticis vel secularibus, Ordinariis locorum super hoc minime requisitis, misericorditer concedere dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi fuerint, etiam iuramento vallatis, seu aliis synodalibus, generalibus aut provincialibus editis constitutionibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat pro omnibus sex. O.*

1037. Item, Beatissime Pater, cum in capella dicti domini ducis utatur officio Romane Curie et propter causam premissam diversa loca, terras et patrias transire compellatur et secundum varias patrias et dioceses observantie festivitatum festaque et ieiunia sanctorum sint varie ac diversi sint ritus et modi, quare supplicat eidem S. prefatus dux [fl. 162v] quatinus sibi ac toti familie sue, etiam in quibuscumque civitatibus et diocesibus existant et quantumcumque in eis fuerint, ut solum ad observantiam festorum et ieiuniorum que secundum usum Curie Romane observari et ieiunari consueverunt, observare et ieiunare teneantur misericorditer concedere dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

1038. Item, cum in regno Portugalie predicto sint quamplures possessiones, census, redditus et bona immobilia, spectantia ad certas ecclesias et monasteria in regno Castelle existentia, que possessiones et bona per nonnullos nobiles et potentes dicti regni Portugalie usurpantur, detinentur et occupantur taliter quod per duodecim annos et ultra dicte ecclesie et monasteria de bonis, censibus, redditibus et possessionibus predictis nihil receperunt nec habere potuerunt, quare supplicat eidem S. prefatus dux quatinus committere et mandare alicui probo viro in partibus illis ut si possessiones, census, redditus et bona predicta, eisdem ecclesiis et monasteriis pertinentia, sic ut premittitur alienata, distracta et per dictos nobiles iniuste detenta et occupata esse repererit, ecclesie sancti

Michaelis de Monte Maiori Colimbriensis diocesis auctoritate apostolica imperpetuum uniat, incorporet et annectet, ita quod ecclesia predicta de dictis possessionibus, censibus, redditibus et bonis teneatur sustentare certos presbyteros secundum arbitrium et voluntatem executorum, qui in eadem ecclesia divino intersint et serviant officio misericorditer dignemini, ita quod etiam liceat eidem ecclesie possessiones, census, redditus et bona huiusmodi apprehendere et in ipsius proprios usus convertere, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat de reintegratione.* O.

1039. Item supplicat eidem S. idem dux quatinus familiaribus suis secum recedentibus in ecclesia Ulixbonensi beneficiatis et eorum cuilibet ut quamdiu extra dictam civitatem extiterint, confessorem ydoneum qui eos et quemlibet eorum a peccatis suis ac sententiis et irregularitatibus et periuriis, etc., absolvere possit et valeat, quemadmodum in civitate Ulixbonensi, si ibidem existerent, a priore sancti Vincentii extra muros Ulixboneñ absolvi possent, misericorditer concedere dignemini [fl. 163], cum clausulis oportunis. — *Fiat pro omnibus in forma.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Decembris, anno decimo.

---

(1) No ms. *contingerit.*

1040

1426, Dezembro 1

Nova súplica sobre a divisão entre quatro sacerdotes de literatura suficiente de duas prebendas vacantes de Évora, por se ter omitido certa circunstância na petição anterior.

Reg. Suppl. 204, fl. 5-5v.

Reformatio super reservatione certarum prebendarum ecclesie Elborensis (1).

Beatissime Pater, cum in supplicatione, cuius copia premittitur, narratum esset quod in ecclesia Elborensi, que magnam habet animarum curam, [fl. 5v] statutum fuit quod unus medius canonicus, cui media pars unius prebende assignata fuit, haberet, cum quibusdam aliis curam animarum exercere, reliqua parte relicta ultimo canonico pro tempore intranti, et quia dicta cura non poterat per hunc modum, ut premittitur, sufficienter exerceri, per S. V. concessum fuit ut due prime vacature prebende per episcopum et capitulum dicte ecclesie reservarentur et divisis ipsis in quatuor partes, illarum quelibet partim daretur uni medio canonico nuncupato pro regimine dicte cure. Cum autem, Pater Sancte, per inadvertentiam neglectum fuerit in conclusione dicte supplicationis petere quod, cedente vel decedente dicto medio canonico, eius media prebenda reintegraretur alteri medie prebende, quam ultimus canonicus tenet et a qua primo propter huiusmodi curam exercendam fuit separata, dignetur S. V. pro utilitate et honore dicte ecclesie et ut canonicus ultimo intrans capitulum habeat integram prebendam ita quod, cedente vel decedente dicto medio canonico aut illam alias quomodolibet dimittente, ipsa pars addatur alteri parti et una fiat et reintegretur ut primo, litteras super dicta supplica-

tione conficiendas cum unione dictarum duarum mediarum partium ad unam prebendam ut fuit ante hanc dimissionem de gratia speciali expediri mandare. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Decembris, anno decimo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

1041

1426, Dezembro 15

Estêvão Vasques, clérigo da diocese de Évora, pede a perpétua porção da igreja paroquial de S. Salvador de Arraiolos, vacante por morte de João Gonçalves, ocorrida na Cúria Romana.

Reg. Suppl. 205, fl. 163v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Stephanus Valasci, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de perpetua portione sine cura in parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Araiolos dicte Elborensis diocesis, cuius fructus, etc., vinginti librarum alias florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Johannis Gunsalvi, in ipsa ecclesia ultimi portionarii, in Romana Curia defuncti, sive premisso, sive quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per liberam resignationem eiusdem Johannis aut cuiuslibet alterius in dicta Curia vel extra eam sponte factam, vacet, etiam si devoluta, reservata aut litigiosa, litis statum, etc., existat, eidem Stephano misericorditer providere dignemini. Non obstañ gratia expectativa (1), in cancellaria exprimenda, et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Januarii, anno decimo.

---

(1) No ms. *spectativa*, com sinal de erro.

1042

1426, Dezembro 15

Estêvão Vasques, clérigo da diocese de Évora, solicita a perpétua porção da igreja paroquial de S. Salvador de Arraiolos, vacante por morte de João Gonçalves, ocorrida na Cúria Romana.

Reg. Suppl. 206, fl. 124-124v.

Supplicat S. V. devotus vester Stephanus Valasci, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de [A]rrayolos [fl. 124v] dicte diocesis, cuius fructus, etc., decem et octo florenorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Johannis Gunsalvi, ultimi ipsius portionarii, in Romana Curia defuncti, sive premisso, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem eiusdem Johannis aut cuiuslibet alterius in dicta Curia vel extra eam sponte factam vacet, etiam si devoluta, reservata aut litigiosa, litis statum, etc., existat, eidem Stephano misericorditer providere dignemini. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur pro utroque. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Januarii, anno decimo.

1043

1426, Dezembro 15

João Rodrigues do Casal, reitor da igreja paroquial de S. Mamede de Évora, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede o canonicato e prebenda de Évora, vacantes pelo facto de Álvaro Ferreira ter contraído matrimónio.

Reg. Suppl. 208, fl. 300v.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Roderici de Casal, rector parrochialis ecclesie sancti Mametis Elborensis, quatinus sibi, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero professo ordinem sancti Augustini genitus et soluta primo, deinde ad beneficia obtinenda diversimode et sufficienter dispensatum est, de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus ex eo quod quidam Alvarus Ferreira, eosdem canonicatum et prebendam tunc obtinens, matrimonium per verba legitime de presenti cum quadam muliere contraxit, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per liberam resignationem dicti Alvari vel alicuius alterius de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario et testibus sponte factam vacent aut si vacare contigerit, aut tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta et generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservati (1), affecti (2) seu in dicta Curia vel extra eam litigiosi existant, et ille per cuius statum ultimo vacaverint S. V. sedis predicte familiaris vel officialis fuerit seu etiam alicuius ex sancte Romane Ecclesie cardinalibus, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia et perpetua portione in seculari ecclesia sancti Petri de Ferreira Portugalensis diocesis, quorum fructus, redditus et proventus centum librarum similium communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa necnon dispensatione ad incompatibilia, in cancellaria exprimendis, cum aliis non obstañ et clau-

sulis oportunis. Ex nunc autem omni iuri quod sibi [in] aliquibus aliis a[c] predictis beneficiis seu ad ea competit (3) sponte et libere cedit ac renunciat. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Januarii, anno decimo.

---

(1) No ms. *reservata,* com sinal de erro.
(2) No ms. *affecta,* com sinal de erro.
(3) As palavras *ad ea competit* vêm repetidas.

1044

1426, Dezembro 17

Luís da Guerra, acólito do papa, deão de Braga e sobrinho do rei de Portugal, solicita a graça de poder ser ordenado de sacerdote por qualquer bispo católico fora do tempo determinado.

Reg. Suppl. 204, fl. 60v.

Supplicat S. V. devotus vester Ludovicus della Guerra, eiusdem S. acolitus, decanus Bracharensis, nepos regis Portugalie, illustrissimus diaconus, quatinus sibi ut a quocumque antistite catholico in Romana Curia die dominico vel festivo, non obstante quod sit extra tempora a iure statuta, ad sacrum presbyteratus ordinem promoveri possit et valeat, licentiam dignemini misericorditer impertiri de gratia vestra speciali, maxime, Pater Beatissime, cum idem ad id sit artatus. — *Concessum, si est artatus. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Januarii, anno decimo.

1045

1426, Dezembro 30

Gonçalo Peres, eleito pelos cónegos regrantes do mosteiro de S. Martinho de Mancelos seu prior e confirmado por autoridade apostólica, em litígio com Gil Afonso que, sendo cónego regrante do mosteiro de Oliveira, fora eleito pelo chantre de Braga Vasco Rodrigues, na qualidade de procurador dos cónegos, pede ao papa nova provisão do mosteiro, visto afirmar-se que nenhum dos contendentes tinha direito ao mosteiro.

Reg. Suppl. 205, fl. 216-216v.

Beatissime Pater, alias prioratu monasterii sancti Martini de Mancellos canonicorum regularium ordinis sancti Augustini Bracharensis diocesis per obitum Johannis Gun-

dissalvi, quondam prioris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, canonici et conventus eiusdem monasterii devotum oratorem vestrum Gundissalvum Petri, eorum concanonicum, in suum et dicti monasterii priorem infra tempus debitum concorditer elegerunt, cuius electionis vigore, idem Gundissalvus possessionem dicti prioratus extitit assecutus et demum auctoritate apostolica confirmatus, nichilominus tamen quidam Egidius Alfonsi, assertus canonicus regularis monasterii de Uliveyra ordinis et diocesis predictorum, pretendens se electum in priorem dicti monasterii sancti Martini per quemdam Valascum Roderici, cantorem ecclesie Bracharensis, assertum procuratorem canonicorum et conventus eiusdem monasterii sancti Martini predictorum, confirmationem huiusmodi sue pretense electionis per reverendum patrem dominum Fernandum archiepiscopum Bracharensem (1) ut dicitur impetravit et propterea in Romana Curia inter Egidium actorem ex una et Gundissalvum prefatos de et super dicto prioratu sancti Martini et ipsius occasione reum partibus ex altera orta materia questionis, prefatus Egidius causam huiusmodi venerabili viro domino Johanni de Opizis, vestri sacri palatii apostolici causarum auditori, obtinuit committi, qui quidem auditor in huiusmodi causa procedens, quamdam pretensam contra omnes et singulos sua communiter vel divisim interesse putañ, sententiam tulit diffinitivam, que in rem dicitur transiisse iudicatam, super qua etiam littere executoriales fuerunt decrete, quibus pro parte dicti Egidii, ne executioni contra ipsum demandarentur, in partibus propter causas tunc expressas extitit contradictum, quare prefatus (2) Egidius, habens recursum ad [fl. 216v] sedem apostolicam, asserens eumdem oratorem penas, censuras et sententias in eisdem litteris executorialibus contentis incidisse declarari debere, causam declarationis huiusmodi domino Johanni Schallerman, eiusdem palatii auditori, committi fecit, qui in eadem causa taliter qualiter procedens, Gundissalvum predictum censuras, penas et sententias prenarratas per suam pretensam pronuntiationem incidisse declaravit, a qua pro parte Gundissalvi prefati ad predictam sedem extitit appellatum et causa huiusmodi venerabili viro domino Contzoni et successive ab eo advocata, post tamen per eum in huiusmodi causa processum, usque ad expeditionem cause exclusive, venerabili viro domino Petro Nardi, eiusdem palatii apostolici auditori, commissa, idem dominus Petrus Nardi declarationem huiusmodi per suam sententiam legitime revocavit, a qua etiam pro parte dicti Egidii fuit ad sedem apostolicam appellatum et causa huiusmodi reverendissimo in Christo patri domino G. cardinali sancti Marci (3) commissa, in qua usque ad observationem omnium terminorum inclusive extitit processum. Cum autem, Pater Beatissime, ab aliquibus dubitatur neutri Egidii et Gundissalvi predictorum in dicto prioratu seu ad eum ius competere, supplicatur igitur S. V. pro parte Gundissalvi predicti quatinus eidem domino cardinali, commissario supra[scrip]to, seu cuivis alteri eius loco surrogando auditori committere et mandare dignemini ut, si per huiusmodi litis eventum, sive alias quovis modo, constiterit neutri Egidii et Gundissalvi predictorum in dicto prioratu vel ad ipsum ius competere, eumdem prioratum, qui dignitas principalis et electiva existit, monasterii sancti Martini predicti, cuius fructus, etc., ducentarum quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, sive per liberam resignationem eiusdem G[undissalvi] in manibus sui superioris coram notario et testibus sponte factam vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem devoluta predictam, aut alias ipse prioratus dispositioni apostolice generaliter vel specialiter affecta vel reservata existat, super eo lis quoque in Romana Curia vel extra eam, cuius statum presentibus habere dignemini pro sufficienter expresso, inter quasvis personas pendeat indecisa, eidem Gundis-

salvo conferat sibique provideat etiam de eodem. Non obstañ si dictus prioratus indebite per eumdem Egidium ad presens occupetur et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Januarii, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 840.

(2) As palavras *quare prefatus*, vêm repetidas, mas com sinal de erro.

(3) D. Guilherme Fillastre, criado por João XXIII em Junho de 1411 cardeal do título presb. de S. Marcos, morto em Roma a 6 de Novembro de 1428. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 33, 44.

1046

1427, Janeiro 4

Alegando andar ocupado nos serviços de D. João I, rei de Portugal, e de seu filho D. Duarte, o bispo de Viseu D. Garcia pede indulto de visitar a diocese por outras pessoas idóneas.

Reg. Suppl. 205, fl. 229.

Beatissime Pater. Cum pluries contingat devotam facturam vestram Garsiam, episcopum Visensem (1), servitiis devotorum vestrorum serenissimorum principum Johannis, Portugalie regis, ac Eduardi, eiusdem regis primogeniti, illustrium et aliis negotiis occupari (2), et propterea eius ecclesiam ac civitatem et diocesim Viseñ personaliter saltem commode visitare non potest, idcirco supplicat S. V. idem episcopus quatinus ut ipse hinc ad decennium ecclesiam ac civitatem et diocesim predictas necnon monasteria, ecclesias ac alia loca et personas ecclesiasticas infra easdem civitatem et diocesim consistentia, in quibus de iure, consuetudine vel privilegio visitationis officium competit, quotiens fuerit oportunum, per alium seu alios, quos duxerit specialiter deputandos, visitare et dictum visitationis officium exercere necnon procurationes pretextu huiusmodi visitationis ei debendas, etiam in pecunia numerata, exigere valeat et recipere licentiam et facultatem ipsi concedere et impertiri dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Januarii, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 3 do n.º 955.

(2) No ms. *occupati*, com sinal de erro.

1047

1427, Janeiro 4

Gil Afonso de Oliveira, eleito ou postulado prior do mosteiro de S. Martinho de Mancelos dos cónegos regrantes de Santo Agostinho, vacante por morte de João Gonçalves, e confirmado

pelo Ordinário do lugar, pede a provisão do mosteiro a seu favor, visto haver dúvidas quanto ao valor da eleição e confirmação.

Reg. Suppl. 205, fl. 264v-265.

Beatissime Pater. Dudum prioratu monasterii de Mancellos canonicorum regularium ordinis sancti Augustini Bracharensis diocesis per obitum quondam Johannis Gundissalvi, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, devotus vester Egidius Alfonsi de Ulveyra dictorum ordinis et diocesis, ad eumdem electus seu postulatus ac demum per loci Ordinarium confirmatus fuit, dubitat tamen dictus Egidius postulationem sive electionem ac confirmationem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere dictumque prioratum adhuc vacare. Pro tanto S. V. humiliter supplicat et devote quatinus electionem seu postulationem ac confirmationem huiusmodi et quecumque exinde secuta rata habentes et grata, sibi de dicto prioratu, cuius fructus, etc., ducentorum quinquaginta florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per obitum dicti quondam Johannis Gundissalvi, ultimi possessoris eiusdem, sive per resignationem cuiusdam Gundissalvi Petri, asserti canonici dicti monasterii de Mancellos, alias ut pretendebatur in priorem dicti monasterii electi, et cui de dicto monasterio auctoritate apostolica provideri mandatum fuit, sive pretensi iuris sibi in eodem quomodolibet competentis etiam coram notario et testibus in partibus factam, sive alio quovis modo et per quamcumque aliam personam vel constitutionem *Execrabilis* aut c. *De multa* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio [fl. 265] iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias dispotitioni sedis predicte generaliter vel specialiter reservatus, affectus aut litigiosus existat et super eo in Romana Curia vel extra inter ipsum Egidium et dictum Gundissalvum Petri, lis, cuius statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, pendeat vel remanserit indecisa, etiam si ab aliquo alio ordine vel monasterio dependeat, eidem Egidio dignemini de novo (1) providere aut providere mandare de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur.* O. *Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Januarii, anno decimo.

---

(1) No ms. *devote*, com sinal de erro.

1048-1048ª

1427, Janeiro 5

Gil Afonso Leitão, arcediago do Couto, na igreja de Braga, solicita outro benefício com cura de almas, incompatível com o dito arcediagado. Vasco Rodrigues, chantre de Braga, pede idêntica graça.

Reg. Suppl. 205, fl. 227v-228.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Egidius Alfonsi Leytam, archidiaconus de Couto in ecclesia Bracharensi, de nobili genere procreatus, quatinus secum ut una cum predicto archidiaconatu unum aliud beneficium ecclesiasticum curatum eidem archidiaconatui incompatibile, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium cum cura vel sine cura in metropolitana cathedrali seu collegiata ecclesiis aut parrochialis ecclesia et dignitas huiusmodi electiva et in eadem metropolitana vel cathedrali maior post pontificalem seu principalis in collegiata ecclesia fuerit, si sibi alias conferatur canonice, quoad vixerit recipere et retinere illaque simpliciter vel ex causa permutationis, totiens quotiens voluerit, simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile, similia vel dissimilia, beneficium vel beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, duo tantum invicem [in]compatibilia (1), etiam si due parrochiales ecclesie aut dignitates fuerint, etiam quoad vixerit, recipere et retinere libere et licite valeat, cum eodum E[gidio] dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ dicto archidiaconatu, qui curatus existit, ac canonicatu et prebenda dicte ecclesie Bracharensis, quos obtinet, et quorum fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

1048.ª Item similem gratiam facientes, devoto vestro oratori Valasco Roderici, cantori ecclesie Bracharensis, de nobili genere procreato, ut una cum dicta cantoria, que dignitas curata existit in dicta Bracharensi ecclesia, unum aliud beneficium curatum ita [fl. 228] in omnibus et per omnia ut in prima supplicatione continetur, cum eodem Valasco misericorditer dispensare dignemini, non obstañ dicta cantoria ac canonicatu et prebenda dicte ecclesie Bracharensis, quos obtinet, et quorum omnium fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat pro utroque ad quinquennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonis Januarii, anno decimo.

---

(1) No ms. *compatibilia*, com sinal de erro.

1049-1050

1427, Janeiro 5

D. Vasco, bispo de Évora, solicita a dispensa do impedimento de ilegitimidade para receberem todas as Ordens e a pluralidade de benefícios para seus sobrinhos Fernando Gil, escolar da diocese de Évora, e Álvaro Gil, também escolar da diocese de Évora.

Reg. Suppl. 205, fl. 263-263v.

Supplicat S. V. Valascus, episcopus Elborensis (1), quatinus sibi [fl. 263v] in personam devoti vestri Fernandi Egidii, nepotis sui, scolaris Elborensis diocesis, gratiam facientes specialem, cum eodem F[ernando] ut, non obstante defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, ad minores et etiam sacros ordines promoveri et quecumque,

quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia tam in cathedralibus quam in collegiatis ecclesiis et dignitates ipse maiores post pontificales in cathedralibus aut principales in collegiatis ecclesiis prefatis principales, curate et elective existant, recipere et retinere valeat ac permutare libere et licite valeat (2) dispensare dignemini, defectu predicto, Lateranensis concilii, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

1050. Item similem gratiam facientes eidem episcopo in personam devoti vestri Alvari Egidii etiam scolaris Elborensis diocesis et nepotis sui, cum eodem Alvaro ut, non obstante predicto natalium defectu Fernandi prefati, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficia quecumque ut supra recipere et retinere possit et valeat misericorditer dispensare dignemini, cum prefatis non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonis Januarii, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 1 dos n.os 974 e 989.

(2) No ms. as palavras *ac permutare libere et licite valeat* foram acrescentadas na margem direita do texto.

1051

1427, Janeiro 5

Rodrigo Lourenço, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Beja, bacharel em decretos e nobre, pede outro benefício eclesiástico com cura de almas ou incompatível.

Reg. Suppl. 205, fl. 266.

Supplicat S. V. devotus vester Rodericus Laurentii, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Begia Elborensis diocesis, in decretis bacalarius ac de nobili genere procreatus, quatinus secum ut una cum dicta sua parrochiali ecclesia, quam obtinet et cuius fructus, etc., centum quinquaginta florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, quodcumque aliud beneficium ecclesiasticum curatum aut alias incompatibile, etiam si canonicatus et prebenda, dignitas, personatus, administratio vel officium curatum et electivum metropolitane aut alterius cathedralis vel collegiate ecclesie et dignitas huiusmodi in metropolitana vel alia cathedrali maior post pontificalem aut in collegiata huiusmodi principalis seu alia parrochialis ecclesia fuerit, auctoritate quacumque conferendum, etiam si eligatur vel assumatur ad illud, recipere et quoad vixerit insimul retinere possit et valeat cum potestate permutandi, quotiens sibi placuerit, pro similibus vel dissimilibus beneficio seu beneficiis, ecclesiastico vel ecclesiasticis, invicem incompatibilibus, misericorditer dispensare dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonis Januarii, anno decimo.

1052

1427, Janeiro 5

Súplica de Gonçalo Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, sobre a igreja paroquial de S. Pedro de Bairro da dita diocese, vacante pelo ingresso de Fernando Domingues no mosteiro de Santa Maria de Landim dos cónegos regrantes de Santo Agostinho.

Reg. Suppl. 206, fl. 5v-6.

Exponit S. V. devotus vester Gunsalvus Gunsalvi, clericus Bracharensis diocesis, quod cum alias quidam Fernandus Dominici, tunc rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Bario dicte diocesis, monasterium sancte Marie de Landim, canonicorum regularium ordinis sancti Augustini eiusdem diocesis fuerit ingressus ibique receperit habitum eiusdem ordinis professorum, quem per annum et ultra scienter gestavit et propterea ecclesia predicta, que per clericos seculares consueta est gubernari, vacare dicatur, supplicat igitur S. V. [fl. 6] Gunsalvus prefatus quatinus sibi de predicta ecclesia specialem gratiam facientes, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex cuiuscumque alterius persona aut per constitutionem Johannis pape xxii, que incipit *Execrabilis* vel *Ad regimen* vel per resignationem extra Romanam Curiam, etiam coram notario et testibus factam, licet non admissam, vacet, et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias ipsa ecclesia dispositioni eiusdem sedis specialiter reservata vel affecta existat, super ea lis quoque in eadem Curia vel extra eam inter aliquos, cuius statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, eidem G[unsalvo] de predicta ecclesia, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, dignemini misericorditer providere, quadam gratia expectativa, eidem Gunsalvo per eamdem S. V. concessa, in cancellaria apostolica exprimenda, seu quod prefatus Fernandus ecclesiam antedictam per decennium et ultra pacifice possederit atque possidet de presenti, non obstañ, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonis Januarii, anno decimo.

1053

1427, Janeiro 6

Gonçalo Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, pede a igreja paroquial de S. Pedro de Bairro da dita diocese, vacante por Fernando Domingues ter entrado no mosteiro de Santa Maria de Landim dos cónegos regrantes de Santo Agostinho.

Reg. Suppl. 208, fl. 134-134v.

Exponit S. V. devotus vester Gunsalvus Gunsalvi, clericus Bracharensis diocesis, quod cum alias quidam Fernandus Dominici, tunc rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Bario dicte diocesis, monasterium sancte Marie de Landim canonicorum regularium ordinis sancti Augustini eiusdem diocesis fuerit ingressus ibique receperit habitum eiusdem ordinis professorum, quem per annum et ultra scienter gestavit, et propterea ecclesia predicta que per clericos seculares consueta est gubernari vacare dicatur, supplicat igitur S. V. Gunsalvus (1) prefatus quatinus sibi de predicta ecclesia specialem gratiam facientes, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex cuiuscumque alterius persona aut per constitutionem Johannis pape xxii que incipit *Execrabilis* vel *Ad regimen* vel per resignationem extra Romanam Curiam, etiam coram notario et testibus factam, licet non admissam, vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias ipsa ecclesia dispositioni eiusdem [fl. 134v] sedis specialiter reservata vel affecta existat, super ea lis quoque in eadem Curia vel extra eam inter aliquos, cuius statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, eidem Gunsalvo de predicta ecclesia, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, dignemini misericorditer providere, quadam gratia expectativa eidem G[unsalvo] per eamdem S. V. concessa in cancellaria apostolica exprimenda, seu quod prefatus Fernandus ecclesiam antedictam per decennium et ultra pacifice (2) possederit atque possidet de presenti non obstañ et cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Januarii, anno decimo.

(1) No ms. *Gungalvus.*
(2) No ms. *pacisfice*, com sinal de erro.

1054

1427, Janeiro 7

Súplica de Gil Afonso, cónego regrante de Santo Agostinho do mosteiro de Oliveira, sobre nova provisão do mosteiro de S. Martinho de Mancelos, a seu favor, por se duvidar da eleição e confirmação anteriores.

Reg. Suppl. 205, fl. 231v-232.

Beatissime Pater. Dudum prioratu monasterii sancti Martini de Mancellos canonicorum regularium ordinis sancti Augustini Bracharensis diocesis per obitum quondam Johannis Gundissalvi, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, devotus vester Egidius Alfonsi, canonicus de Uliveyra dictorum ordinis et diocesis, ad eumdem electus seu postulatus ac demum per loci Ordinarium confirmatus ac in vim earumdem possessionem eiusdem assecutus fuit, dubitat tamen dictus Egidius postulationem sive electionem ac confirmationem huiusmodi cum inde secutis certis ex causis viribus non subsistere dictumque prioratum adhuc vacare. Pro tanto S. V.

humiliter supplicat et devote quatinus electionem seu postulationem ac confirmationem huiusmodi et quecumque exinde [fl. 232] secuta rata habentes et grata sibique de dicto prioratu, qui dignitas conventualis et principalis ac electiva eiusdem monasterii existit, et cuius fructus, etc., ducentorum quinquaginta florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per obitum dicti quondam Johannis Gundissalvi, ultimi possessoris eiusdem, sive per resignationem cuiusdam Gundissalvi Petri, asserti canonici dicti monasterii de Mancellos, alias ut pretendebatur in priorem dicti monasterii electi, et cui de dicto monasterio auctoritate apostolica provideri mandatum fuit sive pretensi iuris sibi in eodem quomodolibet competentis coram notario et testibus in partibus factam, sive alio quovis modo et per quamcumque personam vel constitutionem *Execrabilis* aut capitulum *De multa* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias dispositioni sedis apostolice predicte generaliter vel specialiter reservatus, affectus aut litigiosus existat, et super eo in Romana Curia vel extra inter ipsum Egidium et dictum Gundissalvum Petri lis, cuius statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, pendeat seu remanserit indecisa, etiam si ab aliquo alio ordine vel monasterio dependeat, eidem Egidio dignemini de novo providere aut provideri mandare de gratia speciali. Constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Januarii, anno decimo.

1055

1427, Janeiro 12

Gonçalo Rodrigues de Magalhães, cónego de Tui e nobre, com a graça expectativa dum benefício das igrejas do Porto e de Braga, tendo conseguido a igreja paroquial de S. Bartolomeu de Monte Redondo da diocese de Tui, que deveria deixar, foi dispensado a seguir para a reter com outro benefício e permutou-a pela igreja de S. Martinho de Valdigem, que desejava continuar a possuir com outros benefícios incompatíveis.

Reg. Suppl. 206, fl. 52v-53.

Beatissime Pater, dudum S. V. devoto vestro Gundissalvo Roderici de Magalhans, canonico Tudensi, de nobili genere procreato, gratiam specialem fecit expectativam inter alia de dignitate, personatu, perpetua administratione vel officio alterius Portugalensis et Bracharensis ecclesiarum, etiam si ad dignitatem, etc., huiusmodi consuevisset quis per electionem assumi eique cura immineret animarum, volentes inter alia quod quam primum, dictarum litterarum vigore, ipse dignitatem vel personatum seu cum cura administrationem vel officium huiusmodi foret pacifice assecutus, parrochialem ecclesiam, abbatiam nuncupatam, sancti Bartholomei de Monte Rotundo diocesis Tudensis, quam tunc obtinebat et quam ex tunc vacare eadem S. decrevit, omnino dimitteret (1) et deinde ut ipse una cum dicta parrochiali ecclesia dignitatem vel personatum seu cum cura administrationem vel officium huiusmodi, si dictarum litterarum vigore seu aliud beneficium

ecclesiasticum curatum aut alias incompatibile, etiam si dignitas, personatus, perpetua administratio vel officium in metropolitana vel alia cathedrali seu collegiata ecclesia et dignitas in metropolitana vel alia cathedrali post pontificalem maior et in collegiata ecclesia huiusmodi principalis fuerit, et ad illam, [fl. 53] illum vel illud consueverit quis per electionem assumi eique cura immineret animarum, si ei alias canonice conferrentur vel assumeretur ad illud, recipere et per decennium retinere libere et licite valeret, voluntate priori et decreto non obstañ predictis de speciali gratia dispensavit, proviso quod parrochialis ecclesia et incompatibile beneficium huiusmodi debitis non fraudaretur obsequiis ac etiam voluit eadem S. quod infra decennium huiusmodi dictus G[undissalvus] alteram ex parrochiali ecclesia et incompatibili beneficio predictis pro reliquo beneficio compatibili permutare teneretur, etc., prout premissa diversis litteris apostolicis super premissis confectis, quorum tenores presentibus eadem S. habere dignetur pro sufficienter expressis, plenius continetur, et deinde dictus G[undissalvus] prefata parrochiali ecclesia sancti Bartholomei dimissa, parrochialem ecclesiam sancti Martini de Valdigem Lamacensis diocesis fuit assecutus ipsamque possidet de presenti; ut igitur, Beatissime Pater, dictus G[undissalvus] (2) ex eadem dispensatione, cuius commodum valeat reportare, supplicat S. V. quatinus ut ipse eius vigore unam aliam parrochialem ecclesiam, si ei apostolica vel ordinaria auctoritatibus conferatur, licite retinere et per decennium predictum una cum predicta parrochiali ecclesia sancti Martini prefata seu dignitate, personatu, perpetua administratione vel officio aut alio ecclesiastico beneficio curato vel alias incompatibili, etiam si dignitas, personatus, etc., ut in litteris apostolicis eiusdem dispensationis continetur, assequendo retinere necnon incompatibilia huiusmodi, eodem durante decennio, totiens quotiens voluerit, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia ecclesiastica beneficia, similia vel dissimilia, etiam duo incompatibilia, etiam si due parrochiales ecclesie aut dignitates, etc., ut premittitur, fuerint, etiam recipere et retinere valeat, cum eodem dignemini dispensare de dono gratie specialis. Non obstañ quod ipse ecclesiam predictam ac quosdam canonicatus et prebendas Tudensis et Lamecensis ecclesiarum, quorum fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad sex menses. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Januarii, anno decimo.

---

(1) No ms. *dimitteretur* ou *dimittentur*.

(2) As palavras *prefata parrochiali* até *dictus G[undissalvus]* vêm na margem esquerda do texto.

1056

1427, Janeiro 13

O bispo de Évora D. Vasco solicita indulto de escolher confessor quando lhe aprouver, que o absolva de todos os seus pecados e censuras eclesiásticas e lhe comute votos.

Reg. Suppl. 206, fl. 117-117v.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Valascus, episcopus Elborensis (1), quatinus sibi ut confessorem ydoneum eligere possit qui eum, quotiens sibi placuerit, ac omnibus suis peccatis absolvat, etiam si talia fuerint, etc., ac vota commutet ipsumque ab omnibus excommunicationis et interdicti sententiis absolvere necnon super irregularitate dispensare ac omnem infamie maculam, etc., abolere possit et valeat misericorditer indulgere dignemini. Constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur* [*fl.* 117*v*] *in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Januarii, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 974.

1057-1058

1427, Janeiro 13

Súplicas de D. Vasco, bispo de Évora, a favor de seus sobrinhos, Fernando Gil e Álvaro Gil, escolares da diocese de Évora, sobre a dispensa do impedimento de ilegitimidade para serem promovidos a todas as Ordens e receber quatro benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 216, fl. 119.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Valaschus, episcopus Elborensis (1), quatinus sibi in personam devoti vestri Fernandi Egidii, nepotis sui, scolaris Elborensis diocesis, gratiam facientes specialem, cum eodem F[ernando] ut, non obstante defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et quatuor beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et prebende in cathedralibus et metropolitanis ecclesiis fuerint, recipere et retinere ac permutare, etc., libere et licite valeat misericorditer dispensare dignemini, defectu predicto, Lateranensis concilii, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

1058. Item similem gratiam facientes eidem episcopo in personam devoti vestri Alvari Egidii, etc., scolaris Elborensis diocesis et nepotis sui, qui similem defectum patitur, cum eodem Alvaro ut, non obstante predicto natalium defectu, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et quatuor beneficia ut supra recipere et retinere ac permutare possit et valeat misericorditer dispensare dignemini. Cum prefatis non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Januarii, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 974.

1059

1427, Janeiro 20

Rodrigo Lourenço, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Beja, bacharel em decretos e nobre, que estudara durante dois anos contínuos direito canónico no Estudo de Roma, pede a expedição das letras apostólicas sobre a graça expectativa, pedida no rol dos estudantes da dita Universidade, apesar de então não ser estudante.

Reg. Suppl. 206, fl. 51v.

Beatissime Pater, licet devotus vester Rodericus Laurentii, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Begia Elborensis diocesis, in decretis bacalarius ac de nobili genere procreatus, a biennio citra continuus in Romano Studio in facultate decretorum studens fuerit, tamen quia vi Kalendas Maii pontificatus vestri anno septimo actu studens non erat, dubitat gratiam expectativam sub data predicta per S. V. in rotulo studentium Universitatis predicte sibi tamquam studenti factam posse de surreptione imposterum impingi, supplicat igitur S. V. quatinus litteras apostolicas super huiusmodi gratia confectas ac processus inde secutos ac sequendos perinde valere plenumque robur firmitatis obtinere debere ac si idem R[odericus] tempore date litterarum earumdem in Studio et facultate predictis verus et continuus studens actualiter fuisset. Non obstantibus omnibus in litteris predictis contentis et aliis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Februarii, anno decimo.

1060

1427, Janeiro 20

Álvaro Gomes de Pintam, sacerdote da diocese de Tui, pede a igreja paroquial de Santa Marinha de Cabral da dita diocese.

Reg. Suppl. 206, fl. 215-215v.

Supplicat S. V. Alvarus Gometii de Pintam, presbyter Tudensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Marine de Cabral Tudensis diocesis predicte, cuius viginti, necnon de quadam portione in ecclesia Tudensi, cuius duodecim, florenorum auri de camera secundum communem extimationem, fructus, etc., valorem annuum non excedunt, quas quondam Alvarus Johannis Cardinalis, dum viveret, obtinebat, vacantibus per obitum eiusdem Alvari Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona aut per liberam resignationem alicuius de illis ubicumque, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vel dicta parrochialis ecclesia per constitutionem *Execrabilis*

vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta et generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservate, affecte seu in dicta Curia vel extra eam litigiose existant, cuius litis statum, etc., eidem A[lvaro] [fl. 215v] Gometii dignemini misericorditer providere. Non obstante gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Februarii, anno decimo (1).

(1) Publica-se esta súplica sobre benefícios espanhóis, dada a possibilidade de relação com outras súplicas sobre benefícios portugueses ou com suplicantes portugueses. A mesma súplica, mais ou menos, no Reg. Suppl. 217, fl. 38-38v, com a seguinte data: *Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Februarii, anno decimo.* Outra súplica sobre a perpétua porção na igreja de Tui no Reg. Suppl. 218, fl. 125--125v, com a seguinte data: *Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Februarii, anno decimo.* Registamos ainda a súplica de *Valascus Fernandi, presbyter Tudensis* do mesmo ano décimo, *Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Novembris, anno decimo* (Reg. Suppl. 218, fl. 69) e a *Reformatio Luppi Roderici, clerici Tudensis super dispensatione defectus natalium* (Reg. Suppl. 218, fl. 199).

1061

1427, Janeiro 20

Súplica de D. Vasco, bispo de Évora, sobre o indulto de escolher confessor que o absolva de todos os seus pecados, censuras eclesiásticas e irregularidades e lhe comute votos.

Reg. Suppl. 208, fl. 140v.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Valascus, episcopus Elborensis (1), quatinus sibi ut confessorem ydoneum eligere possit, qui eum ab omnibus suis peccatis absolvat, etiam si talia fuerint, etc., ac vota peregrinationis commutare ipsumque ab omnibus excommunicationis et interdicti sententiis absolvere necnon super irregularitatis dispensatione ac omnem infamie maculam, etc., abolere possit et valeat misericorditer indulgere dignemini. Constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Februarii, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 974.

1062

1427, Janeiro 22

Pedido de confirmação da igreja de Santa Marinha de Cabral da diocese de Tui por Álvaro Gomes de Pintam.

Reg. Suppl. 207, fl. 196.

Beatissime Pater. Nuper integra perpetua portione in ecclesia Tudensi ac parrochiali ecclesia sancte Marine de Cabral Tudensis diocesis per obitum Alvari Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, vacantibus, devoto oratori vestro Alvaro Gometii de Pintan, presbytero eiusdem diocesis, per devotam facturam vestram Rodericum, electum Tudensem (1), fuit ordinaria auctoritate provisum. Dignetur igitur S. V. collationem et provisionem ordinarias huiusmodi gratas habentes et ratas, ipsas auctoritate apostolica confirmare necnon de portione et parrochiali ecclesia predictis, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si tanto tempore vacaverint quod earum collatio iuxta Lateranensis concilii statuta ad sedem apostolicam legitime devoluta, aut portio et ecclesia parrochialis predicte dispositioni apostolice specialiter reservate seu quovis modo in Curia predicta vel extra eam litigiose existant, quorum fructus, etc., triginta duorum florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, eidem Alvaro Gometii de novo misericorditer providere, gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria declaranda, non obstante et cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Februarii, anno decimo (2).

---

(1) D. Rodrigo de Torres, deão de Jaen, nomeado bispo de Tui em Julho de 1425, por cuja morte foi nomeado em Dezembro de 1429 D. Pedro, deão de Cuenca. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 501.

(2) Publica-se esta súplica, dada a possibilidade de relação com suplicantes portugueses ou benefícios de Portugal.

1063

1427, Janeiro 23

Fernando Gil e Álvaro Gil, escolares da diocese de Évora, pedem que a súplica anterior sobre quatro benefícios seja estendida a canonicatos e prebendas nas igrejas catedrais.

Reg. Suppl. 204, fl. 213v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devotis oratoribus vestris Fernando Egidii et Alvaro, scolaribus Elborensis diocesis, defectum natalium patientibus, ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et quatuor beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura recipere et retinere valerent gratiose concessit dispensari, prout in supplicatione, cuius tenorem, etc., habere dignemini pro expresso, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, canonicatus et prebende in ecclesiis cathedralibus ex signatura V. S. non concedantur, dignetur eadem S. V. litteras super dicta gratia conficiendas, etiam ad canonicatus et prebendas in ecclesiis cathedralibus et collegiatis expediri mandare, regulis cancellarie et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum pro utroque. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Februarii, anno decimo.

1064

1427, Janeiro 23

Gomes Lourenço, nobre, reitor da igreja paroquial de Caria da diocese de Lamego, a quem fora concedida a graça de quatro benefícios, pede a expedição das letras apostólicas com a extensão a dignidades nas igrejas metropolitas, catedrais e colegiais.

Reg. Suppl. 204, fl. 215.

Beatissime Pater. Nuper S. V. cum devoto vestro Gometio Laurentii, de nobili genere procreato ac rectore parrochialis ecclesie de Caria Lamecensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, ut, eo non obstante defectu, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, recipere posset apostolica auctoritate dispensatum et cuius vigore ad omnes ordines promotus ac parrochialem ecclesiam predictam assecutus fuerat, ut quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, se invicem compatientia, si sibi canonice confer[r]entur recipere et obtinere ac quotiens vellet causa permutationis vel alias dimittere posset gratiose dispensavit, ut in originali supplicatione, inde signata, plenius continetur. Verum, Pater Sancte, a nonnullis asseritur dispensationem huiusmodi ad dignitates metropolitanarum vel cathedralium aut collegiatarum ecclesiarum se nullatenus extendere. Dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super huiusmodi gratia conficiendas ad huiusmodi dignitates, personatus, administrationes et officia curata et electiva, etiam si dignitates ipse in metropolitanis aut aliis cathedralibus post pontificales maiores vel in collegiatis ecclesiis principales fuerint, et alias ut in prima supplicatione petitur, in cancellaria et alibi ubique expediri mandare, cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Februarii, anno decimo.

1065

1427, Janeiro 23

João Afonso de Lourinha da diocese de Tui pede a porção da igreja de Tui, vacante por morte de Álvaro Anes, ocorrida no mar, durante a viagem à Cúria Romana.

Reg. Suppl. 208, fl. 165v-166.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Alfonsi da Lourinna, rector parrochialis ecclesie sancti Andree de Cedeyra Tudensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de portione eiusdem Tudensis ecclesie, vacante per obitum cuiusdam Alvari Johannis, ultimo possessoris eiusdem, qui in mare, dum ad Curiam Romanam viam suam faceret, diem suum clausit extremum, cuius fructus, etc., ultra sedecim florenorum auri de camera

communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quamcumque aliam personam vacet, aut tanto tempore vacaverit, etiam si iuxta constitutiones *Execrabilis* aut *Circa*, Lateranensis concilii statuta, vacare noscatur, vel alias generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservata seu devoluta existat, etiam si lis in Curia super eadem vel extra pendeat indecisa, cuius statum eadem S. hic habere dignemini pro sufficienter expresso, aut si de eadem renunciatio coram notario et testibus fuerit in eadem Curia vel extra facta, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ predicta rectoria, quam obtinet, cuius fructus, etc., [fl. 166] ultra decem et octo florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac quadam gratia expectativa (1), litteris confectis, etc., et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Februarii, anno decimo.

---

(1) No ms. *spectativa.*

1066

1427, Janeiro 23

João Nunes Homem, meio cónego de Viseu, solicita o deado, canonicato e prebenda da Guarda e a igreja paroquial de Santa Maria da Lourinhã, vacantes por morte respectivamente de Álvaro Rodrigues e Lopo Vasques.

Reg. Suppl. 217, fl. 166v-167.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Nunii Home, medius canonicus in ecclesia Visensi, de nobili genere procreatus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de decanatu ac canonicatu et prebenda ecclesie Egitaniensis, qui quidem decanatus inibi dignitas electiva et maior post pontificalem existit, per Alvari Roderici [et de ecclesia pareciali sancte Marie de] (1) Lourinnaa Ulixboñ diocesis per Luppi Valasci, eiusdem S. acoliti, obitus, extra Romanam Curiam defunctorum, vacantibus, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vacent, et tanto tempore vacaverint quod eorum collatio seu provisio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias decanatus, canonicatus et prebenda ac parrochialis ecclesia supradicti specialiter vel generaliter dispositioni apostolice reservati seu affecti existant, super eis lis quoque in Romana Curia vel extra eam, cuius statum hic habere dignemini pro expresso, inter aliquos pendeat indecisa, eidem Johanni de decanatu, canonicatu et prebenda ac parrochiali ecclesia antedictis, quorum omnium fructus, etc., ducentarum sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, dignemini misericorditer providere, dispensantes nichilominus cum eodem Johanne quatinus ipse dictos decanatum et ecclesiam parrochialem insimul quoad vixerit libere et licite valeat retinere, medio canonicatu predicto, cuius

etiam fructus, etc., triginta librarum similium eadem extimatione valorem [fl. 167] non excedunt annuatim, quem obtinet, non obstante, ac iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum, ubi eadem beneficia existunt, etiam iuramento, confirmatione apostolica, etc., roboratis et quibusvis aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de utroque. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Februarii, anno decimo.

---

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão das palavras que se ajuntam.

1067

1427, Janeiro 28

Súplica de D. João I, rei de Portugal, sobre a fundação duma capela nas terras de Almeirim que ele conseguira tornar férteis, a ser governada pelo seu capelão-mor.

Reg. Suppl. 206, fl. 251v-252.

Beatissime Pater. Cum devotissimus V. S. et sancte Romane Ecclesie filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex, in confinibus sive limitibus opidi sui Sanctarenensis Ulixbonensis diocesis videlicet in loco in Almeirin vulgariter nuncupato nonnullas terras iam adiu et ante tempora cultas, ad regem Portugalie pro tempore existentem [fl. 252] una cum dicto loco et ad ipsum expectantes, ex quibus alique silvestres et penitus steriles ante decennii curriculum cuiusdam ingentis fluvii inundatione submersas et destructas adeo quod coli non poterant nec arari, non sine magnis et gravibus expensis et laboribus restaurando recuperaverit, illasque ne fluminis impetu crebro et inundatione vehementi in ipsis partibus vigente uti prius pereant et steriles (1) prioribus efficiantur temporibus a novem annis fere citra certis aliquibus diebus septimanis et mensibus potentia regali absque qua fieri nequivit videlicet mille hominum, aliquando plurimorum, interdum minorum numeri, suis sumptibus propriis et expensis gravissimis ad hoc ordinatorum conservaverit et conservare proponat ibidemque quamdam capellam pro divini cultus augmento edificari fecerit cupiatque capellam huiusmodi ex fructibus terrarum conservandarum predictarum et ex illis provenientibus decimis, que modici valoris annui videlicet vix decem florenorum auri de camera existunt, ultra assignandam sibi dotem et assignatam augmentari, supplicat igitur S. V. humiliter et devote prefatus Johannes rex ut ipse ad conservandas terras prefatas, ne deinceps submergantur, ferventius animetur, que per plures annos inculte et inarabiles existebant, nisi conservasset et conservaret potentia, qua prefertur, quasque a tribus annis citra partim arari et seminari fecit, quatinus fructus et decimas huiusmodi terrarum eidem capelle pro illius dotis augmento applicare quodque maior capellanus pro tempore ipsius regis, rector eiusdem capelle instituatur, concedere dignemini de gratia speciali, attento, Pater Beatissime, quod predicte terre pleno iure ad

prefatum Johannem regem spectare dinoscuntur et nisi per ipsius regalem potentiam manutenerentur in esse, ut prefertur, steriles et infecunde remanerent, ymmo prorsus devastarentur inundationibus aquarum, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur sine preiudicio.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Februarii, anno decimo.

---

(1) No ms. *sterioles*, com sinal de erro.

1068

1427, Fevereiro 7

Álvaro Gomes de Pintam, sacerdote da diocese de Tui, pede o canonicato e prebenda de Tui e a igreja de Santa Marinha de Binzios da dita diocese.

Reg. Suppl. 210, fl. 87v.

Supplicat S. V. Alvarus Gometii de Pintam, presbyter Tudensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Tudensis necnon de parrochiali ecclesia sancte Marine de Biinzios Tudensis predicte diocesis, quorum fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacantibus per obitum quondam Valasci Laurentii, extra Romanam Curiam defuncti, ultimi eorumdem vestri (*sic*) possessoris, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu dicta parrochialis ecclesia per constitutionem *Execrabilis*, sive ipsa et dicti canonicatus et prebenda per liberam resignationem dicti Velaci Laurentii aut alterius cuiuscumque in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacent, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, vel ipsi canonicatus et prebenda ac parrochialis ecclesia dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservati, affecti, devoluti aut litigiosi, litis statum, etc., habentes pro sufficienter expresso, existant, eidem Alvaro dignemini misericorditer providere. Non obstañ iure quod habere pretendit in parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Redondela diocesis predicte, quam non possidet et super qua litem movere intendit cuiusque (1) fructus, etc., viginti librarum similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria declaranda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Santos Apostolos, septimo Idus Februarii, anno decimo (2).

---

(1) No ms. *cuiuscumque*, com sinal de erro.

(2) Publica-se esta súplica sobre benefícios espanhóis pelos mesmos motivos já apontados atrás. Súplica do mesmo teor no Reg. Suppl. 212, fl. 1v.

1069

1427, Fevereiro 11

Álvaro Anes, perpétuo porcionário da igreja de Tui, pede o canonicato e prebenda de Tui, vacantes por resignação de Rodrigo Muniz.

Reg. Suppl. 206, fl. 280-280v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Alvarus Johannis, perpetuus portionarius in ecclesia Tudensi, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie, vacantibus per liberam resignationem Roderici Muniz, olim ipsius ecclesie canonici, in Romana Curia sponte factam, et per eamdem S. admissam, etiam si premisso vel alio quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu per contractum symonie habitum inter ipsum [fl. 280v] Rodericum Muniz et quemdam Rodericum Alfonsi, assertum clericum Tudensis diocesis, ipsorum canonicatus et prebende illicitum detentorem, vacent, et tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, aut ipsi canonicatus et prebenda dispositioni apostolice specialiter aut alias generaliter reservati existant, super eis quoque in prefata Curia vel extra eam lis, cuius statum hic habere dignemini pro expresso, inter aliquos pendeat indecisa, quorum fructus, etc., quotidianis distributionibus inclusis, triginta quinque, sine illis vero duodecim, librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, eidem A[varo] dignemini misericorditer providere, perpetua portione in ecclesia predicta, quam paratus est dimittere quam primum, etc., et parrochiali ecclesia sancte Marine de Cabral dicte diocesis, quarum fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, quos obtinet, et gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria declaranda, non obstañ et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Februarii, anno decimo (1).

(1) Publica-se esta súplica sobre benefícios espanhóis, dada a possibilidade de relação com suplicantes portugueses ou súplicas sobre benefícios portugueses.

1070

1427, Fevereiro 13

João Garcia, sacerdote, quartanário de Lisboa, solicita a porção da igreja de Santa Maria de Pedreira da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 208, fl. 33.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Garsie, presbyter, quaternarius ecclesie Ulixbonensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de portione ecclesie sancte Marie de Perdernera Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, que tanto tempore vacavit quod de eius vero vacationis modo certa notitia non habetur, etiam si ut premittitur, aut alias quovis modo et ex cuiuscumque facto vel persona seu per liberam resignationem de illa per quemcumque in V. S. aut alterius cuiuscumque manibus, etiam coram notario et testibus in Romana Curia vel extra eam sponte factam, vacet, etiam si alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta, affecta vel litigiosa sit, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta quaternaria ac portione ecclesie sancte Marie de Macello de Elbis Elborensis diocesis, quas obtinet et quarum fructus, etc., triginta librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Februarii, anno decimo.

1071

1427, Fevereiro 21

Gil Peres, clérigo da diocese de Coimbra, pede a igreja paroquial de Santa Eulália da dita diocese, vacante por Fernando Afonso não se ter ordenado de sacerdote no tempo prescrito.

Reg. Suppl. 207, fl. 27v-28.

Supplicat S. V. devotus vester Egidius Petri, clericus Colimbriensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Eulalie dicte diocesis, cuius fructus, etc., quinquaginta florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod quidam Fernandus Alfonsi, per annum et amplius eam obtinens, impedimento cessante legitimo, se ad sacrum presbyteratus ordinem minime fecit promoveri, sive ut premittitur, sive adhuc eo quo dicto Fernando de eadem provisum extitit, aut alias quovis modo seu ex alterius cuiuscumque persona vel per liberam resignationem de ea in cuiuscumque manibus, etiam coram notario et testibus in Romana Curia vel extra eam sponte factam, aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si devoluta aut generaliter vel specialiter [fl. 28] reservata, affecta vel litigiosa sit, eidem E[gidio] dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, ac quod dictus Fernandus eam per biennium et amplius indebite detinuit, prout detinet occupatam. Cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Martii, anno decimo.

1072

1427, Fevereiro 21

João Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, solicita a igreja paroquial de S. Miguel de Foz do Arouce da diocese de Coimbra.

Reg. Suppl. 207, fl. 28.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Gundissalvi, clericus Visensis diocesis, nullum obtinens beneficium, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Michaelis de Foz dArouce Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., septuaginta florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, que tanto tempore vacavit quod eius collatio ad sedem apostolicam est legitime devoluta, sive etiam alias quovis modo et ex cuiuscumque facto vel persona aut per assecutionem alterius vel retentionem parrochialis ecclesie beate Marie de Pernez Ulixbonensis diocesis per Egidium Veteris, qui predictas ecclesias per plures annos insimul absque dispensatione sufficienti obtinuit, prout detinet occupatas, factas, aut per constitutionem *Execrabilis* seu liberam resignationem de ea, in cuiuscumque manibus, etiam coram notario et testibus in Romana Curia vel extra per quemcumque sponte factam, vacet, seu si alias devoluta aut specialiter vel generaliter (1) reservata, affecta seu litigiosa sit, eidem Johanni dignemini misericorditer providere, gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda ac assecutione seu retentione et occupatione predictis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Martii, anno decimo.

(1) No ms. *specialiter*, com sinal de erro.

1073

1427, Fevereiro 21

Rui Dias, arcediago de Barroso, na igreja de Braga, que tinha sido colector apostólico em Portugal durante cinco anos, pede o deado bracarense que se esperava viesse a vagar pela promoção de Luís da Guerra a bispo da sé da Guarda.

Reg. Suppl. 208, fl. 137v-138.

Beatissime Pater. Cum decanatus ecclesie Bracharensis, qui dignitas maior post pontificalem curata et electiva in eadem ecclesia existit, per promotionem domini Ludovici de la Guerra, eiusdem ecclesie decani, ad ecclesiam Egitaniensem, pastore carente[m] (1), vacare speretur, supplicat S. V. devotus vester Rodericus Didaci, archidiaconus de Barroso,

in dicta ecclesia Bracharensi, de nobili genere procreatus, qui in regnis Portugalie et Algarbii fructuum camere apostolice debitorum pro S. V. collector generalis per quinquennium extitit, quatinus decanatum (2), cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum illum per promotionem huiusmodi aut per lapsum temporis de consecrandis [episcopis] a iure deffiniti seu alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, sive per liberam resignationem de illo in Curia Romana vel extra eam, coram notario publico et testibus fatam, seu per constitutionem *Execrabilis* vel *Ad regimen* vacare contigerit (3), etiam si specialiter vel alias generaliter dispositioni apostolice reservatus, affectus, devolutus aut litigiosus existat, litis statum, etc., pro expresso, reservare et eidem Roderico providere misericorditer dignemini. Non obstañ quod idem Rodericus archidiaconatum predictum, canonicatum et prebendam dicte ecclesie Bracharensis et parrochialem ecclesiam sancti Martini de Campo et ecclesiam sine cura beate Marie de Azinhoso ac portionem etiam sine cura in ecclesia sancti Salvatoris de Turribus Novis Bracharensis et Ulixbonensis diocesum, obtinet ac quod in canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis, quos non possidet, ius habere pretendit ac quorum omnium trecentorum quinquaginta librarum Turonensium similium eadem extimatione fructus, etc., valorem annuum non excedunt, cum gratia expectativa et dispensatione ad incompatibilia, latius in cancellaria declarandis, quem quidem archidiaconatum dicte ecclesie Bracharensis [fl. 138] idem Rodericus paratus est dimittere, dum, etc. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Martii, anno decimo.

---

(1) D. Luís da Guerra, deão de Braga, sacerdote e acólito do papa, nomeado bispo da Guarda por Martinho V a 12 de Fevereiro de 1427, após a morte de D. Gonçalo Vasques, ocorrida no ano de 1426. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 235. Cf. nota 2 do n.º 883.

(2) No ms. sinal de erro.

(3) No ms. *contingerit*, com sinal de erro.

1074

1427, Fevereiro 23

Álvaro Dias Valente, preceptor da comenda de Peron da diocese de Lisboa, pertencente à Ordem militar do Hospital, pede a união de certa terra do distrito de Santarém, confinante com os lugares de Alqueidão e Amoreira e com as igrejas paroquiais de Aveiras e do Cartaxo, à igreja de Santa Maria de Pontével, que era um dos limites e pertencia à dita Ordem.

Reg. Suppl. 208, fl. 171-171v.

Exponitur S. V. pro parte devoti oratoris vestri Alvari Didaci Valente, preceptoris preceptorie domus del Peron ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolomitani Ulixbonensis diocesis, quod in campo sive districtu Ville Santarene dicte diocesis est quidam ager sive terra, que versus civitatem Ulixbonensem confinat cum quibusdam locis, quorum

alter Alqueydam, alter vero Amoreyra appellatur, et terminatur in loco Valle Lapidis nuncupato et cum limite parrochialis ecclesie de Aveyras, a parte vero orientali confrontat cum quadam terra seu possessione Petri scutiferi et finitur in capite aquilonis et iuxta limitem parrochialis ecclesie de Cartaxo et ex alia parte confinat cum limite ecclesie beate Marie de Ponteval et ex alia parte cum quodam flumine qui vocatur Tagus, que quidem terra sive ager ac incole eiusdem sub iurisdictione seu limite alicuius parrochialis ecclesie minime includuntur aut limitantur, ita quod ipsi incole et agricole inibi habitantes et laborantes de usu, more seu consuetudine a tanto tempore, cuius memoria hominum non est in contrarium, non coguntur solvere decimas, maxime prediales, fructuum illius terre aut etiam personales alicui certe seu determinate ecclesie, sed solvunt eas dumtaxat illi ecclesie vel ecclesiis, quibus eis libet, nec etiam ecclesiastica sacramenta percipere nisi a sacerdotibus per ipsos ad id electis. Cum autem, [fl. 171v] Pater Sancte, predicta ecclesia beate Marie de Ponteval sit pleno iure subiecta ordini Hospitalis predicti ac ipsi preceptorie del Peron, cuius limiti dicta terra sive ager confinis existit, supplicatur igitur eidem V. S. pro parte dicti Alvari preceptoris quatinus ob favorem dicti ordinis terram predictam sive agrum, cuius fructus, etc., decimales quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, necnon omnes utriusque sexus, cuiuscumque gradus, ordinis aut conditionis existant, laycos, ecclesiasticos, seculares et regulares in eadem terra sive agro pro tempore excolentes et inhabitantes parrochianos constituere et ordinare et sub limite et iurisdictione dicte ecclesie de Ponteval eisdem ordini et preceptorie pleno iure subiecte includere, applicare ac limitare quodque a rectore dicte ecclesie de Ponteval pro tempore ecclesiastica sacramenta secundum canonica institut[a] ulterius recipere et decimas prediales terre predicte ac etiam personales dicte ecclesie et eiusdem rectoribus sive preceptori dicte preceptorie pro tempore existentibus persolvere teneantur tamquam (1) veri parrochiani eiusdem, concedere dignemini de gratia speciali, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesie et diocesis Ulixboneñ predicte, etiam iuramento, confirmatione apostolica, etc., roboratis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de consensu incolarum. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Martii, anno decimo.

(1) No ms. *tamque*, com sinal de erro.

1075

1427, Fevereiro 25

Lopo Vaz da Cunha, acólito pontifício, postulado bispo da sé da Guarda, solicita o arcediagado de Barroso da igreja de Braga que se esperava viesse a vagar pela consecução do deado de Braga por Rodrigo Dias.

Reg. Suppl. 208, fl. 156v-157.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Luppus Velasci de Cunia (1), alias postulatus ad ecclesiam Egitaniensem, ex utroque parente nobilis ac eiusdem V. S. acolitus,

quatinus sibi specialem gratiam facientes, de archidiaconatu de Barroso cum suis annexis, qui dignitas curata, non tamen maior post pontificalem in ecclesia Bracharensi existit, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, si vacat ad presens, seu quam primum vacabit per assecutionem decanatus ecclesie Bracharensis [fl. 157] predicte, qui etiam inibi dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem existit, Roderici Didaci, ipsum archidiaconatum ultimo obtinentis, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem Johannis pape vicesimi secundi que incipit *Execrabilis*, vel per resignationem in Romana Curia vel extra eam, coram notario et testibus factam, vacet, et tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias dictus archidiaconatus generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservatus vel affectus et inter alios in eadem Curia vel extra eam litigiosus existat, habentes huiusmodi litis statum presentibus pro expresso, eidem Luppo dignemini misericorditer providere, dispensantes nichilominus cum eodem Luppo ut ipse monasterium sancti Andree de Randuffe (2) ordinis (3) sancti Benedicti Bracharensis diocesis, cuius administrator perpetuus existit, ac parrochialem ecclesiam sancte Marie de Lourinhiaã Ulixbonensis diocesis, quorum fructus, etc., ducentarum octuaginta librarum similium eadem extimatione valorem non excedunt annuatim, una cum archidiaconatu predicto libere et licite quoad vixerit valeat retinere, dicti monasterii administratione et parrochiali ecclesia predictis ac quadam gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, quas obtinet, necnon iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum Bracharensis et Ulixbonensis predictarum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, etc., roboratis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Martii, anno decimo.

---

(1) No ms. *Cumia.*
(2) No ms. *Randeffe.*
(3) No ms. *eidem*, com sinal de erro.

1076

1427, Fevereiro 26

Tendo Rodrigo Muniz, reitor da igreja paroquial de S. Mamede de Vilar da diocese de Tui, cometido simonia com Rodrigo Afonso, o porcionário da igreja de Tui, Álvaro Anes, pede o canonicato e prebenda de Tui e a igreja de Santa Maria de Revoreda.

Reg. Suppl. 208, fl. 265-265v.

Beatissime Pater. Nuper quidam Rodericus Muniz, tunc canonicus ecclesie Tudensis, et quidam Rodericus Alfonsi, rector parrochialis ecclesie sancti Mametis de Vilar Tudensis diocesis, sue salutis immemores, symoniace inter se coluserunt ita quod dictus

Rodericus Muniz, symoniaca pravitate interveniente, per eius procuratorem Romane Curie quibusdam canonicatui et prebende eiusdem ecclesie Tudensis, quos tunc inibi obtinebat et possidebat, resignavit, post cuius resignationem S. V. de ipsis prefato Roderico Alfonsi providit. Cum autem, Beatissime Pater, propter premissa Rodericus Muniz parrochiali ecclesie beate Marie de Revoreda eiusdem (1) diocesis, quam obtinet, et Rodericus Alfonsi predicti eisdem [fl. 265v] canonicatu (2) et prebenda (3) merito se reddiderunt indignos ac ipsos fuisse privatos eisdem declarandos seu alias privari debere, supplicat igitur S. V. devotus vester Alvarus Johannis, portionarius ecclesie Tudensis predicte, quatinus alicui probo viro in partibus commitere dignemini et mandare quod de premissis summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, se informet et si ea aut (4) aliquod aliud propter quod Rodericus Moniz et Rodericus Alfonsi predicti eisdem canonicatu et prebenda ac parrochiali ecclesia sint privati aut alias privari debeant, eosdem Rodericum Muniz et Rodericum Alfonsi canonicatu et prebenda ac parrochiali ecclesia prefatis apostolica auctoritate ex habundanti privet et amoveat penitus ab eisdem, necnon canonicatum et prebendam ac parrochialem ecclesiam huiusmodi, quorum fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem ut asseritur valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quascumque alias personas seu liberas resignationes de eisdem in Romana Curia vel extra eam, coram notario publico et testibus factas, seu constitutionem *Execrabilis* vacent aut tanto tempore vacaverint quod eorum collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservati, affecti seus alias litigiosi existant, ipsius litis statum principaliter habentes pro sufficienter expresso, eidem A[lfonso] predicta auctoritate conferat et assignet ac ipsi provideat de eisdem. Non obstañ quod ipse quamdam perpetuam portionem ipsius ecclesie Tudensis et parrochialem ecclesiam sancte Marine (5) de Cabral eiusdem diocesis, quorum fructus, etc., quinquaginta florenorum auri de camera, ut asseritur, secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere, et gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica declaranda. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma iuris. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Martii, anno decimo.

---

(1) No ms. *eius*, com sinal de erro.
(2) No ms. *canonicatui*, com sinal de erro.
(3) No ms. *prebende*, com sinal de erro.
(4) No ms. *ad*, com sinal de erro.
(5) No ms. sinal de erro.

1077

1427, Março 1

Fernando Gonçalves Beleágua, doutor em decretos, cónego de Coimbra, renova súplica anterior sobre a permuta com João Afonso da chantria pelo deado de Coimbra, por ter ocorrido certa omissão nessa súplica.

Reg. Suppl. 207, fl. 36v.

Beatissime Pater, S. V. devoto vestro Fernando Gundissalvi, decretorum doctori, canonico Colimbriensi, de decanatu qui dignitas maior post pontificalem curata et electiva existit, sibi auctoritate ordinaria collata, de novo concessit provideri, prout in supplicatione desuper signata plenius continetur et cuius tenorem hic habere dignemini pro expresso. Verum, Pater Beatissime, in supplicatione ipsa obmissum fuit exprimere prefatum Fernandum fructus dicti decanatus a tempore dicte collationis ordinarie percepisse; dignetur igitur V. S. litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas cum expressione premissorum expediri mandare, cum clausulis opportunis. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Martii, anno decimo.

1078

1427, Março 5

Súplica do cardeal D. João do título de S. Pedro ad Vincula *sobre o canonicato e prebenda de Viseu, vacantes pela promoção a bispo da Guarda de Luís da Guerra, para o seu médico Fernando Álvares Cardoso, reitor da igreja de Santa Maria de Tondela, da diocese de Viseu, bacharel em artes e medicina.*

Reg. Suppl. 208, fl. 159-159v.

Supplicat S. V. devota creatura vestra, Johannes, presbyter cardinalis sancti Petri ad Vincula vulgariter nuncupatus (1), quatinus sibi in personam dilecti sui Fernandi Alvari de Cardoso, medici continui commensalis, rectoris parrochialis ecclesie sancte Marie de Tondella Visensis [diocesis], artium et medicine bachalarii, specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Visensis, vacantibus per promotionem Ludovici de la Guerra, episcopi Egitaniensis (2), et munus consecrationis eidem impensum, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vacent et tanto tempore vacaverint quod eorum collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, aut alias ipsi canonicatus et prebenda generaliter vel specialiter dispositioni apostolice affecti seu reservati existant, super eis quoque lis in Romana Curia vel extra eam, cuius statum habere dignemini pro expresso, inter aliquas personas pendeat indecisa, quorumque fructus, etc., decem librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, eidem F[ernando] dignemini misericorditer providere. Non obstañ predicta ecclesia sancte Marie de Tondella, que de iure patronatus existit, et cuius [fl. 159v] fructus, etc., septuaginta librarum similium extimatione predicta valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa et ad duo incompatibilia dispensatione, non obstañ quibuscumque. Et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Martii, anno decimo.

(1) Não se trata do bispo de Coimbra, transferido para o arcebispado de Lisboa em Maio de 1402, criado cardeal presbítero do título de S. Pedro *ad Vincula* por João XXIII em Junho de 1411, morto em Bruges em 23 de Janeiro de 1415, mas do espanhol João de Cervantes, criado cardeal em 1426. Cf. nota 1 do n.º 1196.

(2) Cf. nota 1 do n.º 1073.

1079

1427, Março 5

Súplica de Rodrigo Lourenço, nobre, bacharel em decretos e reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Beja, sobre a quartanaria de Lisboa e porção da igreja de Santa Cruz de Lisboa, vacantes pela promoção de Luís da Guerra a bispo da Guarda.

Reg. Suppl. 208, fl. 178.

Supplicat S. V. Rodericus Laurentii, de nobili genere procreatus, bacallarius in decretis, ac rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Begia Elborensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de quaternaria ecclesie Ulixboñ ac portione sine cura ecclesie sancte Crucis Ulixboneñ, quarum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus per promotionem domini Ludovici de la Guerra ad ecclesiam Egitaniensem (1), per eamdem S. factam, et munus consecrationis eidem Ludovico impensum, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem de ipsis in cuiuscumque manibus, etiam coram notario et testibus in Romana Curia vel extra eam, per ipsum Ludovicum aut alium quemcumque sponte factam, vacent, etiam si devolute aut alias generaliter vel specialiter reservate, affecte vel litigiose sint, eidem Roderico dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancti Jacobi, quam obtinet et cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, ac quod secum ad incompatibilia per certum tempus nondum elapsum obtinenda per sedem apostolicam extitit dispensatum, necnon gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis, consuetudinibus et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Martii, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.

1080-1082

1427, Março 8

Gomes Lourenço, cónego de Tui, pede a perpétua porção da igreja paroquial de Santa Maria do Castelo de Torres Vedras da diocese de Lisboa. Vasco de Basco, diácono da diocese de Braga, solicita a perpétua porção da igreja paroquial de Santa Iria de Santarém. Fernando Belo, clérigo do Porto, pede a perpétua porção da igreja de Santa Cruz de Lisboa.

Reg. Suppl. 209, fl. 12-12v.

Supplicat S. V. devotus vester Gometius Laurentii, canonicus in ecclesia Tudensi, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua portione parrochialis ecclesie sancte Marie de Castello de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, si vacat ad presens per promotionem domini Ludovici ad ecclesiam Egitaniensem (1), apostolica auctoritate factam, vel per munus consecrationis eidem Ludovico impensum, seu cum vacabit per pacificam possessionem administrationis bonorum vel maioris partis ipsorum dicte Egitaniensis ecclesie, per ipsum Ludovicum adeptam, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias predicta portio generaliter vel specialiter dispositioni apostolice [fl. 12v] reservata vel affecta vel inter aliquos in Romana Curia vel extra eam litigiosa existat, habentes huiusmodi litis statum presentibus pro expresso, eidem G[ometio] dignemini misericorditer providere, dispensantes etiam misericorditer cum eodem Gometio quoad premissa super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum alias certo modo, in cancellaria declarando, extitit dispensatum, defectu predicto et canonicatu et prebenda in ecclesia Tudensi et quadam parrochiali ecclesia in diocesi Tudensi, cuius nomen eadem S. hic habere dignetur pro expresso, quos obtinet quorumque omnium fructus, etc., septuaginta librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt annuatim et gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, non obstañ. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat.*

1081. Item supplicat devotus vester Valascus de Basco, diaconus Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua portione parrochialis ecclesie sancte Erene ville Sancterenensis Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante vel vacatura, simili modo, prout supra [in] (2) proxima supplicatione latius continetur, eidem Valasco dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis in predicta supplicatione contentis et gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, ac aliis oportunis. — *Fiat.*

1082. Item supplicat S. V. devotus vester Fernandus Bello, clericus Portugalensis, de nobili genere procreatus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de portione perpetua parrochialis ecclesie sancte Crucis Ulixbonensis, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante vel vacatura, simili modo, prout supra in supplicatione Gometii continetur, eidem Fernando dignemini misericorditer providere, non obstante gratia expectativa, in cancellaria declaranda et cum ceteris non obstañ et clausulis in predicta supplicatione contentis et aliis oportunis (3). — *Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Martii, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.

(2) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão de *in*.

(3) Esta súplica foi traçada ao meio. Na margem esquerda do texto, a seguinte anotação: *Cass. de mandato domini nostri. P.*

1083

1427, Março 9

Petição de Álvaro Rodrigues, cónego prebendário e deão da Guarda, eleito bispo pelo cabido egitaniense, sobre a igreja paroquial de Santa Maria de Almonda da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 208, fl. 251-251v.

Supplicat S. V. devotus vester Alvarus Roderici, canonicus prebendatus ac decanus ecclesie Egitaniensis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, qui per eiusdem ecclesie capitulum in pastorem futurum ad ipsam ecclesiam extitit electus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Almonda Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., centum florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante vel dum per promotionem domini Ludovici de la Guerra ad eamdem ecclesiam Egitaniensem (1), per S. V. factam, seu munus consecrationis eidem Ludovico impensum aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, vacare contigerit, sive ut premittitur, aut alias quovis modo seu ex alterius cuiuscumque facto vel persona aut per constitutionem *Execrabilis*, sive per liberam resignationem de ea in cuiuscumque manibus, etiam coram notario et testibus in Romana Curia vel extra eam, per ipsum Ludovicum aut alium quemcumque sponte factam, vacet, etiam si devoluta aut generaliter vel specialiter reservata, affecta vel litigiosa sit, eidem A[lvaro] misericorditer providere secumque ut decanatum predictum, qui dignitas maior post pontificalem curata et electiva existit ac prefatam ecclesiam parrochialem, si eam assequatur, recipere et insimul quoad vixerit retinere illosque et eorum quemlibet ex causa permutationis vel alias dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, duo tantum incompatibilia, recipere et similiter quoad vixerit insimul retinere possit et valeat de uberioris dono gratie dispensare dignemini, canonicatu et prebenda ac decanatu predictis necnon parrochiali ecclesia de Palmas Colimbriensis diocesis, quam paratus est dimittere, dum, etc., quos obtinet et quorum fructus, etc., centum octuaginta florenorum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt ac quod secum ad obtinendum duo dumtaxat incompatibilia per certum tempus nondum elapsum per sedem apostolicam extitit dispensatum, necnon gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. [fl. 251v] Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Martii, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.

1084

1427, Março 9

Súplica de Fernando de Alpoim, clérigo da diocese de Coimbra, sobre a igreja paroquial

de Santa Cecília de Palmaz da dita diocese, quando vagar pela consecução da igreja paroquial de Santa Maria de Almonda da diocese de Lisboa por Álvaro Rodrigues.

Reg. Suppl. 208, fl. 271v-272.

Supplicat S. V. devotus vester Fernandus de Alpoim, clericus Colimbriensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Cecilie de Palmas dicte diocesis, cuius fructus, etc., viginti sex librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, si vacat ad presens, aut cum vacabit per assecutionem parrochialis ecclesie beate Marie de Almonda diocesis Ulixbonensis per Alvarum Roderici, dictam ecclesiam de Palmas obtinentis, fiendam apostolica auctoritate, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona, sive per constitutionem Johannis pape vicesimi secundi, que incipit *Execrabilis*, aut per resignationem, etiam coram notario et testibus factam, vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, aut alias ipsa ecclesia de Palmas generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservata vel affecta et in Romana Curia vel extra eam inter aliquos litigiosa existat, habentes huiusmodi litis statum presentibus pro expresso, eidem Fernando dignemini misericorditer providere, gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. [fl. 272] — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Martii, anno decimo.

1085

1427, Março 9

Tendo Lopo Vasques, porcionário da igreja de Santa Cruz de Lisboa, cometido homicídio na pessoa de seu irmão, o sacerdote de Lisboa, Afonso Martins, pede a porção de Santa Cruz que o assassino possuía.

Reg. Suppl. 210, fl. 236-236v.

Beatissime Pater. Cum quidam Lupus Velasci, portionarius ecclesie sancte Crucis Ulixbonensis, in fratrem suum homicidium commiserit, dicta portione merito privari mereatur (1), supplicat igitur S. V. devotus vester Alfonsus Martini, presbyter Ulixbonensis, quatinus alicui probo viro in Romana Curia vel in partibus committere et mandare dignemini quatinus si per diligentem informationem premissa veritate fulciri reppererit, dictum Luppum portione predicta auctoritate apostolica perpetuo privet et ammoveat et nichilominus de ipsa portione, que sine cura est et cuius fructus, etc., viginti duarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non exceetiam si actu per privationem huiusmodi aut adhuc eo quo eidem Luppo de eadem pro-

visum extitit, seu alio quovis modo, et ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem de ea in cuiuscumque manibus, etiam coram notario et testibus in Romana Curia vel extra eam per quemcumque [fl. 236v] sponte factam, vacet, etiam si devoluta aut generaliter vel specialiter reservata, affecta vel litigiosa sit, eidem Alfonso, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante defectu, ad minores ordines promoveri ac beneficium sine cura obtinere posset ordinaria primo, cuius vigore, ad omnes minores promotus, deinde ut ad omnes sacros ordines promoveri et unum ecclesiasticum beneficium, etiam curatum, obtinere posset apostolica fuit auctoritate dispensatum, cuius vigore, ad omnes sacros ordines similiter promotus extitit, provideat, dicto defectu, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur in forma iuris. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Martii, anno decimo.

---

(1) No ms. *meretur*, com sinal de erro.

1086

1427, Março 12

Súplica de Pedro Anes, sacerdote da diocese de Lisboa, e de Pedro Afonso, clérigo da diocese de Braga, respectivamente sobre as igrejas paroquiais de S. Pedro de Polvereira da diocese de Braga e de Santa Maria de Achete da diocese de Lisboa, que desejavam permutar.

Reg. Suppl. 207, fl. 75v.

Beatissime Pater. Cum devoti oratores vestri Petrus Johannis, presbyter Ulixbonensis, beate Marie de Achete Ulixbonensis et Petrus Alfonsi, clericus Bracharensis diocesum, sancti Petri de Polverera parrochiales ecclesias Bracharensis et Ulixbonensis diocesum, quas obtinent, ex causa permutationis in manibus devote creature vestre F[rancisci] electi Gebennensis, cancellariam sancte Romane Ecclesie de mandato V. S. regentis (1), per suos procuratores ex causa permutationis ad invicem faciende et non alias sponte, libere et simpliciter resignarunt ipseque electus et regens resignationes huiusmodi ex causa admiserit antedicta, supplicant S. V. dicti Petrus Johannis et Petrus Alfonsi quatinus, eorum votis annuentes, Petro Johannis de Polverera, cuius quadraginta, necnon Petro Alfonsi de sancte Marie de Achete, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, parrochialibus ecclesiis predictis, sive per huiusmodi resignationem sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* vacent et generaliter vel specialiter reservate, devolute, affecte vel litigiose, litis huiusmodi statum, etc., dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Visensis,

quorum (2) fructus, etc., decem librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, quos prefatus Petrus Alfonsi obtinet, ac gratiis expectativis, si quas habent, in cancellaria latius exprimendis, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur pro utroque, Rome, quarto Idus Martii, anno decimo. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Martii, anno decimo.

---

(1) Francisco de Meez, abade do mosteiro de Santo Eugénio de Juré, da diocese de Lião, regente da chancelaria, bispo eleito de Genebra, em 4 de Março de 1426. Cf. KATTERBACH, Bruno, *Referendarii utriusque signaturae a Martino V ad Clementem IX et praelati signaturae supplicationum a Martino V ad Leonem XIII*, Vaticano 1931 *(Studi e Testi, 55)*, p. 1. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 261.

(2) No ms. *cuius*, com sinal de erro.

1087

1427, Março 12

Súplica de Fernando Belo, clérigo do Porto e nobre, sobre a perpétua porção da igreja paroquial de Santa Eufêmia de Penela da diocese de Coimbra, vacante ou a vagar pela promoção à sé da Guarda de D. Luís da Guerra.

Reg. Suppl. 208, fl. 238v.

Supplicat S. V. devotus vester Fernandus Bello, clericus Portugalensis, de nobili genere procreatus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua portione parrochialis ecclesie sancte Euffemie in villa de Penela Columbriensis diocesis, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, si vacat ad presens per promotionem de persona reverendi patris domini Ludovici ad ecclesiam Egitaniensem (1), apostolica auctoritate factam, vel per munus consecrationis eidem Ludovico impensum, seu cum vacabit per pacificam possessionem administrationis bonorum vel maioris partis ipsorum dicte Egitaniensis ecclesie, per ipsum Ludovicum adeptam, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias predicta portio generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservata vel affecta et inter aliquos in Romana Curia vel extra eam litigiosa existat, habentes huiusmodi litis statum presentibus pro expresso, eidem F[ernando] dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Martii, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.

1088

1427, Março 12

Súplica do nobre Gonçalo Rodrigues de Magalhães, cónego de Lamego, sobre duas porções, uma na igreja paroquial de S. Martinho de Sintra e outra na igreja paroquial de S. Miguel de Sintra, vacantes pela promoção de Luís da Guerra à sé da Guarda.

Reg. Suppl. 208, fl. 275v-276.

Supplicat S. V. devotus orator vester Gundissalvus Roderici de Magalhans, de nobili genere procreatus, canonicus Lamacensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de duabus portionibus, una in sancti Martini de Sintra et alia in sancti Michaelis dicti loci de Sintra parrochialibus ecclesiis Ulixbonensis diocesis, que sine cura sunt et quorum fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacantibus per promotionem domini Ludovici de la Guerra, ultimi eorumdem possessoris, ad ecclesiam Egitaniensem (1), per eamdem S. factam, et munus consecrationis eidem domino Ludovico [fl. 276] auctoritate apostolica impensum, etiam si premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem dicti Ludovici vel alterius cuiuscumque in manibus cuiuscumque in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacent, etiam si tanto tempore vacaverint quod earum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta vel ipse portiones dispositioni eiusdem sedis specialiter vel generaliter reservate, affecte, devolute, aut litigiose, litis statum habentes pro sufficienter expresso, existant, eidem G[undissalvo] dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda dicte ecclesie Lamacensis ac canonicatu et prebenda ecclesie Tudensis necnon parrochiali ecclesia sancti Martini de Valdigem Lamacensis diocesis, quos obtinet et quorum omnium fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, et quod secum ad incompatibilia per certum tempus nondum elapsum obtinendum per sedem apostolicam extitit dispensatum, ac gratiis expectativis, si quas habet, in cancellaria apostolica exprimendis. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Martii, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.

1089

1427, Março 14

Afonso Martins, sacerdote da diocese de Lisboa, pede que Lopo Vasques seja privado da porção de Santa Cruz de Lisboa, por ter morto o seu irmão, para dela ser provido.

Reg. Suppl. 207, fl. 90.

Beatissime Pater. Cum quidam Lupus Velasci, portionarius ecclesie sancte Crucis Ulixbonensis, in fratrem suum homicidium commiserit, dicta portione merito privari meretur, supplicat igitur S. V. devotus vester Alfonsus Martini, presbyter Ulixbonensis diocesis, quatinus alicui probo viro in Romana Curia vel in partibus committere et mandare dignemini quatinus, si per diligentem informationem premissa veritate fulciri repererit, dictum Lupum portione predicta auctoritate apostolica perpetuo privet et ammoveat et nichilominus de ipsa portione, que sine cura est et cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, etiam si actu per privationem huiusmodi aut adhuc eo quo eidem Lupo de eadem provisum extitit, seu alio quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem de ea in cuiuscumque manibus, etiam coram notario et testibus in Romana Curia vel extra eam per quemcumque sponte factam vacet, etiam si devoluta aut alias generaliter vel specialiter reservata, affecta seu litigiosa sit, eidem Alfonso, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante defectu, ad minores ordines promoveri ac beneficium sine cura obtinere posset ordinaria primo, cuius vigore, ad omnes minores promotus, deinde ut ad omnes sacros ordines successive promoveri et unum ecclesiasticum beneficium, etiam curatum, obtinere posset, apostolica fuit auctoritate dispensatum, cuius vigore, ad omnes sacros ordines similiter promotus extitit, provideat (1), dicto defectu, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque constrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur in forma iuris. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Martii, anno decimo.

(1) No ms. sinal de erro.

1090

1427, Março 15

Súplica de Luís Peres e Antão Peres, clérigos da diocese da Guarda, sobre a expedição das letras apostólicas de petição anterior, com extensão a canonicatos e prebendas em igrejas catedrais, metropolitas e colegiadas.

Reg. Suppl. 207, fl. 80v.

Beatissime Pater S. V. devotis oratoribus vestris Ludovico Petri et Antonio Petri, clericis Egitaniensis diocesis, ut non obstante defectu natalium, quem patiuntur de solutis et solutis geniti, quatuor beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura recipere et retinere possent gratiose concessit dispensari, prout in supplicationibus, quarum tenores hic pro sufficienter expressis habere dignemini, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, obstantibus regulis V. S., non concedantur eis canonicatus et prebende in metropolitanis, dignetur S. V. litteras super dictis supplicationibus conficiendas etiam ad canonicatus in metropolitanis, aliis cathedralibus vel collegiatis ecclesiis expediri mandare, prefatis regulis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum pro utroque. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Martii, anno decimo.

1091

1427, Março 15

Álvaro Anes de Torres Novas, clérigo da diocese de Lisboa, que esteve três anos na Cúria Romana, pede as porções de Santa Maria e de S. Tiago de Torres Novas, vacantes pela promoção de Luís da Guerra à sé da Guarda.

Reg. Suppl. 209, fl. 33-33v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alvarus Johannis de Turribus Novis, clericus Ulixbonensis diocesis, qui per tres annos fuit in Curia Romana, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de una sancte Marie, cuius quindecim, ac alia portionibus sine cura sancti Jacobi dicti loci de Turribus Novis originis dicti Alvari, Ulixbonensis diocesis, cuius decem librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacantibus per promotionem domini Ludovici della Guerra (1), earumdem possessoris, per S. V. ad ecclesiam Egitaniensem factam, et munus consecrationis eidem impensum, sive ut premittitur, sive alio quovis modo seu ex alterius cuiuscumque facto vel persona aut per liberam resignationem ipsorum vel aliqua (2) earum in manibus S. V. aut ex alterius cuiuscumque (3) in Romana Curia vel extra eam per quemcumque, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacent, etiam si devolute, aut alias generaliter vel specialiter reservate, affecte vel litigiose sint, eidem A[lvaro] [fl. 33v] misericorditer dignemini providere. Non obstañ gratia expectativa, quam habet, in cancellaria exprimenda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Martii, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro.

1092

1427, Março 15

Súplica de Afonso Rodrigues, doutor em leis, cónego de Lisboa, sobre a perpétua porção da igreja paroquial de S. Vicente de Abrantes da diocese da Guarda, vacante pela promoção de Luís da Guerra à sé da Guarda.

Reg. Suppl. 209, fl. 283-283v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester orator Alfonsus Roderici, canonicus Ulixbonensis, legum doctor, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua

portione in parrochiali ecclesia sancti Vincentii de Abrantes Egitaniensis diocesis, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per promotionem domini Ludovici de la Guerra (1), alias eiusdem S. acoliti, ad ecclesiam Egitaniensem factam, per munus consecrationis eidem domino Ludovico impensum, vel cum vacabit per pacificam possessionem adeptam administrationis bonorum seu maioris partis ipsorum dicte Egitaniensis [fl. 283v] ecclesie, etiam si premisso, vel alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, et si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta et generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservata, affecta aut litigiosa existat, litis statum, etc., pro expresso habentes, eidem Alfonso dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod obtinet canonicatum et prebendam ecclesie Ulixbonensis, quorum fructus, etc., centum librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum predictum non excedunt et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Martii, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.

1093

1427, Março 15

Gonçalo Viegas, sacerdote da diocese da Guarda, solicita a porção da igreja paroquial de Santa Maria de Pedreira da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 210, fl. 278.

Supplicat S. V. devotus vester Gunsalvus Veegas, presbyter Egitaniensis diocesis, quatinus sibi de certa portione parrochialis ecclesie beate Marie de Pederneira Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, que tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta est, sive dicto, sive alio quovis modo vacet, etiam si litigiosa vel alias generaliter vel specialiter reservata sit, dignemini de speciali gratia providere. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Martii, anno decimo.

1094

1427, Março 17

Súplica de Rodrigo Anes de Nães da diocese de Braga sobre as perpétuas porções das igrejas paroquiais de Santa Maria e S. Pedro de Porto de Mós da diocese de Lisboa, vacantes pela promoção de Luís da Guerra à sé da Guarda.

Reg. Suppl. 209, fl. 35v.

Supplicat S. V. devotus vester Rodericus Johannis de Naaes, clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetuis portionibus parrochialium ecclesiarum sancte Marie et sancti Petri de Porto de Moos Ulixboñ diocesis, quarum fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, si vacant ad presens per promotionem domini Ludovici, alias eiusdem S. acoliti, ad ecclesiam Egitaniensem (1), apostolica auctoritate factam, vel per munus consecrationis eidem Ludovico impensum, vel cum vacabunt per pacificam possessionem administrationis bonorum dicte Egitaniensis ecclesie aut maioris partis ipsorum, per ipsum Ludovicum habitam, seu alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vacent, aut tanto tempore vacaverint quod earum collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, sive alias dicte portiones generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservate vel affecte et inter aliquos in Romana Curia vel extra eam litigiose existant, habentes huiusmodi litis statum presentibus pro expresso, eidem Roderico dignemini misericorditer providere, dispensantes secum nichilominus quoad Johannem super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo alias cum eodem Roderico certis modis, in cancellaria declarandis, extitit dispensatum, defectu predicto et gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Aprilis, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.

1095

1427, Março 19

Visto que João Vasques, sacerdote, porcionário da igreja paroquial de S. Bartolomeu de Lisboa, tinha roubado certas jóias e cálices, dinheiro e outras coisas pertencentes a pessoas de Lisboa, ao arcebispo e cabido lisbonenses, tendo fugido do reino de Portugal, João Vasques, sacerdote de Lisboa e porcionário da igreja paroquial de S. Salvador de Alcáçovas da diocese de Évora, pede a dita porção da igreja de S. Bartolomeu de Lisboa.

Reg. Suppl. 207, fl. 149-150.

Beatissime Pater. Cum quidam Johannes Velasci, presbyter, portionarius parrochialis ecclesie sancti Bartholomei Ulixbonensis, dudum, Dei timore postposito, [fl. 149v] nescitur quo spiritu ductus, nisi suadente dyabolo, sue proprie salutis immemor, in noctis silentio, effractis per eum portis sacristie ecclesie Ulixbonensis, in ipsa ecclesia site, ac nonnullis archiviis (1) et sistis (2), in quibus iocalia et vasa argentea et pecunie ad dictam ecclesiam et certos cives Ulixbonenses ac archiepiscopum et capitulum eiusdem ecclesie spectantia et pertinentia conservabantur, ausu sacrilego plurima vasa et iocalia ac calices et patenas argentea ac (3) summam ut dicebatur ducentorum scutorum auri regni Francie ad archiepiscopum, capitulum ecclesiamque et cives prefatos spectantia et pertinentia

furtive cepit et depredatus fuit eosdem et de ipsa sacristia abstulit et furatus extitit illaque sic ablata, capta furtive, furata et depredata, dictam ecclesiam civitatemque Ulixboneñ et regnum Portugalie effugiens, secum detulit, ante biennium, nulla ex post facta restitutione, in anime sue dampnabile detrimentum, propter quod excommunicationis sententiam ipso iure censetur incurrisse et merito omni ecclesiastico beneficio et honore privandus, supplicat S. V. devotus vester Johannes Valasci, presbyter Ulixbonensis, portionarius parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Alcazovas Elborensis diocesis, quatinus alicui probo viro in Romana Curia vel in partibus committere dignemini et mandare quatinus de premissis omnibus summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii se informet et si per huiusmodi informationem premissa repererit fore vera, prefatum Johannem Valasci, sacrilegum, portione perpetua, quam in prefata ecclesia sancti Bartholomei obtinet, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, privet et ammoveat de eadem, necnon dicto Johanni Valasci supplicanti de huiusmodi portione ecclesie sancti Bartholomei, cum per privationem et amotionem huiusmodi vacaverit, etiam si actu alias quovis modo et per dicti Johannis Valasci sacrilegi liberam resignationem in dicta Curia vel extra eam sponte, etiam coram notario et testibus in partibus factam vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta seu alias generaliter vel specialiter reservata existat et super ea in ipsa Curia vel extra lis inter aliquos, cuius statum habentes presentibus pro expresso, pendeat indecisa, provideat et sibi conferat eamdem apostolica auctoritate [fl. 150]. Non obstañ quod idem Johannes Valasci supplicans portionem unam in dicta sancti Salvatoris et aliam in beate Marie de Triara in Alenquerio Ulixbonensis diocesis et quamdam aliam in sancte Marine Ulixboneñ perpetuas portiones sine cura parrochialibus ecclesiis obtinet et quarum omnium fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium similium extimatione predicta valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria declaranda, et cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur in forma iuris. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quartodecimo Kalendas Aprilis, anno decimo.

---

(1) No ms *archinis*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro.

1096

1427, Março 20

Gonçalo Martins, sacerdote da diocese da Guarda, apresentado para a igreja de Santa Maria de Teixoso pelo Infante D. Henrique ao bispo da Guarda D. Gonçalo, o qual a concedera a Fernando Afonso, levada a questão por esse motivo até à Cúria Romana, pede a provisão da igreja, por ela ainda estar vaga.

Reg. Suppl. 209, fl. 77v-78v.

Beatissime Pater, alias parrochiali ecclesia beate Marie de Teyxoso Egitaniensis diocesis per obitum Johannis Martini, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, dominus Enricus, serenissimi principis domini [fl. 78] Johannis, Portugalie regis, tertiogenitus, ad quem pro tunc ex concessione patronorum laicorum vel saltim maioris partis ipsorum eiusdem ecclesie presentatio pertinebat, devotum oratorem vestrum Gundissalvum Martini, presbyterum dicte diocesis, infra tempus a iure statutum ad eamdem ecclesiam quondam domino Gundisalvo, episcopo Egitaniensi (1), ut sibi de eadem provideret presentavit, qui quidem episcopus eumdem Gundisalvum, sic ut premittitur presentatum, non admisit, provisionem huiusmodi sibi facere denegando, quinymo de eadem ecclesia cuidam Fernando Alfonso, asserto clerico dicte diocesis, in ipsius Gundisalvi preiudicium de facto dicitur providisse, a quibus quidem denegatione et provisione fuit pro parte ipsius Gundisalvi ad Curiam Ulixbonensem metropoliticam infra tempus debitum appellatum, unde quidam Valascus Stephani, officialis seu vicarius domini Petri Ulixbonensis archiepiscopi (2), in huiusmodi appellationis causa procedens, predictum Fernandum ab instantia iudicii ut dicitur absolvit, collationem eidem Fernando per predictum episcopum factam approbando, a qua etiam sententia prefatus Gundisalvus ad sedem apostolicam appellavit et causam appellationis huiusmodi episcopo Visensi in partibus obtinuit committi. Cum igitur, Pater Sancte, predicta ecclesia de Teyxoso adhuc vacare credatur, supplicat ideo S. V. devotus vester Gundisalvus prefatus quatinus sibi specialem gratiam facientes, de ecclesia supradicta, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem Johannis pape xxii, que incipit *Execrabilis*, vel *Ad regimen* aut per liberam resignationem, etiam coram notario et testibus factam, vacet, et tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias eadem ecclesia dispositioni apostolice reservata vel affecta et inter alios in Romana Curia vel extra eam litigiosa existat, habentes huiusmodi litis statum presentibus pro expresso, predicto Gundisalvo dignemini misericorditer providere, dicta litis pendentia et parrochiali ecclesia sancti Michaelis de Covillaa, cuius fructus, etc., decem librarum [fl. 78v] similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt annuatim, quam obtinet, et gratia expectativa in cancellaria declaranda, seu quod dicta ecclesia de Teyxoso per eumdem Fernandum indebite occupetur, non obstañ. Cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur, sine preiudicio litis pendentis. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Aprilis, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 883.
(2) Cf. nota 1 do n.º 973.

1097

1427, Março 20

Súplica de Gil Esteves, sacerdote da diocese de Braga, sobre a igreja paroquial de Santa Maria de Campanhã da diocese do Porto, de que tinha sido espoliado pelo deão de Braga e acólito

pontifício, agora promovido à sé da Guarda, D. Luís da Guerra, e sobre a qual andava em litígio com João Lopes.

Reg. Suppl. 209, fl. 106v-107.

Beatissime Pater, alias parrochiali ecclesia sancte Marie de Campanhaa Portugalensis diocesis per obitum quondam Johannis Alfonsi, dicte ecclesie rectoris, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, devotus orator vester Egidius Stephani, presbyter Bracharensis diocesis, vigore gratie expectative, per eamdem S. V. sibi facte, assecutus fuit et postmodum non solum per dominum Ludovicum, decanum Bracharensem, eiusdem S. acolitum, vigore similis gratie, sed etiam nonnullos alios ut dicitur eadem ecclesia extitit spoliatus et ipsius occasione idem Egidius certo sacri palatii apostolici causarum auditori contra quemdam Johannem Lupi, tunc eiusdem ecclesie occupatorem et detentorem, omnesque alios et singulos sua interesse putañ causam committi obtinuit et in ea ad citationis decretum dumtaxat extitit processum. Cum autem, Pater Sancte, ius in dicta ecclesia seu ad eam predicto domino Ludovico, si quod sibi competebat, per munus consecrationis ei impensum ut episcopo Egitaniensi de persona cuius ecclesie predicte Egitaniensi eadem S. providit (1), vacet, et ne in huiusmodi iure novus adversarius eidem surrogetur, igitur supplicat eidem S. V. dictus Egidius quatinus litis et cause huiusmodi [fl. 107] statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, eum in omni iure et ad omne ius, si quod eidem Ludovico, nunc episcopo, in dicta ecclesia parrochiali seu ad eam tempore promotionis et consecrationis huiusmodi competebat aut competere poterat, ac ipsius ecclesie possessionem surrogare seu surrogari mandare sibique de ipso iure, si per huiusmodi promotionem et munus consecrationis actu vacet seu vacavit, providere et provideri mandare necnon ad huiusmodi cause et litis prosecutionem et defensionem admittere et admitti mandare et nichilominus de eadem parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, seu actu (2) ut premittitur vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque facto (3) vel persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem de ipsa per eumdem Ludovicum aut alium quemcumque in V. S. aut alterius cuiuscumque manibus in eadem Curia vel extra eam, etiam coram notario et testibus sponte factam, vacet, seu si devoluta aut alias qualitercumque generaliter vel specialiter reservata aut affecta vel litigiosa sit, eidem Egidio dignemini misericorditer providere. Non obstañ capellania sanctorum Cosme et Damiani in ecclesia sancti Angeli in foro Piscium de Urbe fundata, quam obtinet et que de iure patronatus laicorum existit, cuius fructus, etc., triginta quinque florenorum auri de camera eadem extimatione valorem annuum non excedunt. Constitutionibus, ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus et aliis in contrarium facientibus ac regulis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Aprilis, anno decimo.

---

(1) Luís da Guerra. Cf. nota 1 do n.º 1073.
(2) No ms. *aucu*, com sinal de erro.
(3) No ms. *factu*, com sinal de erro.

1098

1427, Março 20

Súplica de Estêvão Peres sobre a igreja paroquial de Santo Adrião de Ribadavia da diocese de Tui, a que ele tinha sido apresentado juntamente com o cónego de Tui Álvaro Vasques e João de Franqueira, bacharel em artes e clérigo da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 209, fl. 125v-126v.

Beatissime Pater, dudum vacante parrochiali ecclesia sancti Adriani Byeite de Ribadavia diocesis Tudensis per obitum quondam Gometii Laurentii, ipsam obtinentis, extra Romanam Curiam defuncti, abbates et conventus monasteriorum de Melon et sanctorum Claudi et Lupertii de Ribadavia ordinis Cisterciensis eiusdem Tudensis et Auriensis diocesum, pretensi patroni ipsius ecclesie, infra tempus debitum ad eamdem ecclesiam loci Ordinario quosdam Johannem Petri, portionarium ecclesie Tudensis, et Rodericum Johannis, rectorem parrochialis ecclesie beate Marie de Oulmeyra de Ribadavia atque Johannem Petri, pretensum clericum diocesis Tudensis predicte, ut dicitur, insimul non variando sed commulando presentarunt, necnon certi laici patroni eiusdem etiam infra [fl. 126] tempus debitum eidem loci Ordinario ad eamdem ecclesiam devotum vestrum Stephanum Petri et Alvarum Velasci, canonicos eiusdem ecclesie Tudensis, et Johannem de Franqueyra, bachallarium in artibus, clericum diocesis Tudensis predicte, non variando sed commulando presentarunt, ortaque propterea inter presentatos huiusmodi materia questionis de et super dicta ecclesia et eius occasione coram Alfonso Dominici, canthore (1), et Stephano Sugerii, thesaurario, ecclesie Tudensis predicte, in spiritualibus et temporalibus, sede Tudensi vacante, vicariis, iidem cantor et thesaurarius ut dicitur prefatam ecclesiam, perperam in eadem causa procedentes, predicto Roderico Johannis per suam pretensam diffinitivam sententiam adiudicarunt ipsamque eidem contulerunt proptereaque ut asseritur pro parte Stephani et Alvari ac Johannis predictorum ad sedem apostolicam extitit appellatum. Supplicat igitur S. V. Stephanus Petri predictus quatinus cause huiusmodi statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Adriani predicta, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur per obitum dicti Gometii Laurentii, sive quovis modo per quascumque alias personas seu liberam resignationem de eadem in Romana Curia vel extra, etiam coram notario et testibus factam, seu constitutionem *Execrabilis* vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata, affecta seu alias litigiosa seu per dictum Rodericum seu per alium occupata existat, ipsius litis statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, eidem Stephano dignemini providere, necnon iudici in huiusmodi causa deputato seu deputando etiam ipsius cause statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, committere dignemini et mandare quod, si per huiusmodi litis eventus, ei constiterit ecclesiam predictam nulli ex litigantibus predictis de iure deberi, ipsam cum omnibus modis vacationis superius expressis eidem Stephano apostolica auctoritate conferat et assignet ac provideat de eadem. Non obstañ quod ipse quosdam canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie Tudensis [fl. 126v]

ac quod simplex beneficium ecclesiasticum sine cura in parrochiali ecclesia beate Marie de Bayona diocesis Tudensis predicte, quorum fructus, etc., sexcentarum librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere, et gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica declaranda. Cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Aprilis, anno decimo.

(1) No ms. sinal de erro.

1099

1427, Março 20

Súplica do guardião e frades de S. Francisco de Alenquer da Observância sobre a indulgência plenária em artigo de morte, durante cinco anos.

Reg. Suppl. 209, fl. 140v.

Dignetur Sanctitas Vestra devotis oratoribus vestris gardiano et fratribus presentibus et qui erunt usque ad quinquennium monasterii sancti Francisci de Alenquer ordinis (1) Minorum de Observantia Ulixbonensis diocesis plenariam indulgentiam omnium peccatorum suorum, semel tantum in mortis articulo, concedere ut in forma. — *Fiat pro omnibus in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Aprilis, anno decimo.

(1) No ms. *odinis*, com sinal de erro.

1100

1427, Março 24

Súplicas dos Trinitários da Península sobre conservatórias, de forma a não terem de recorrer frequentemente à Santa Sé, para se defenderem dos prelados.

Reg. Suppl. 209, fl. 151v-152v.

Beatissime Pater, cum minister et fratres ordinis sancte Trinitatis in Ispania, in redemptione captivorum christianorum de potestate sarracenorum et infidelium, pro qua incessanter laborant, ac sustentatione domorum, hospitalium pauperum, quarum

circa quodlibet monasterium [fl. 152] dicti ordinis unam videlicet habere dinoscuntur, et in assidua divinorum devota et solempni celebratione multiplicibus continue se exponant laboribus et expensis ac corporalibus subiacere periculis non formident habeantque ad hec sustentandum nonnulla hereditates et bona mobilia et immobilia, que nonnumquam ab eorum convicinis clericis et laicis indebite detinentur et super ipsis quamplurimum per eos molestantur et iniuriantur, super quibus per dyocesanos et alios prelatos et iudices patrie non possunt absque magnis eorum dispendiis consequi iustitie complementum eisque reddatur difficile pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, supplicatur humiliter S. V. pro parte ministrorum et fratrum predictorum quatinus eos sub sedis apostolice protectione suscipientes et vestra, eisque paterno compatientes affectu, certos eis in partibus imperpetuum conservatores et iudices deputare et assignare, qui eos et eorum bona predicta a quibuscumque suis adversariis tueantur et defendant, cum potestate audiendi, cognoscendi, decidendi summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii et fine debito terminandi omnes et singulas causam et causas, quam seu quas ipsi contra quascumque alias personas tam ecclesiasticas quam seculares, cuiuscumque ordinis, dignitatis, status, gradus et conditionis existant, seu aliqua vel alique persona seu persone predicte contra ipsos fratres aut eorum aliquem movent seu movere poterunt quomodolibet in futurum de et super quibuscumque beneficiis, possessionibus bonisque aliis mobilibus et immobilibus, omnibus elemosinis, legatis, iuribus, iurisdictionibus, criminibus et aliis quibuscumque rebus, cum potestate citandi omnes et singulos, quos opus erit citare, et inhibendi etiam sub censuris et faciendi id quod decreverint auctoritate apostolica firmiter observari, etiam invocandi, dum opus fuerit, auxilium brachii secularis, misericorditer dignemini de gratia speciali, etiam si sint eorum adversarii extra dioc. et loca, in quibus deputati fuerint conservatores et iudices prefati ultra unam aut duas dietas. Non obstañ tam felicis recordationis Bonifacii pape octavi de una et duabus dioc. (*sic*) ac de conservatoribus et de numero vocandorum ad iudicium quam aliorum quorumcumque, constitutionibus [fl. 152v] et ordinationibus apostolicis et synodalibus, quam aliis quibuscumque in contrarium facientibus, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ad septennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Aprilis, anno decimo.

1101

1427, Março 25

Mendo Rodrigues de Magalhães, clérigo da diocese de Braga, nobre, pede a confecção das letras apostólicas sobre súplica anterior, relativa à pluralidade de benefícios, quando tinha quatorze anos, enquanto frequentasse o Estudo Geral, apesar de ter omitido a circunstância de ter obtido o canonicato e prebenda de Lamego.

Reg. Suppl. 207, fl. 140.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto vestro Menendo Roderici de Magalhaans, clerico Bracharensis diocesis, ex utroque parente de nobili genere procreato, tunc in

quartodecimo sue etatis anno constituto, ut, defectu etatis huiusmodi non obstante, Studio insistendo, quecumque beneficia ecclesiastica cum cura, etiam si dignitates, personatus, administrationes vel officia etiam electiva et in cathedralibus etiam metropolitanis maiores post pontificales vel collegiatis ecclesiis principales forent, si sibi canonice conferrentur, recipere et quoad viveret retinere libere et licite valeret, de tribus annis dispensavit. Verum, Pater Sancte, per inadvertentiam aut alias omissum fuit exprimere dictum Menendum canonicatum et mediam prebendam ecclesie Lamacensis, in qua medie et integre sunt prebende, et quorum fructus viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, obtinere; dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super huiusmodi dispensationis gratia conficiendas cum expressione huiusmodi non obstañ in cancellaria et alibi ubicumque expediri mandare, cum non obstañ in cancellaria et alibi ubicumque expediri mandare, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Aprilis, anno decimo.

1102

1427, Março 25

O deão e cabido de Lisboa pedem a transcrição de certas letras apostólicas do registo de Bonifácio IX, de que tinham necessidade.

Reg. Suppl. 207, fl. 147v.

Dignetur S. V. quasdam litteras apostolicas, quibus devoti vestri decanus et capitulum ecclesie Ulixbonensis necessario indigent, de registro olim Bonifacii noni, sic in sua obedientia nuncupati (1), ad instantiam dictorum decani et capituli transcribi et in forma provisionis, etc., expediri mandare de gratia speciali. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Aprilis, anno decimo.

(1) Perino ou Pedro Tomacello, protonotário apostólico, criado cardeal do título diaconal de S. Jorge por Urbano VI em Dezembro de 1381, depois cardeal presbítero de Santa Anastásia, eleito papa a 2 de Novembro de 1389, coroado a 9 de Novembro do mesmo ano, com o nome de Bonifácio IX, morto em Roma a 1 de Outubro de 1404. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 24, 25, 39, 50.

1103

1427, Março 25

Os frades de S. Jerónimo do mosteiro de Penha Longa da diocese de Lisboa pedem a faculdade de fundar a capela de Santa Catarina, onde possam celebrar missa, nas casas que possuíam em Lisboa, para aí ficarem quando iam a Lisboa pedir esmola ou tratarem de seus negócios.

Reg. Suppl. 209, fl. 151v.

Supplicatur S. V. pro parte humilium et devotorum vestrorum prioris et conventus monasterii sancti Jeronimi de Petralonga ordinis eiusdem sancti Ulixbonensis diocesis, quatinus etiam specialem gratiam facientes, ut ipsi in quibusdam domibus, quas in civitate Ulixboñ tenent, ad quas recurrunt, cum ad ipsam civitatem pro elemosinis petendis et aliis eorum negotiis expediendis veniunt, quamdam capellam ad honorem Dei et sancte Catherine, in qua fratres ipsius monasterii, cum inibi venerint, missas et alia divina officia celebrare possint, fundare, erigere et construere possint et valeant misericorditer concedere dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat et committatur Ordinario. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Aprilis, anno decimo.

1104

1427, Março 26

Súplica de João Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, sobre a igreja paroquial de S. Miguel de Foz do Arouce da diocese de Coimbra, vacante por Gil Velho possuir indevidamente essa igreja juntamente com a igreja paroquial de Santa Maria de Pernes da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 207, fl. 117v.

Supplicat S. V. devotus vester orator Johannes Gonsalvi, clericus Visensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Michaelis de Foz de Arouce Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., sexaginta florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod quidam Egidius Vetus parrochialem ecclesiam beate Marie de Pernes Ulixbonensis diocesis, pacifice possidens ecclesiam sancti Michaelis predictam, auctoritate ordinaria sibi collatam, fuit pacifice assecutus eamque cum dicta ecclesia beate Marie post et contra constitutionem *Execrabilis* per tres [annos] et ultra detinuit indebite occupatam, fructus percipiendo, prout de presenti detinet, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona aut liberam resignationem eiusdem Egidii vel alterius in Romana Curia vel extra eam sponte factam, vacet, etiam si devoluta, litigiosa vel reservata existat, misericorditer providere dignemini. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Aprilis, anno decimo.

1105

1427, Março 26

Nova súplica de Mendo Rodrigues de Magalhães, clérigo da diocese de Braga, sobre a faculdade de obter quaisquer benefícios eclesiásticos, apesar de então ter quatorze anos, enquanto

frequentasse o Estudo Geral, por ter omitido a circunstância de obter o canonicato e prebenda de Lamego.

Reg. Suppl. 210, fl. 193v.

Beatissime Pater, alias S. V. cum devoto vestro Menendo Roderici de Magalhaans, clerico Bracharensis diocesis, ex utroque parente de nobili genere procreato, tunc in quartodecimo etatis sue anno constituto, ut, defectu etatis huiusmodi non obstante, Studio insistendo, quecumque beneficia ecclesiastica cum cura, etiam si dignitates, personatus, administrationes vel officia etiam electiva in cathedralibus, etiam metropolitanis, maiores post pontificales vel collegiatis ecclesiis principales forent, si sibi canonice conferrentur, recipere et quoad viveret retinere libere et licite valeret de tribus annis dispensavit. Verum, Pater Sancte, per inadvertentiam aut alias omissum fuerit exprimere dictum Menendum canonicatum et mediam prebendam ecclesie Lamacensis, in qua medie ac integre sunt prebende et quorum fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, obtinere; dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super huiusmodi dispensationis gratia conficiendas cum expressione huiusmodi non obstañ in cancellaria et alibi ubique expediri mandare. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Aprilis, anno decimo.

1106

1427, Março 27

Súplicas de Pedro Afonso, clérigo da diocese de Braga, e Pedro Anes, sacerdote de Lisboa, sobre a permuta das igrejas paroquiais de S. Pedro da Polvoreira da diocese de Braga e Santa Maria de Achete da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 207, fl. 172.

Dignetur S. V. litteras apostolicas super quadam permutatione in manibus devote creature vestre F[rancisci], electi Gebennensis, cancellariam apostolicam regentis (1), pro devoto vestro Petro Alfonsi, clerico Bracharensis diocesis, inter ipsum de sancti Petri de Polverera et Petrum Johannis presbyterum Ulixbonensem de beate Marie de Achete parrochialibus ecclesiis Ulixbonensis et Bracharensis diocesum facta conficiendas cum expressione quod dictus Petrus Alfonsi gratiam habet expectativam in dicta cancellaria latius exprimenda et etiam quod alias secum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta sub certa forma, in eadem cancellaria latius exprimenda, auctoritate apostolica dispensatum extitit, expediri mandare gratiose, cum clausulis oportunis. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Aprilis, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1.086.

1107

1427, Março 28

Súplica de Fernando Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Abragão da diocese do Porto e nobre, para reter qualquer benefício eclesiástico com a dita igreja.

Reg. Suppl. 209, fl. 175.

Supplicat S. V. devotus vester Fernandus Alfonsi, rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Abregom Portugalensis diocesis, de nobili genere procreatus, quatinus ipsum speciali prosequentes affectu, ut ipse una cum dicta parrochiali ecclesia iam obtenta, quodcumque aliud, unum dumtaxat ecclesiasticum incompatibile beneficium, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium curatum et electivum in cathedrali etiam metropolitana seu collegiata ecclesia aut altera parrochialis ecclesia existat, si sibi alias canonice conferatur, usque ad decennium libere et licite obtinere et retinere valeat, cum eodem Fernando dignemini misericorditer dispensare, defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum alias certo modo, in cancellaria exprimendo, extitit dispensatum, et generalis concilii, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad quinquennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Aprilis, anno decimo.

1108

1427, Abril 2

Pedro Afonso, sacerdote da diocese de Braga, e Pedro Anes, sacerdote de Lisboa, pedem a confecção das letras apostólicas sobre a permuta da igreja de S. Pedro da Polvoreira da diocese de Braga pela igreja paroquial de Santa Maria de Achete da diocese de Lisboa, com menção de que fora dispensado do impedimento de ilegitimidade e obtivera a graça de dois benefícios incompatíveis.

Reg. Suppl. 207, fl. 231.

Dignetur S. V. litteras apostolicas super quadam permutatione in manibus devote creature vestre Francisci, electi Gebennensis, cancellariam apostolicam regentis (1), pro devoto vestro Petro Alfonsi, presbytero Bracharensis diocesis, inter ipsum de sancti Petri de Polvereira et Petrum Johannis, presbyterum Ulixbonensem, de beate Marie de Achete parrochialibus ecclesiis Ulixbonensis et Bracharensis diocesum facta, conficiendas cum expressione quod dictus Petrus Alfonsi qui defectum natalium patitur de presbytero genitus et soluta sub certa forma ac gratiam dispensationis de duobus incompatibilibus

beneficiis quoad vixerit obtinendis et expectativam per S. V. eidem concessam, in dicta cancellaria declarandam, auctoritate apostolica extitit dispensatum, expediri mandare de gratia speciali, cum clausulis oportunis. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Aprilis, anno decimo

(1) Cf. nota 1 do n.º 1086.

1109

1427, Abril 3

Súplica de Álvaro Anes, perpétuo porcionário da igreja de Tui, sobre a confecção das letras apostólicas relativas ao canonicato e prebenda de Tui.

Reg. Suppl. 207, fl. 190-190v.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto oratori vestro Alvaro Johannis, perpetuo portionario in ecclesia Tudensi, de quibusdam canonicatu et prebenda ipsius ecclesie, tunc certo modo vacantibus, quos quidam Rodericus Alfonsi, assertus clericus Tudensis diocesis, tunc detinebat, prout detinet indebite occupatos, providit seu provideri concessit, prout in supplicatione exinde per eamdem S. signata, cuius tenorem hic habere dignemini pro expresso, plenius continetur. Verum, Pater Beatissime, quia in eadem supplicatione per inadvertentiam fuit obmissum exprimere quod idem canonicatus et prebenda per prefatum Rodericum Alfonsi ut premittitur occupentur, ne igitur, Pater Sancte, littere apostolice [fl. 190v] desuper conficiende prima occasione valeant de surreptione notari, dignetur S. V. litteras apostolicas cum huiusmodi non obstañ videlicet quod ipsi canonicatus et prebenda per prefatum Rodericum Alfonsi indebite occupentur misericorditer expediri mandare. Cum ceteris clausulis opportunis. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Aprilis, anno decimo (1).

(1) Publica-se esta súplica, vista a possibilidade de relação com benefícios ou suplicantes portugueses,

1110

1427, Abril 3

Súplica de Gomes Áfonso, reitor da igreja de Santa Maria de Pero Viseu, da diocese da Guarda, sobre a permuta desta igreja com Estêvão Anes pela igreja paroquial de Santa Maria da Covilhã.

Reg. Suppl. 207, fl. 236v-237.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia beate Marie de Cubiliana Egitaniensis diocesis, ex eo quod Stephanus Johannis, rector prefate, et Gometius Alfonsi, rector beate Marie de Pervisio eiusdem diocesis ecclesiarum, desiderantes illas invicem permutare, in manibus Ordinarii ex causa permutationis huiusmodi resignarunt, idemque Ordinarius, resignationibus huiusmodi admissis, beate Marie de Cubiliana Gometio et Stephano prefatis beate Marie de Pervisio ecclesias predictas contulit auctoritate ordinaria et de illis etiam providit, quarum collationis et provisionis vigore, idem Gometius eamdem ecclesiam de Cubiliana extitit pacifice assecutus, quam tenuit et possedit, prout de presenti tenet et possidet. Cum autem idem Gometius, qui de presbytero genitus et soluta est et cum quo sufficienter dispensatum extitit, dubitat collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, supplicat S. V. idem G[ometius] quatinus sibi de dicta ecclesia de Cubiliana, cuius fructus, etc., octuaginta florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem eiusdem Stephani vel alterius alias in Romana Curia vel extra eam sponte factam vel assecutionem alterius beneficii incompatibilis, quavis auctoritate collati, etiam si devoluta, litigiosa, lis statum, etc., aut reservata existat, misericorditer providere dignemini de novo. Non obstañ gratia expectativa, in [fl. 237] cancellaria exprimenda, et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Aprilis, anno decimo.

1111

1427, Abril 4

Súplica de Fernando de Alpoim, reitor da igreja paroquial de Palmaz da diocese de Coimbra, sobre a perpétua porção da igreja de S. Bartolomeu de fora dos muros de Coimbra.

Reg. Suppl. 207, fl. 236-236v.

Supplicat S. V. devotus vester Fernandus de Alpoy, rector parrochialis ecclesie de Palmaz Colimbriensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de perpetua portione, sita in ecclesia sancti Bartholomei extra muros Colimbrieñ, que sine cura est et cuius fructus, etc., decem florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod de eius vere vacationis modo certa notitia non habetur, [fl. 236v] et tanto tempore vacavit quod eius collatio est ad sedem apostolicam devoluta, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si reservata existat, et super ea inter aliquos in Romana Curia vel extra eam lis, cuius statum etc., pendeat indecisa, eidem F[ernando] misericorditer providere dignemini. Non obstañ predicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., triginta florenorum similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Aprilis, anno decimo.

1112

1427, Abril 8

Luís Garcia, clérigo da diocese de Lisboa, pede as perpétuas porções das igrejas de S. Tiago de Santarém e de S. João de Porto de Mós da diocese de Lisboa, vacantes pela promoção de Luís da Guerra à sé da Guarda.

Reg. Suppl. 209, fl. 249.

Supplicat S. V. devotus vester Ludovicus Garsie, clericus Ulixboñ diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de una in sancti Jacobi de Santarem et alia in sancti Johannis de Portu Molarum parrochialibus ecclesiis perpetuis portionibus fundatis Ulixbonensis diocesis, quarum fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus per promotionem domini Ludovici de la Guerra, sedis apostolice acoliti, ad ecclesiam Egitaniensem (1) factam, et munus consecrationis (2) eidem Ludovico impensum, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per liberam resignationem vacent, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservate, affecte, devolute aut litigiose existant, litis statum, etc., pro expresso, eidem L[udovico] dignemini misericorditer providere. Non obstañ defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum sufficienter dispensatum extitit, ac gratia expectativa, in cancellaria declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Aprilis, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.

(2) No ms. *benedictionis.*

1113

1427, Abril 10

Gonçalo Martins, sacerdote da diocese da Guarda, renova súplica sobre a igreja paroquial de Santa Maria de Teixoso da dita diocese, por ter ocorrido certo erro na súplica anterior.

Reg. Suppl. 207, fl. 200v.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto oratori vestro Gundissalvo Martini, presbytero Egitaniensis diocesis, de parrochiali ecclesia beate Marie de Teyxoso eiusdem diocesis, tunc certo modo vacante, provideri mandavit. Verum, Pater Sancte, propter errorem seu inadvertentiam super huiusmodi gratia supplicationem formantis fuit in ipsa petitione expressum quod causa oppositionis que inter dictum oratorem et quemdam Fernandum Alfonsi, assertum clericum dicte diocesis, occasione dicte diocesis vertebatur, episcopo Visensi (1) ex delegatione apostolica commissa, prout in eadem supplicatione, cuius teno-

rem hic habere dignemini pro expresso, latius continetur, cum tamen non eidem episcopo sed decano Egitaniensis ecclesie extitisset; dignetur igitur eadem S. V. litteras super ipsa provisione conficiendas, predicto errore submoto, cum vera narratione commissionis predicto decano facte per cancellariam apostolicam secundum alias dicte supplicationis tenorem misericorditer expediri mandare. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Aprilis, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 3 do n.º 955.

1114

1427, Abril 10

Fernando de Alpoim, reitor da igreja paroquial de Palmaz da diocese de Coimbra, renova súplica sobre a porção da igreja de S. Bartolomeu de fora dos muros de Coimbra, por não ter mencionado que a dita porção pertence ao direito de padroado de clérigos.

Reg. Suppl. 207, fl. 295v-296.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto oratori vestro Fernando de Alpoy, rectori parrochialis ecclesie de Palmaz Colimbriensis diocesis, de perpetua portione in ecclesia [fl. 296] sancti Bartholomei extra muros Colimbrieñ gratiose provideri concessit, prout in supplicatione, cuius copia hic pro sufficienter expressa habere dignemini, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, per inadvertentiam non sit facta mentio quod dicta portio est de iure patronatus clericorum, dignetur S. V. litteras super dicta supplicatione conficiendas cum dicti iuris patronatus expressione expediri mandare de gratia speciali. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Aprilis, anno decimo.

1115

1427, Abril 12

João Gomes, reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Soengas da diocese de Braga, pede as porções de S. Salvador de Torres Novas, de Santo Estêvão e de Santa Cruz de Santarém da diocese de Lisboa, vacantes pela promoção de Luís da Guerra à sé da Guarda.

Reg. Suppl. 212, fl. 11.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Gometii, rector parrochialis ecclesie sancti Martini de Soengas Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de una sancti Salvatoris de Turribus Novis, cuius sex, et alia sancti Stephani, cuius sex, ac alia portionibus sine cura sancte Crucis Santaraneñ Ulixbonensis diocesis, cuius sex librarum

Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacantibus per promotionem domini Ludovici della Guerra, earumdem possessoris, ad ecclesiam Egitaniensem (1), per S. V. factam et munus consecrationis eidem impensum, sive ut premittitur, sive alio quovis modo seu ex alterius cuiuscumque facto vel persona aut per liberam resignationem ipsarum vel aliqua earum in manibus S. V. aut ex alterius cuiuscumque in Romana Curia vel extra eam per quemcumque, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacent, etiam si devolute aut alias generaliter vel specialiter reservate, affecte vel litigiose sint, eidem Johanni misericorditer dignemini providere. Non obstañ dicta ecclesia, cuius fructus, etc., decem librarum similium communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Aprilis, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.

1116

1427, Abril 12

Súplica de João Beleágua, clérigo e reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Avelãs da diocese de Coimbra, estudante de leis no Estudo de Bolonha, sobre o indulto de não ser obrigado a receber as Ordens sagradas de subdiácono, diácono e presbítero durante sete anos, enquanto estiver no Estudo Geral ou residir na Cúria Romana.

Reg. Suppl. 212, fl. 53v-54.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Beliauga, clericus, rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Avelaas Colimbriensis diocesis, Bononie in legibus studens, quatinus secum ut dicto Studio vel alibi, ubi illud vigeat generale, insistendo aut in Romana Curia residendo, ratione dicte ecclesie sue hinc ad septennium ad sacros subdyaconatus, dyaconatus et presbyteratus ordines se teneatur facere minime promoveri nec ad id a quoquam invitus coartari, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat* [fl. 54] *pro utroque. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Aprilis, anno decimo.

1117

1427, Abril 12

Fernando Vasques, sacerdote da diocese de Braga, pede a igreja paroquial de S. Salvador de Penamaior da diocese do Porto, a que Tiago Afonso se propunha resignar, ou o direito a ela.

Reg. Suppl. 218, fl. 166-166v.

Beatissime Pater, cum quidam Jacobus Alfonsi, rector parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Penna Maiori Portugalensis diocesis, ipsam ecclesiam sive omne ius sibi et ad eumdem quomodolibet (1) competens resignare proponat, supplicat S. V. devotus vester Fernandus Valasci, presbyter Bracharensis diocesis, quatinus alicui probo viro partibus in illis committere dignemini et mandare ut huiusmodi resignationem, si illam dictus Jacobus sponte facere voluerit, extra Romanam Curiam et in partibus auctoritate apostolica recipiat et admittat eaque recepta et admissa dictam ecclesiam sive omne ius prefato Jacobo in et ad illam quomodolibet competens, cuius fructus, etc., viginti sex librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum eam per dicti Jacobi liberam (2) resignationem faciendam ut prefertur vacare contigerit, etiam si actu per quondam Ludovici Petri seu Valasci Johannis obitus, extra dictam Curiam defunctorum, seu liberam resignationem fratris Emanuelis, extra eamdem Curiam, etiam coram notario et testibus sponte factam aut faciendam, vel alias quovis modo, seu ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem *Execrabilis*, sive eo quod dictus Jacobus prefatam ecclesiam per annum et amplius, legitimo (3) cessante impedimento, se non fecit ad sacerdotium promoveri, nulla desuper dispensatione canonica obtenta, obtinens vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis [fl. 166v] statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta vel alias generaliter aut specialiter reservata existat et super ea in dicta Curia vel extra eam inter aliquos et presertim inter dictum Jacobum reum et possessorem et quemdam Johannem Egidii, assertum clericum, actorem in predicta Curia vel extra eam in partibus lis, cuius statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, prefato Fernando conferat auctoritate predicta et sibi provideat de eadem, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Aprilis, anno decimo.

---

(1) No ms. *quemlibet*, com sinal de erro.
(2) No ms. *libere*, com sinal de erro.
(3) No ms. *legitime*, com sinal de erro.

1118

1427, Abril 13

D. Luís, bispo eleito e confirmado de Lamego, pede para não ser obrigado a receber a sagração episcopal durante um ano, a contar do dia da tomada de posse da diocese.

Reg. Suppl. 212, fl. 9v.

Supplicat S. V. humilis et devota factura vestra Ludovicus, electus confirmatus ecclesie Lamacensis (1), quatinus sibi ad recipiendum munus consecrationis usque ad annum, a die habite possessionis pacifice dicte Lamacensis ecclesie et administrationis bonorum

eiusdem computandum, minime teneatur, concedere et indulgere dignemini de gratia speciali, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstañ quibuscumque, cum clausulis oportunis, ut in forma. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Aprilis, anno decimo.

(1) D. Luís Gonçalves do Amaral, cónego de Viseu, nomeado bispo de Lamego por Martinho V em 5 de Junho de 1426, transferido para a sé de Viseu em Setembro de 1430. Foi nesta qualidade ao Concílio de Basileia em 1433 e nomeado pelo Concílio embaixador ao rei de Portugal e ao duque de Borgonha em Julho do mesmo ano. Designado com outros, em Novembro de 1435, embaixador de D. Duarte ao Concílio, seguiu o partido conciliarista, contra a vontade do monarca, sendo encarregado de várias embaixadas, inclusive aos Gregos, ao mesmo tempo que o bispo do Porto D. Antão Martins, o foi em nome do papa e conseguia a vinda dos mesmos Gregos ao Concílio de Ferrara-Florença. Eugénio IV privou-o da diocese de Viseu a 9 de Setembro de 1439. O antipapa Félix V nomeou-o cardeal em 6 de Abril de 1444. Cf. ANTÓNIO DOMINGUES DE SOUSA COSTA, *O Infante D. Henrique na Expansão portuguesa*, Braga, 1960, p. 37-38, nota 102, docum. XV. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 291. II, Monasterii, 1914, p. 10, 269.

1119

1427, Abril 13

Álvaro Gonçalves, clérigo da diocese de Évora, estudante no Estudo Geral de Lisboa, dispensado do impedimento de ilegitimidade, filho de um nobre solteiro, pede dispensa para ser promovido a todas as Ordens e obter a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 212, fl. 120v.

Supplicat S. V. devotus vester Alvarus Gunsalvi, clericus Elborensis diocesis, in Studio Ulixbonensi generali studens, de nobili genere procreatus militari, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de nobili milite soluto genitus et soluta, clericali caractere (1) insigniri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere auctoritate ordinaria extitit dispensatum, cuius vigore, clericali caractere fuit insignitus, quatinus sibi uberiorem gratiam facientes, quod, non obstante huiusmodi defectu, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia, etiam si huiusmodi dignitates, etc., maiores in metropolitanis et cathedralibus aut collegiatis ecclesiis principales, etiam si curate et elective existant, recipere et retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium vel beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, recipere et retinere possit dispensare dignemini de gratia speciali, generalis concilii ac constitutionibus apostolicis, statutis (2) et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus beneficia fuerint, contrariis non obstantibus quibuscumque et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Aprilis, anno decimo.

(1) No ms. vem repetida a palavra *caractere.*

(2) No ms. vem a mais a palavra *ne.*

1120

1427, Abril 14

Rui Dias, cónego de Braga, presente na Cúria Romana, propondo-se fundar dois hospitais ou albergarias, um para mulheres e outro para homens pobres, e aumentar a igreja de Santa Maria de Azinhoso da diocese de Braga, muito concorrida de fiéis, pede indulgências para os que contribuirem para a restauração da dita igreja, com faculdade de certas pessoas pedirem esmolas para esse fim, sem licença de qualquer Ordinário.

Reg. Suppl. 212, fl. 16v-17.

Beatissime Pater. Cum ad ecclesiam beate Marie de Azinhoso Bracharensis diocesis, in qua Deus omnipotens sua misericordia et clementia ac meritis sanctissime Virginis Marie, eius genitricis, multa et assidua miracula et prodigia frequentius dignatus est peccatoribus demonstrare, peregrinationis seu devotionis causa christifideles frequenter concurrunt et propterea devotus vester Rodericus Didaci, canonicus Bracharensis, eiusdem ecclesie perpetuus beneficiatus, cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare ut predictorum fidelium devotio in eadem ecclesia uberius peraugeat, inibi duo hospitalia, unum pro pauperum debilium et miserabilium personarum virorum, aliud vero pro similium feminarum receptione, consolatione, refrigerio et recreatione construere necnon ecclesiam prefatam reparare, ampliare et nobilitare ac eius maiorem capellanum cum testitudine seu volta ex magnis lapidibus campanileque et claustrum fundare et facere proponat et huiusmodi suum laudabile propositum de fructibus, etc., prefate ecclesie, cuius (1) centum florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, absque ipsorum christifidelium caritatis subsidiis sedisque apostolice indulgentiarum elargitione (2) commode adimplere non potest, supplicat S. V. predictus Rodericus, qui presens est in Curia Romana quique in hoc laudabili proposito est per S. V. confovendus, quatinus ut ipse in terris et dominiis dictionis serenissimi principis regis Portugalie illustris subiectis, in quibus miracula et prodigia predicta nota sunt, personas honestas que in ecclesia et aliis locis etiam publicis ac hostiatim quorumcumque Ordinariorum licentia minime petita vel obtenta, pro constructione, reparatione, fundatione et fabrica premissorum aut pauperum predictorum recreatione, [fl. 17] refectione a predictis christifidelibus caritativas et pias elemosinas petere, exigere atque recipere valeant ponere et deputare possit licentiam et facultatem impertiri necnon ut predicti christifideles ad huiusmodi elemosinas pro piis operibus supradictis dandas favorabilius inducantur, quibuscumque christifidelibus predictis easdem elemosinas elargentibus, totiens quotiens premissa fecerint, tres annos et totidem quadragenas vere indulgentie concedere et de eis iniunctis penitentiis (3) dignemini in Domino misericorditer relaxare. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis seu aliis in sinodalibus generalibus aut provincialibus aliisque in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, preterquam de indulgentia, et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Maii, anno decimo.

(1) No ms. *cum.*
(2) No ms. *elarcione*, com sinal de erro.
(3) No ms. *pms*, com sinal de erro.

1121

1427, Abril 14

Súplica de Antão Rodrigues, perpétuo porcionário da igreja de S. Bartolomeu de fora dos muros de Coimbra, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, sobre quatro benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 212, fl. 17.

Beatissime Pater, dignetur S. V. cum devoto vestro Antonio Roderici, perpetuo portionario in ecclesia sancti Bartholomei extra muros Colimbrieñ, ut non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta et super quo ut ad minores et unum sine cura ordinaria primo et deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et aliud, etiam si curam haberet animarum, beneficia ecclesiastica recipere et retinere licite posset apostolica extitit auctoritate dispensatum, post quam dispensationem promotus ad minores ordines, prefatam portionem predictam, cuius fructus, etc., decem florenorum auri secundum extimationem valorem annuum non excedunt, extitit pacifice assecutus, quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et prebende in cathedralibus metropolitanis et aliis collegiatis ecclesiis fuerint, recipere et quoad vixerit retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi, etc., libere et licite possit et valeat, misericorditer dispensare, defectu predicto, Pictavensis concilii (1), constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

... ...

[fl. 17v]

... ...

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Maii, anno decimo.

(1) No ms. *consilii*, com sinal de erro.

1122

1427, Abril 14

Gonçalo Rodrigues de Guimarães, reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Valdigem da diocese de Lamego, cónego de Lamego e de Tui, pede o indulto de receber os rendimentos de seus benefícios, sem a obrigação da residência pessoal, enquanto residir no Estudo Geral ou na Cúria Romana.

Reg. Suppl. 212, fl. 107v.

Supplicat S. V. devotus vester Gundissalvus Roderici de Magalhans, rector parrochialis ecclesie sancti Martini de Baldigem Lamacensis diocesis, ac Tudensis et Lamacen-

sis ecclesiarum canonicus, quatinus sibi ut fructus, etc., dictorum suorum beneficiorum et aliorum quorumcumque, que nunc in quibuscumque ecclesiis sive locis obtinet et imposterum obtinebit, in Romana Curia aut Studio, in quo illud vigeat generale, residendo, cum ea integritate recipere, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperet, si in ecclesiis aut locis huiusmodi personaliter resideret, quoad vixerit, nec ad residendum in ecclesiis sive locis ipsis a quoquam invitus minime valeat coartari, indulgere dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis nequaquam obstantibus. Cum clausulis oportunis.

... ...

Fiat pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Maii, anno decimo.

1123

1427, Abril 15

Diogo Afonso, filho de Afonso Lourenço de Guimarães e clérigo da diocese de Braga, pede a confirmação do arrendamento, aprovado pelo arcebispo de Braga, que lhe fizera o abade D. Martinho Árias e os monges do mosteiro de Santo Tirso de Ribadave das terras pertencentes à igreja de Vila Nova das Infantas da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 212, fl. 50v.

Beatissime Pater, nuper devoti V. S. oratores dompnus Martinus Arie, abbas et conventus monasterii sancti Tirsi de Ripa[da]vis (1) ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, invicem congregati et capitulum, ut moris [est] (2), invicem inientes, pro utilitate et bono sui monasterii, fructus, etc., terras, domos, decimas, prata, pascua et alia bona, ad ecclesiam de Villa Nova das Infantas Bracharensis diocesis pertinentia et spectantia, in implazamentum et emphiteosim devoto vestro Didaco Alfonsi, filio Alfonsi Laurentii de Guimaranis, clerico Bracharensis diocesis, quoad viveret pro certa summa, annis singulis abbati et conventui (3) monasterii predicti (4), pro tempore existentibus, sub certis modis et formis persolvendis, prout facere poterant, unanimiter contulerunt et dederunt idemque Didacus ante ipsius obitum aliam personam nominare, qui in huiusmodi concessione pari forma succederet, quod etiam similiter per eam nominandus ante sui obitum facere possent et debere[n]t ipsamque concessionem et emphiteosim per dominum archiepiscopum Bracharensem hinc inde confirmari voluerunt, qui archiepiscopus, videns ea esse in utilitatem dicti monasterii, confirmavit et approbavit, prout hec et alia in instrumentis publicis et litteris inde confectis, quarum tenores hic habere dignemini pro sufficienter expressis, plenius continetur. Et ut premissa maiorem valeant roboris habere firmitatem, supplicat S. V. prefatus Didacus, qui premissorum vigore bonorum, etc., predictorum possessionem extitit assecutus, quatinus donationem, assecutionem, pacta, conventionem predictam et inde secuta rata et grata habentes, ea omnia et singula ex certa vestra scientia [auctoritate] (5) apostolica confirmare ac omnes et singulos defectus, si qui intervenerint in

eisdem, sedi apostolice potestatis plenitudine supplere dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, si in evidentem et de consensu. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Maii, anno decimo.

(1) No ms. *Ripanis.*
(2) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *est.*
(3) No ms. vêm repetidas, mas riscadas, as palavras *annis singulis abbati et conventui.*
(4) No ms. *predictis.*
(5) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *auctoritate.*

1124

1427, Abril 17

Afonso Nogueira, professo da Observância de Lisboa, nobre, desejando ser promovido a todas as Ordens, pede o indulto de poder receber todas as Ordens sacras de qualquer bispo na Cúria Romana.

Reg. Suppl. 212, fl. 45v-46.

Beatissime Pater. Cum devotus V. S. orator Alfonsus Nogueyra, acolitus, professus Observantie Ulixboñ, de nobili genere procreatus, terrena derelinquens et thesaurum in celestibus recondere satagens, ad omnes ordines magno devotionis zelo cupiat promoveri, ut in eorum ministerium exercendum gratum Altissimo valeat impendere famulatum, supplicat igitur eidem S. V. dictus orator quatinus ipsum in hoc suo laudabili proposito favorabiliter annuentes, [fl. 46] sibi ut ab aliquo domino antistite in Romana Curia, quem duxerit eligendum, ad omnes sacros ordines promoveri, etiam una et eadem die extra tempora a iure statuta licentiam et facultatem concedere dignemini, temporibus a iure statutis, constitutionibus et ordinationibus, consuetudinibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis, attento, Pater Sancte, quod in redditibus hereditariis, ex quibus commode sustentari potest, mille florenos auri annuatim habere dinoscitur. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo quinto Kalendas Maii, anno decimo.

1125

1427, Abril 17

D. Luís, bispo da Guarda, solicita o indulto para os seus familiares não serem obrigados à residência pessoal nos benefícios e receberem integralmente os proventos, mesmo que não tenham feito ainda a primeira residência.

Reg. Suppl. 212, fl. 49v.

Supplicat S. V. humilis et devota creatura vestra Ludovicus, episcopus Egitaniensis (1), quatinus ut eius familiares continui commensales presentes et qui erunt pro tempore, dum in eius servitio actu extiterint, fructus, etc., beneficiorum suorum omnium que nunc obtinent aut imposterum obtinebunt, cum ea integritate, in eorum absentia, percipere valeant, qua ipsos perciperent si in ipsis beneficiis seu eorum ecclesiis personaliter residerent, etiam si primam nondum fecerunt aut fecerint residentiam (2) quodque, ne interim a quoquam inviti ad residendum in eisdem valeant coartari atque etiam huiusmodi fructus, etc., quibusvis personis, etiam laicis, cum quibus suam et beneficiorum ipsorum conditionem facere poterunt meliorem, arrendandi licentiam et facultatem concedere et largiri dignemini de gratia speciali, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum et diocesum, in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint, etiam iuramento, confirmatione apostolica, etc., roboratis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat de quatuor ad quinquennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Maii, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.
(2) No ms. sinal de erro.

1126-1127

1427, Abril 17

D. Luís, bispo da Guarda, pede o indulto de criar quatro tabeliães, com todos os privilégios dos notários apostólicos.

Reg. Suppl. 212, fl. 50-50v.

Beatissime Pater. Cum alias cathedralis ecclesia Egitaniensis sub invocatione beate Marie Virginis extra muros Egitanieñ notabiliter fundata, etc., idcirco humilis et devota factura vestra Ludovicus eiusdem ecclesie episcopus (1), S. V. humiliter supplicat, etc. (2).

1127. Item supplicat S. V. Ludovicus episcopus prefatus quatinus ut ipse quatuor viris ydoneis quos duxerit eligendos, tabellionatus officia concedere ipsosque auctoritate apostolica notarios creare valeat, qui ubique instrumenta publica conficere atque omnibus privilegiis, libertatibus et immunitatibus, quibus ceteri notarii apostolici gaudent, uti valeant [fl. 50v] et gaudere sibi indulgere et concedere dignemini de gratia speciali, cum clausulis oportunis, ut in forma. — *Fiat infra annum. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Maii, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.
(2) Na margem esquerda do texto: *Non continuata, quia cassata in originali.*

1128

1427, Abril 17

Lourenço Anes, reitor da igreja paroquial de S. Salvador de Elvas, solicita o indulto de rezar o Ofício divino segundo o costume da Cúria Romana, enquanto residir nela ou em algum dos seus benefícios.

Reg. Suppl. 212, fl. 85.

Item supplicat S. V. devotus vester Laurentius Johannis, rector parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Elbis Elborensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, ut ipse in Romana Curia aut altero beneficiorum suorum, que nunc obtinet et imposterum obtinere contigerit, vel alio quocumque loco residendo, horas canonicas seu divinum officium secundum morem, usum et ordinationem Romane Curie institutum et ordinatum dicere et celebrare possit et valeat quoad vixerit licentiam concedere dignemini absque aliarum super huiusmodi petitione confectione litterarum, statutis et ordinationibus, consuetudinibus et constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Maii, anno decimo.

1129

1427, Abril 17

Súplica de João Anes, clérigo da diocese de Braga, sobre a privação, a seu favor, da porção de S. Bartolomeu de Lisboa, contra João Vasques, acusado de furto de coisas sagradas.

Reg. Suppl. 213, fl. 37v-38.

Beatissime Pater. Cum quidam Johannes Velasci, portionarius ecclesie sancti Bartholomei Ulixboñ, in rebus sacris et non sacris furtum dampnabiliter commiserit, propter quod dicta sua portione perpetua privari meretur, supplicat igitur V. S. devotus vester Johannes Johannis, clericus Bracharensis diocesis, quatinus alicui probo viro in partibus committere et mandare dignemini ut, si per diligentem informationem premissa veritate fulciri repererit, dictum Johannem Velasci portione sua predicta auctoritate apostolica perpetuo privet et ab eadem amoveat, de eaque, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum ut premittitur vel alias quovis modo seu ex alterius cuiuscumque facto vel persona seu per liberam resignationem de ea per ipsum Johannem Velasci aut alium quemcumque in Romana Curia vel extra eam in V. S. aut alterius cuiuscumque manibus, etiam coram notario et testibus sponte factam, vacet, etiam si devoluta aut generaliter vel specialiter reservata, affecta vel litigiosa sit, litis statum, etc., eidem

Johanni Johannis provideat. [fl. 38]. Non obstante gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, in forma iuris. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Maii, anno decimo.

1130

1427, Abril 21

Súplica de Artur Gonçalves, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Faia da diocese de Braga, sobre a igreja paroquial de Santa Comba de Monte Longo da dita diocese, vacante pela promoção de certa pessoa ao priorado conventual do mosteiro de S. Torcato da Ordem de Santo Agostinho.

Reg. Suppl. 210, fl. 22-22v.

Supplicat S. V. devotus vester Arturus Gundissalvi, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Faya Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Columbe de Monte Longo dicte diocesis, cuius fructus, etc., viginti trium librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum ut creditur non excedunt, vacante per promotionem de persona cuiusdam, cuius nomen in cancellaria declarandum hic habere dignemini pro expresso, ad prioratum conventualem sancti Torquati ordinis sancti Augustini eiusdem diocesis ordinaria auctoritate factam seu pacificam possessionem per eumdem, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem Johannis pape vicesimi secundi, que incipit *Execrabilis*, vel per resignationem de eadem coram notario et testibus factam aut religionis predicti ingressum et per professionem per canonicos regulares eiusdem ordinis emitti solitam vacet, et tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias dicta ecclesia sancte Columbe sedi apostolice specialiter reservata vel affecta aut inter aliquos in Romana Curia vel extra eam litigiosa existat, cuius litis statum hic habere dignemini pro expresso, eidem Antonio dignemini misericorditer providere, dicta parrochiali ecclesia de Faya, cuius etiam fructus, etc., decem et octo librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt annuatim, et quadam gratia expectativa, in cancellaria declaranda, quam habet, non obstañ, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo [fl. 22v] Kalendas Maii, anno decimo.

1131-1132

1427, Abril 26

Súplicas dos clérigos e sacerdotes, do reino de Portugal, a viverem segundo o uso e costume dos cónegos de S. Jorge de Alega de Veneza, a pedir ao papa confirme a concessão que o arcebispo

de Braga lhes fizera do mosteiro de Vilar de Frades, e conceda a indulgência plenária em artigo de morte a todos os priores e presbíteros da Congregação, presentes e futuros.

Reg. Suppl. 212, fl. 121-121v.

Beatissime Pater, cum dudum, vacante monasterio in Villar de Frades ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis per obitum ultimi eiusdem abbatis, cuius nomen in confectione litterarum exprimetur, etiam a plurimis retroactis temporibus ad tantam desolationem redactum quod propter exilitatem fructuum in illo dumtaxat abbas cum uno fratre monacho, interdum solus cum familiari unico degebat, quod attendens reverendus pater dominus Fernandus modernus archiepiscopus Bracharensis (1) et provide prospiciens divinum cultum in dicto monasterio penitus diminui et extingui nec in divinis deserviri fructusque, redditus et proventus distrahi et alienari, nonnullis clericis et presbyteris, in regno Portugalie ad modum, usum et consuetudinem clericorum et presbyterorum in ecclesia sancti Georgii dAlega in Venetiis Castellane diocesis degentium et viventium, degentibus, cupiens divinum cultum non diminui sed augeri, prout ex debito pastoralis officii sibi incumbit, et indempnitatibus dicti monasterii providere illudque pro habilitatione eorum deputavit et concessit dictis clericis et presbyteris ut in illo residere, divina celebrare officia et decantare et in divinis deservire ac fructus, redditus et proventus ad dictum monasterium spectantes et pertinentes recipere, levare, exigere et habere ac in suos proprios usus convertere libere et licite valeant (2) et illos eisdem assignavit. Supplicant igitur S. V. clerici et presbyteri prefati quatinus deputationem, concessionem et assignationem predictas cum omnibus inde secutis rata habentes et grata, ex certa scientia confirmare, supplentes omnes et singulos defectus, si qui intervenerint in premissis, et ex superhabundanti cautela predictum monasterium, in quantum opus est, sic ut premittitur vacans per obitum prefati abbatis, extra Romanam Curiam defuncti, et illius regiminis et administrationis bonorum possessionem clericis et presbyteris prefatis, qui per prius certa carebant mansione, pro eorum habitatione de novo deputare eisque ut fructus, redditus et proventus et eiusdem regiminis et administrationis bonorum possessionem cum omnibus proventibus, iuribus, obventionibus et emolumentis ad illud spectantibus et pertinentibus recipere et in suos et dicti monasterii usus convertere concedere et illos ac illa eis assignare necnon ut dictum monasterium in divinis deservire, alicuius licentia desuper minime requisita, libere et licite valeant, dignemini misericorditer indulgere. Constitutionibus et ordinationibus [fl. 121v] apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

1132. Item dignetur S. V. omnibus et singulis prioribus sive rectoribus ac presbyteris et electis predictis qui sunt pro tempore et fuerint de illorum commercio et societate, tam presentibus quam futuris, et eorum cuilibet, concedere plenam remissionem in mortis articulo de gratia speciali. — *Fiat pro presentibus in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Maii, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 840.

(2) No ms. sinal de erro.

1133

1427, Maio 1

Rui Dias, deão de Braga, solicita o deado de Lisboa, vacante por morte de Dionísio Anes.

Reg. Suppl. 212, fl. 161.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Rodericus Didaci, decanus Bracharensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de decanatu ecclesie Ulixbonensis, qui dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem in eadem ecclesia existit, cuius fructus, etc., trecentorum viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ad presens per obitum quondam Dyonisii Johannis, ipsius decanatus ultimi possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, sive alio quovis modo seu ex alterius cuiuscumque facto vel persona, aut [per] liberam resignationem ipsius in manibus S. V. aut alterius cuiuscumque, in Romana Curia vel extra eam per quemcumque, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si devolutus aut alias generaliter vel specialiter reservatus, affectus (1) vel litigiosus sit, eidem Roderico dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicto decanatu et parrochiali ecclesia sancti Martini de Campo Bracharensis diocesis et canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis et beneficio perpetuo sine cura beate Marie de Azinhoso dicte Bracharensis diocesis ac portione sine cura in ecclesia sancti Salvatoris de Turribus Novis Ulixbonensis diocesis, quos obtinet, et canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis, quorum (2) possessionem non habet, et super quibus intendit litigare et quorum omnium fructus, etc., quadringentarum librarum predictarum simili (3) extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia de duobus incompatibilibus et gratia expectativa, in cancellaria exprimenda; paratus est, dum, etc., dimittere dictum decanatum Bracharensem, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum predicte monete valorem annuum non excedunt. Et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Maii, anno decimo.

---

(1) No ms. *effectus*, com sinal de erro.
(2) No ms. *cuius*.
(3) No ms. *similium*, com sinal de erro.

1134

1427, Maio 3

João Afonso, reitor da igreja paroquial de Paredes da diocese de Lamego, já dispensado do impedimento de ilegitimidade para ser promovido a todas as Ordens e obter quaisquer benefícios eclesiásticos, pede a graça de reter e permutar a dita igreja e a chantria de Coimbra.

Reg. Suppl. 212, fl. 112v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus vester Johannes Alfonsi, rector parrochialis ecclesie de Paredes Lamacensis diocesis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad minores ordinaria primo et deinde ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium curatum obtinere valeret et deinde ut quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, etc., similiter obtinere libere et licite valeret postmodum ut cum dicta parrochiali ecclesia unum aliud quodcumque beneficium ecclesiasticum curatum seu alias incompatibile, etc., recipere et per quinquennium retinere ac quotiens vellet permutare libere et licite valeret, etiam apostolica extitit auctoritate dispensatum, prout in litteris omnibus desuper confectis, quarum tenores hic pro expressis habere dignemini, plenius continetur, quatinus secum qui parrochialem ecclesiam predictam et cantoriam, que dignitas, non tamen maior post pontificalem existit, ac canonicatum et prebendam ecclesie Colimbriensis, quorum omnium fructus, etc., centum florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, obtinet, parrochialem ecclesiam et cantoriam predictas quoad vixerit retinere illasque simul vel successive etiam dimittere et quotiens voluerit permutare, etc., ut supra, possit et valeat misericorditer dispensare de amplioris dono gratie dignemini, generalis concilii, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Nonas Maii, anno decimo.

1135

1427, Maio 3

Concessão por motu proprio *a Lopo Vaz da Cunha, acólito pontifício e nobre, do deado de Braga, vacante pela promoção de D. Luís, bispo da Guarda.*

Reg. Suppl. 212, fl. 172-173.

Motu proprio providemus dilecto filio Lupo Valasci de Cunha, acolito nostro, de nobili genere ex utroque parente [fl. 172v] procreato, de decanatu Bracharensis ecclesie, qui inibi dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem existit cuiusque fructus, etc., centum triginta librarum Turonensium parvorum, ut accepimus, secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, de quo per promotionem per nos nuper de persona venerabilis fratris nostri Ludovici, episcopi Egitaniensis (1), tunc electi, ad ecclesiam Egitaniensem factam, vacante vel vacaturo, cuidam Roderico Didaci gratiose providimus seu concessimus provideri cuique, possessione per eum non habita, de decanatu ecclesie Ulixbonensis similiter providimus seu concessimus provideri, munere consecrationis interim eidem episcopo apud sedem apostolicam impenso, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem, etiam coram notario publico et testibus vel assecutionem incompatibilis vacet, etiam si ipse decanatus Bracharensis specialiter

vel alias generaliter reservatus dispositioni apostolice seu affectus, devolutus aut in Romana Curia vel extra eam litigiosus, cuius litis statum, etc., existat. Non obstañ parrochiali ecclesia sancte Marie de Lourinnaa Ulixbonensis diocesis necnon monasterio sancti Andree de Randufe ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, sibi ex concessione apostolica commendato ad vitam, quos obtinet, quorum fructus, etc., trecentarum librarum Turonensium similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, ac iure quod habet in archidiaconatu de Barroso in dicta ecclesia Bracharensi, de quo nuper gratiose sibi concessimus provideri et quem seu ius huiusmodi in eventum assecutionis dicti decanatus Bracharensis ipsum Lupum dimittere volumus, et gratia expectativa ac dispensatione ad certa incompatibilia retinenda, in cancellaria exprimenda, non obstañ, dispensantes cum eodem Lupo ut dictum decanatum Bracharensem obtinere una cum commenda ac parrochiali ecclesia predictis quoad vixerit retinere valeat, cum licentia permutandi, totiens quotiens, etc., Lateranensis [fl. 173] concilii, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat motu proprio et dispensamus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Nonas Maii, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.

1136

1427, Maio 3

O Infante D. Duarte pede o indulto de receber os dízimos de certas terras dos confins de Santarém e de certa ponte até à vila de Azambuja, terras essas que se esforçava por tornar férteis.

Reg. Suppl. 212, fl. 215-215v.

Beatissime Pater, cum devotissimus S. V. filius Eduardus, serenissimi principis domini Johannis Portugalie et Algarbii regis natus, primogenitus, in confinibus sive limitibus opidi Sanctarenensis et pontis de Aceca usque ad villam de Azambuia (1) Ulixbonensis diocesis nonnullas terras a tanto tempore quod memoria hominum contrarii (2) non existit, cuiusdam ingentis fluvii inundatione assidue submersas adeo quod aqua terris crebo supermanabat et desctructas, non sine magnis laboribus et expensis recuperaverit illasque, ne fluminis impetu et inundatione uti prius pereant et submergantur, potentia, laboribus et sumptibus immensis conservaverit et ut melius et facilius queant conservari, quoddam propugnaculum vivis ex lapidibus valde sumptuosum edificari et conductus aquarum ac fossata lata et longa de novo fodi fecerit ad illarum conservationem, proponatque illas coli, ut fructus afferant, facere et arari quam primum inbibite aque fuerint desicate et cupiat fructus terrarum huiusmodi et ex illis provenientes decimas que ex illis quod de hoc notitia vel memoria hominis existat persolvi non consuevere, certis ecclesiis bene indigentibus assignare et donare pro divini cultus augmento, supplicat igitur S. V. [fl. 215v]

humiliter et devote prefatus Eduardus ut ipse ad conservandum terras predictas, ne deinceps submergantur, et alias similiter submersas et destructas recuperare ferventius animetur, quatinus sibi ut decimas ac fructus huiusmodi terrarum et aliarum quarumcumque, quas in futurum eum recuperare ac coli et facere arari contigerit terrarum ex illis provenientibus quibusvis ecclesiis, de quibus sibi videbitur, applicare, donare et assignare possit et valeat, attento quod ex illis huiusmodi terris ut prefertur decime non solvuntur, de quo notitia vel memoria hominis existat, licentiam concedere dignemini et facultatem de gratia speciali, in contrarium editis et facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur de recuperatis et committatur archiepiscopo Bracharensi. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Nonas Maii, anno decimo.

---

(1) No ms. *Azeanbuia.*
(2) No ms. sinal de erro.

1137

1427, Maio 5

Vasco Rodrigues, doutor em leis e clérigo de Lisboa, pede o arcediagado de Barroso, aqui designado imprecisamente como de Braga, a vagar pela consecução do deado de Braga, concedido a Lopo Vaz da Cunha, arcediago de Barroso (1).

Reg. Suppl. 212, fl. 113v-114. Referido por EDUARDO NUNES, *Parecer do Doutor «Velasco di Portogallo» sobre o beneplácito régio (Florença, 1454)*, Lisboa, 1968, separata de *Do Tempo e da História*, II, p. 100, nota 18.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto vestro Lupo Valasci, archidiacono ecclesie Bracharensis, de decanatu eiusdem ecclesie, qui dignitas maior post pontificalem in eadem existit, tunc certo modo vacaturo, gratiose mandavit provideri. Cum itaque archidiaconatus predictus per assecutionem dicti decanatus in brevi vacare speretur, supplicat [fl. 114] eidem S. devotus vester Valascus Roderici, legum doctor, clericus Ulixbonensis, quatinus sibi de archidiaconatu predicto, qui dignitas, non tamen maior post pontificalem, in dicta ecclesia existit et cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, dum illum ut prefertur aut alias quovis modo vacare contigerit, etiam si alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet ac reservatus, curatus, electivus seu litigiosus sit, dignemini misericorditer providere. Non obstante gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Maii, anno decimo.

---

(1) Cf. n.º 1144.

1138

1427, Maio 5

Rodrigo Esteves, clérigo de Lisboa, licenciado pela faculdade de medicina do Estudo Geral de Mompilher, presente na Cúria Romana, pede o indulto para algum cardeal ou bispo da Cúria lhe conferir o grau de doutor, com a dispensa do juramento de receber o doutoramento no dito Estudo e com todos os privilégios, liberdades e imunidades dos mestres doutorados em Estudo Geral.

Reg. Suppl. 212, fl. 115v.

Beatissime Pater, cum devotus vester Rodericus Stephani, clericus Ulisbonensis (1), in facultate medicine in Studio Montispessulani approbatus et licentiatus, nunc in Romana Curia presens, cupiat in eadem facultate et (2) Curia prefata magisterii gradu decorari, idcirco supplicat S. V. quatinus alicui domino cardinali vel episcopo dictam Curiam sequenti, de quo eidem S. videbitur, gradum predictum eidem Roderico impendendi et cum ipso super iuramento per eum prestito de recipiendo ipsum gradum in Studio supradicto dispensandi dictoque Roderico ut, cum dicto gradu insignitus fuerit, omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus, gratiis et indulgentiis, quibus magistri in dicto vel alio Studio generali potiuntur et gaudent, uti et gaudere possit facultatem impendendi, licentiam de speciali gratia impertiri dignemini, cum clausulis oportunis, iuribus, constitutionibus apostolicis, statutis predicti vel alterius cuiuscumque generalis Studii ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Maii, anno decimo.

---

(1) No ms. sinal de erro.

(2) No ms. repetição do *et*, com sinal de erro.

1139

1427, Maio 5

Súplica de Afonso Peres, cónego prebendário de Lisboa, presente na Cúria, sobre o indulto para receber os proventos dos benefícios sem obrigação da residência pessoal, enquanto residir na Cúria ou no Estudo Geral.

Reg. Suppl. 213, fl. 258v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alfonsus Petri, canonicus prebendatus in ecclesia Ulixbonensi, quatinus sibi ut ipse in Romana Curia, ubi presens, est, residendo

vel generali Studio insistendo, fructus, etc., omnium beneficiorum que obtinet aut imposterum obtinebit, cum ea integritate in sui absentia percipere valeat, qua ipsos perciperet, si in ipsis beneficiis personaliter resideret quodque interim a quoquam invitus (1) ad residendum in beneficiis ipsis non valeat coartari ipsosque fructus, etc., quibusvis personis etiam laicis, cum quibus suam et beneficiorum ipsorum conditionem facere poterit meliorem, arrendandi licentiam et facultatem misericorditer concedere et impartiri dignemini de gratia speciali, prima residentia in ipsis beneficiis aut eorum altero nondum facta necnon iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum et diocesum, in quibus huiusmodi beneficia forsan extiterint seu existunt, etiam iuramento, confirmatione apostolica, etc., roboratis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis.

... ...

[fl. 259]

... ...

Fiat pro utroque in Studio vel in Curia. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Maii, anno decimo.

---

(1) No ms. *invictus*, com sinal de erro.

1140

1427, Maio 6

Mendo Peres, escolar de Viseu e nobre, pede dispensa do impedimento de ilegitimidade para ser promovido a todas as Ordens sacras e receber quaisquer benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 212, fl. 145.

Supplicat S. V. devotus vester Menendus Petri, scolaris Visensis, de nobili genere procreatus, quatinus [ut] (1) ipse, non obstante defectu natalium quem patitur de dyacono genitus et soluta, ut ad omnes sacros ordines promoveri et quecumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si integre vel dimidie portiones aut canonicatus et prebende seu dignitates, personatus, administrationes vel officia, etiam si curate et elective et maiores post pontificales in cathedralibus, etiam metropolitanis, aut principales in collegiatis ecclesiis existant, sibi canonice conferenda, aut si eligatur vel assumatur ad illa, libere et licite recipere et obtinere atque retinere et illa sic obtenta pro alio vel aliis simili vel dissimili (2), aut similibus vel dissimilibus beneficiis ecclesiasticis, insimul compatibilibus, totiens quotiens voluerit, simpliciter vel ex causa permutationis, simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, beneficium ecclesiasticum seu beneficia ecclesiastica, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, invicem compatibilia, etiam libere recipere et licite retinere valeat secum auctoritate apostolica dignemini misericorditer dispensare, defectu predicto necnon Pictavensis con-

cilii, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum, ubi huiusmodi beneficia forsan fuerint, iuramento, confirmatione apostolica, etc., ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Maii, anno decimo.

---

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão de *ut*.
(2) No ms. *simile vel dissimile*, com sinal de erro.

1141

1427, Maio 6

Súplica de Nicolau Domingues, cónego de Tui, a pedir a confirmação da igreja paroquial de Santa Maria de Bayona e dos simples benefícios nas igrejas de S. Martinho de Gândara e de S. Pedro de Felgueiras da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 213, fl. 221-221v.

Beatissime Pater, dudum rectoria parrochialis ecclesie beate Marie ville de Bayona, abbatia vulgariter nuncupata, per quondam Roderici (1) Martini ac uno in sancti Martini de Gandara per quondam Alvari Malii et alio in sancti Petri de Felgueyras parrochialibus ecclesiis diocesis Tudensis perpetuis ecclesiasticis simplicibus beneficiis sine cura per quondam Johannis Alfonsi, extra Romanam Curiam successive defunctorum (2), vacantibus, de eisdem rectoria et beneficiis devoto vestro Nicolao Dominici, canonico Tudensi, ordinaria auctoritate fuit etiam successive provisum, quarum provisionum vigore, ipsorum possessionem extitit assecutus eaque [fl. 221v] a quindecim annis et ultra pacifice possedit, prout possidet de presenti. Cum autem, Beatissime Pater, asseratur provisiones et possessionum assecutiones predictas et ex eis secuta viribus non subsistere dictaque beneficia adhuc vacare dicantur, idcirco supplicat V. S. Nicolaus predictus quatinus provisiones et possessionum assecutiones predictas et ex eis secuta rata habentes et grata, omnes et singulos defectus, si qui in eis intervenerint, ex vestri certa scientia supplentes, ipsa apostolica auctoritate confirmare necnon rectoriam et beneficia predicta, quorum fructus, etc., quadringentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quascumque alias personas seu liberas resignationes de eisdem in Romana Curia vel extra, etiam coram notario et testibus factas, aut constitutionem *Execrabilis* vacet aut tanto tempore vacaverint quod eorum collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata, affecta seu alias litigiosa existant, ipsorum litis statum presentibus habentes pro sufficienter expressis, eidem Nicolao conferre ac de eisdem providere sibi dignemini. Non obstañ quod ipse quosdam canonicatum et prebendam ecclesie Tudensis ac in sancti Jacobi de Redendela unum et in sancti Martini de Agudello reliquum et in sancti Michaelis de Marquin parrochialibus ecclesiis dicte Tudensis et Compostellane diocesum aliud ecclesiastica simplicia beneficia

sine cura, quorum fructus, etc., centum librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere, et gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis (3).

... ...

[fl. 222v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus quatuor. O. Fiat.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Maii, anno decimo.

(1) No ms. sinal de erro.

(2) No ms. sinal de erro.

(3) Publica-se esta súplica, em que aparecem tantos benefícios da Espanha pelos motivos já apontados. Outra súplica no mesmo teor em Reg. Suppl. 217, fl. 129-129v, com a seguinte data: *Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Junii, anno decimo.*

1142

1427, Maio 6

Antão Rodrigues, perpétuo porcionário na igreja de S. Bartolomeu de fora dos muros de Coimbra, pede quatro benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 214, fl. 17v-18.

Beatissime Pater, dignetur S. V. cum devoto vestro Antonio Roderici, perpetuo portionario in ecclesia sancti Bartholomei extra muros Colimbrieñ, ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta et super quo [fl. 18] ut ad omnes minores et unum sine cura ordinaria primo et deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et aliud, etiam si curam haberet animarum, beneficia ecclesiastica recipere et retinere licite posset apostolica extitit auctoritate dispensatum, post quam dispensationem promotus ad minores ordines prefatos existit, portionem predictam, cuius fructus, etc., decem florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, fuit pacifice assecutus, quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et prebende in metropolitanis et aliis cathedralibus et collegiatis ecclesiis fuerint, recipere et quoad vixerit retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi, etc., libere et licite possit et valeat misericorditer dispensare, defectu predicto, Pictavensis concilii (1), constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

... ...

[fl. 19]

... ...

Fiat pro omnibus quatuor. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Maii, anno decimo.

(1) No ms. *consilii.*

1143

1427, Maio 10

Álvaro Fernandes, chantre da igreja colegiada de Santa Maria de Alcáçova de Santarém da diocese de Lisboa, nobre, pede outro benefício eclesiástico incompatível.

Reg. Suppl. 212, fl. 247v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alvarus Fernandi, cantor ecclesie collegiate beate Marie de Alcaçova Santerenensis Ulixbonensis diocesis, de nobili genere procreatus, quatinus secum ut cum dicta cantoria unum aliud beneficium curatum eidem cantorie incompatibile, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium cum cura vel sine cura in metropolitana cathedrali seu collegiata ecclesiis aut parrochialis ecclesia et dignitas huiusmodi electiva atque in eadem metropolitana seu cathedrali maior post pontificalem seu principalis in collegiata ecclesia fuerit, si sibi alias canonice conferatur, recipere, retinere illaque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, duo tantum invicem incompatibilia, etiam si ipse due parrochiales ecclesie aut dignitates fuerint, etiam recipere et retinere libere et licite valeat quoad vixerit dignemini misericorditer dispensare, non obstañ dicta cantoria ac (1) canonicatu et prebenda dicte ecclesie collegiate et portione sine cura ecclesie sancti Bartholomei predicti loci Santerenensis Ulixbonensis diocesis, quos obtinet, quorum fructus, etc., triginta librarum [Turonensium parvorum] (2) communi extimatione valorem annuum non excedunt. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Maii, anno decimo.

(1) No ms. *de*, com sinal de erro.

(2) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão das palavras *Turonensium parvorum.*

1144

1427, Maio 13

Vasco Rodrigues, doutor em leis, renova súplica anterior sobre o arcediagado de Braga, por ter omitido a circunstância de o arcediagado ter certos anexos, e solicita a expedição das letras apostólicas com a indicação de que se trata do arcediagado de Barroso.

Reg. Suppl. 212, fl. 286v-287. Referida por EDUARDO NUNES, *parecer do Doutor «Velasco di Portogallo» sobre o beneplácito régio (Florença, 1454)*, p. 101, nota 18.

Reformatio Valasci Roderici, legum doctoris, super archidiaconatu ecclesie Bracharensis (1).

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto vestro Valasco Roderici, legum doctori suprascripto, de archidiaconatu predicto, tunc certo modo vacaturo, gratiose concessit provideri, prout in petitione, cuius copia describitur, continetur. Verum, Pater Sancte, in eadem petitione per errorem est omissum quod dictus archidiaconatus habeat certa annexa. Supplicat S. V. Valascus [fl. 287] predictus quatinus litteras apostolicas super dicta petitione conficiendas dignemini expediri mandare cum expressione quod vocatur (2) archidiaconatus de Barroso in dicta ecclesia et annexorum huiusmodi et aliis non obstañ et clausulis in eadem petitione contentis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Maii, anno decimo (3).

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.
(2) No ms. *vacetur*, com sinal de erro.
(3) Cf. n.º 1137.

1145

1427, Maio 13

O nobre Gomes Nogueira, tendo grande devoção pela igreja de S. Lourenço de Lisboa, à qual o papa concedera preciosas relíquias do dito santo, pede indulgências para os visitantes que contribuirem para a reparação da igreja.

Reg. Suppl. 214, fl. 184v.

Beatissime Pater. Cum ecclesia sancti Laurentii Ulixbonensis, pro cuius decore ac christifidelium inibi confluentium devotionis augmentatione S. V. diversas pretiosas eiusdem sancti Laurentii reliquias contulit et donavit, quam plurimum in suis edificiis et structuris ruinosa sit et collapsa eritque per amplius imposterum, nisi per christifidelium elemosinas et suffragia sublevetur, et cum ad id fortius animentur, si ex hoc animarum commodum se speraverint adhipisci, supplicat igitur S. V. devotus vester nobilis Gometius Noguera, qui ad hanc ecclesiam magnam gerit devotionem, quatinus omnibus vere penitentibus et confessis dictam ecclesiam visitantibus et ad eius reparationem, conservationem et fabricam manus adiutrices porrigentibus, indulgentiam per cancellariam V. S. dari consuetam et perpetüo duraturam misericorditer concedere dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat pro utraque in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Maii, anno decimo.

1146

1427, Maio 15

O bispo de Lamego D. Luís pede a faculdade de instituir um arcediagado na sé e anexar-lhe um canonicato e prebenda e a igreja paroquial de S. Martinho de Valdigem da diocese de Lamego,

possuída por Gonçalo Rodrigues de Magalhães, reitor da mesma e cónego de Lamego, a favor do qual solicita a provisão do arcediagado.

Reg. Suppl. 212, fl. 229-229v.

Beatissime Pater. Exponit S. V. devota factura vestra Ludovicus, electus Lamecensis (1), quod cum fere in singulis regni Portugalie cathedralibus ecclesiis saltim unus archidiaconus existat qui evangelium in precipuis solempnitatibus anni in ecclesia ipsa cantet et alia ministeria et officia ad huiusmodi dignitatem archidiaconalem incumbentia exerceat, ecclesia tamen Lamecensis huiusmodi archidiaconali dignitate, qua non modicum indigere dinoscitur, caruit hactenus et caret etiam de presenti. Supplicat igitur S. V. Ludovicus, episcopus predictus, quatinus ad divini cultus augmentum et eiusdem ecclesie decorem, unum archidiaconatum, qui dignitas sine cura existat, clericis secularibus assignanda, quem pro tempore obtinens archidiaconus Lamecensis nuncupetur, in eadem ecclesia creare, instituere et ordinare ac ipsi archidiaconatui unum canonicatum et unam prebendam dicte ecclesie necnon parrochialem ecclesiam sancti Martini de Baldisin diocesis Lamecensis, cuius quidem parrochialis ecclesie collatio, provisio et institutio ad episcopum Lamecensem pro tempore existentem pertinet et spectat et quam [fl. 229v] nunc devotus orator vester Gundissalvus Roderici de Magailhans, canonicus Lamecensis et ipsius parrochialis ecclesie rector, obtinet cuiusque fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ipsi archidiaconatui, cuius collatio, provisio et institutio ac omnimoda dispositio ad Lamecensem episcopum existentem pro tempore dumtaxat perpetuo pertineat, unire, annectere et incorporare necnon de archidiaconatu, postquam creatus et ordinatus extiterit ut prefertur, eidem G[undissalvo] dignemini misericorditer providere, ita quod, cedente vel decedente aliquo ex ipsius ecclesie Lamecensis canonicis prebendatis, aut predictam suam quomodolibet dimittente, liceat eidem G[undissalvo] et archidiacono Lamecensi qui erit pro tempore canonicatum et prebendam annexos huiusmodi una cum predicta parrochiali ecclesia apprehendere et perpetuo retinere, cuiuscumque licentia super hoc alias minime requisita, proviso quod in eadem ecclesia parrochiali animarum cura nullatenus negligatur, sed perpetuus capellanus curatus instituatur inibi deserviens in divinis, cui de ipsius parrochialis ecclesie fructibus, redditibus et proventibus congrua et debita portio assignetur, cuius quidem capellani institutio et visitatio ad eumdem archidiaconum Lamecensem pro tempore existentem debeat pertinere. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus dicte ecclesie Lamecensis, etiam iuramento, etc., necnon litteris apostolicis generalibus vel specialibus et processibus per eas habitis seu habendis, quorumcumque tenorum existant, que quoad hec minime se extendant, seu quod idem G[undissalvus] canonicatum et prebendam dicte ecclesie Lamecensis et in cathedrali Tudensi unam ac in sancti Michaelis de Sintra aliam, necnon in sancti Martini de Sintra parrochialibus ecclesiis Ulixbonensis diocesis aliam perpetuas integras portiones, quorum omnium fructus, etc., quadraginta sex librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, obtinet, ac quadam gratia seu gratiis expectativis ac dispensatione ad duo incompatibilia beneficia obtinenda, in cancellaria declarandis. Et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de consensu quorum interest. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Maii, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1118.

1147

1427, Maio 15

Álvaro Fernandes, chantre da igreja colegiada de Santa Maria de Alcáçova de Santarém e nobre, solicita outro benefício com cura de almas e incompatível.

Reg. Suppl. 212, fl. 267-267v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alvarus Fernandi, cantor ecclesie collegiate beate Marie de Alcaçova Santerenensis Ulixbonensis diocesis, de nobili genere procreatus, quatinus secum ut cum dicta cantoria unum aliud beneficium curatum, eidem cantorie incompatibile, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium cum cura vel sine cura in metropolitana cathedrali seu collegiata ecclesiis aut parrochialis ecclesia et dignitas huiusmodi electiva atque in eadem metropolitana seu cathedrali maior post pontificalem seu principalis in collegiata ecclesia fuerit, si sibi alias canonice conferatur, recipere, retinere illaque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, duo tantum invicem incompatibilia, etiam si ipse due parrochiales ecclesie aut dignitates fuerint, etiam recipere et retinere libere et licite valeat [fl. 267v] quoad vixerit dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ dicta cantoria aut canonicatu et prebenda dicte ecclesie collegiate et portione (1) sine cura ecclesie sancti Bartholomei dicti loci Santerenensis Ulixbonensis diocesis, quos obtinet, quorum fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Maii, anno decimo.

---

(1) No ms. *portionem.*

1148

1427, Maio 15

Rodrigo Lourenço, bacharel em decretos e nobre, pede a expedição das letras apostólicas sobre a quartanaria de Lisboa e a porção de Santa Cruz da mesma cidade, vacantes pela promoção do bispo da Guarda D. Luís da Guerra.

Reg. Suppl. 214, fl. 15.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto vestro Roderico Laurentii, de nobili genere procreato, bacallario in decretis, de quartanaria Ulixboñ ac portione sancte Crucis Ulixbo-

neñ ecclesiarum, per promotionem domini Ludovici ad ecclesiam Egitaniensem (1), per eamdem S. factam, et munus consecrationis eidem impensum vacantibus, gratiose providit, ut in originali supplicatione latius continetur. Verum, Pater Sancte, a nonnullis asseritur fructus, etc., quartanarie et portionis predictarum communi extimatione valorem annuum quadraginta librarum Turonensium parvorum in ipsa supplicatione dumtaxat expressum excedere. Dignetur igitur S. V. fructuum, etc., quartanarie et portionis predictarum valorem annuum communi extimatione ad quinquaginta libras similes extendere ac litteras apostolicas super huiusmodi gratia conficiendas cum extensionis huiusmodi valoris annui expressione in cancellaria et alibi ubique expediri mandare. Cum clausulis oportunis et sub prima data. — *Fiat. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Maii, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1073.

1149-1150

1427, Junho 1

Os clérigos e presbíteros residentes no antigo mosteiro de Vilar de Frades da Ordem de S. Bento, que o arcebispo de Braga D. Fernando suprimira e lhes concedera, pedem faculdade para receberem certas igrejas paroquiais do direito de padroado de alguns fiéis e deputarem para o seu governo sacerdotes da Congregação e solicitam indulto de o prior que elegerem os poderem absolver de todos os pecados, inclusive dos casos episcopais.

Reg. Suppl. 214, fl. 28-29.

Beatissime Pater, dudum monasterio in Villar de Frades ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis per obitum ultimi eiusdem monasterii abbatis, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, reverendus in Christo pater Fernandus, modernus [fl. 28v] archiepiscopus Bracharensis (1), provide considerans quod monasterium ipsum retroactis temporibus ad tantam desolationem redactum fuerat quod propter exilitatem fructuum eiusdem abbas dumtaxat quandoque cum uno fratre monacho, interdum vero solus cum uno familiari degebat in eodem, quodque divinus cultus in ipso monasterio penitus diminutus fuerat nullaque in eo tenebatur observantia regularis, fructus quoque, redditus et proventus eiusdem distrahabantur et etiam alienabantur volensque pro divini cultus augmento ipsius monasterii indempnitatibus ex debito sui pastoralis officii paternaliter providere, monasterium ipsum nonnullis clericis et presbyteris in regno Portugalie observantiam regularem (2) clericorum tenentibus ac secundum modum, usum et consuetudinem clericorum et presbyterorum in ecclesia sancti Georgii dAlega in Venetiis Castellane diocesis degentium et viventium, degentibus [pro] (3) eorumque usu et habitatione deputavit atque concessit eisque eiusdem monasterii fructus, redditus et proventus appropriavit et assignavit, ita ut in ipso monasterio residere divinaque officia inibi celebrare atque

decantare debentur, prout in eiusdem episcopi litteris superinde confectis plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, nonnulli christifideles ad congregationem clericorum et presbyterorum predictorum singularem devotionem gerentes, ipsis clericis et presbyteris pro eorum sustentatione ac com[m]odo (4) et ut divinis officiis commodius intenti esse valeant, quasdam parrochiales ecclesias de iure patronatus eorumdem fidelium existentes cum suis iuribus et pertinentiis ac etiam ius patronatus huiusmodi donare, concedere eosque ad illas presentare, earum vacationum temporibus, intendant, supplicant igitur S. V. clerici et presbyteri predicti quatinus, eis paterno concur[r]entes affectu, ipsis ut divinis obsequiis commodius et attentius insistere valeant, ut parrochiales ecclesias cum omnibus iuribus et pertinentiis suis ac etiam ius patronatus huiusmodi, si eis illa per patronos laicos conferantur, donantur et etiam concedantur aut presententur ad illas, recipere [fl. 29] easque regere et gubernare ac animarum curam earumdem exercere, fructus quoque, redditus et proventus illarum recipere atque levare ac illos in suos communes et proprios usus convertere, quodque pro regimine et gubernatione dictarum ecclesiarum et cure huiusmodi exercitio felici ad singulas easdem ecclesias singulos presbyteros ex dicta congregatione singulis annis eligere illosque anno revoluto aut alias eorum culpa exigente destituere et amovere eorumque loco alios ydoneos presbyteros ad regimen et exercitium huiusmodi deputare et ordinare libere et licite valeant, concedere dignemini de gratia speciali. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de utroque et committatur. O.*

1150. Item, Beatissime Pater, ut presbyteri et clerici in supradicto monasterio pro tempore degentes puriori mente sua obsequia Altissimo valeant reddere accepta, dignetur eadem S. V. presbyteris et clericis in ipso monasterio sic pro tempore degentibus ut presbyter ydoneus, quem in suum priorem aut rectorem duxerint eligendum pro tempore, eos et eorum quemlibet, confessionibus suis diligenter auditis, ab omnibus peccatis suis, etiam in casibus episcopalibus, absolvere valeat misericorditer indulgere de gratia speciali. — *Fiat ad biennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Junii, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 840.
(2) No ms. *regulare*, com sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro, a indicar talvez a omissão da palavra *pro*.
(4) No ms. *comoda*.

1151

1427, Junho 2

Fernando Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Abragão da diocese do Porto, pede a expedição das letras apostólicas sobre outro qualquer benefício eclesiástico com a extensão a duas paróquias.

Reg. Suppl. 213, fl. 16-16v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto vestro Fernando Alfonsi, rectori parrochialis ecclesie sancti Petri de Albergon Portugalensis diocesis, de nobili genere procreato, ut una cum dicta parrochiali ecclesia unum aliud quodcumque beneficium ecclesiasticum curatum, etiam si dignitas, personatus, etc., aut alia parrochialis ecclesia foret, recipere et usque ad quinquennium retinere posset gratiose concessit dispensari, prout in supplicatione, cuius copiam, etc., plenius continetur. Verum, Pater Sancte, cum in cancellaria S. V. non possint littere super dicta supplicatione conficiende ad duas parrochiales ecclesias expediri, dignetur S. V., attento quod dictus Fernandus est nobilis et in patria sua non habeant dignitates nec gratia ipsa futura sit sibi utilis, nisi pro ecclesiis parrochialibus, litteras ipsas ad duas tantummodo parrochiales ecclesias, iuxta tempus per signaturam vestram expressum, expediri mandare de gratia [fl. 16v] speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur ad sex menses.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Junii, anno decimo.

1152

1427, Junho 2

Álvaro Fernandes, chantre da colegiada de Santa Maria de Alcáçova de Santarém, pede outro benefício eclesiástico incompatível.

Reg. Suppl. 218, fl. 197-197v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alvarus Fernandi, cantor ecclesie collegiate sancte Marie de Alcaçova Sancterenensis Ulixbonensis diocesis, de nobili genere procreatus, quatinus secum ut una cum dicta cantoria, que dignitas principalis ac curata in eadem ecclesia existit, unum aliud beneficium curatum et eidem cantorie incompatibile, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium cum cura vel sine cura in metropolitana cathedrali seu collegiata ecclesiis aut parrochialis ecclesia et dignitas huiusmodi electiva atque in eadem metropolitana seu cathedrali maior post pontificalem seu principalis in collegiata ecclesiis fuerint, si sibi alias canonice conferantur, recipere, retinere illaque simpliciter et ex causa permutationis simul vel successive, quotiens voluerit, dimittere vel (*sic*) loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium vel beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, duo tantum invicem incompatibilia, etiam si ipse due parrochiales ecclesie aut dignitates fuerint, etiam recipere et retinere libere et licite valeat quoad vixerit dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ dicta cantoria ac canonicatu et prebenda dicte [fl. 197v] ecclesie collegiate ac portione sine cura ecclesie sancti Bartholomei dicti [loci] Sanctereneñ Ulixbonensis diocesis, quos obtinet, quorum fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Junii, anno decimo.

1153

1427, Junho 15

Súplica de Fernando Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Abragão da diocese do Porto, sobre a expedição das letras apostólicas relativas a outro benefício eclesiástico incompatível, com extensão a duas igrejas paroquiais.

Reg. Suppl. 214, fl. 24.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto vestro Fernando Alfonsi, rectori parrochialis ecclesie sancti Petri de Albergon Portugalensis diocesis, de nobili genere procreato, ut una cum dicta parrochiali ecclesia unum aliud quodcumque beneficium curatum, etiam si dignitas, personatus, etc., aut alia parrochialis ecclesia foret, recipere et usque ad quinquennium retinere possit gratiose concessit dispensari, prout in supplicatione, cuius copiam, etc., plenius continetur. Verum, Pater Sancte, cum in cancellaria V. S. non possint littere super dicta supplicatione conficiende ad duas parrochiales ecclesias expediri, dignetur S. V., attento quod dictus Fernandus est nobilis et in patria sua non habeant dignitates nec gratia ipsa futura sit sibi utilis, nisi pro ecclesiis parrochialibus, litteras ipsas ad duas tantummodo parrochiales ecclesias, iuxta tempus per signaturam vestram expressum, expediri mandare de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur ad sex menses. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Julii, anno decimo.

1154

1427, Julho 1

Súplica de Frei João de S. Tomé, do mosteiro de Santo Agostinho de Lisboa e professor de teologia, sobre o mosteiro de Santa Maria de Aguiar da diocese de Lamego, vacante pela promoção ou transferência de Frei Afonso para o mosteiro de Santa Maria de Salzedas.

Reg. Suppl. 213, fl. 195-195v. Parcialmente publicada por BELTRAN DE HEREDIA, V., *Bulario de la Universidad de Salamanca*, III, n. 1379 (1).

Supplicat S. V. devotus vester frater Johannes de Santo Thoma conventus monasterii sancti Augustini Ulixbonensis, ordinem eiusdem sancti professus ac sacre theologie professor, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de abbatia monasterii sancte Marie de Aguiar Cisterciensis ordinis Lamecensis diocesis, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum, secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, si vacat ad presens per promotionem seu translationem de persona fratris Alfonsi, eiusdem monasterii de Aguiar ultimi abbatis, ad monasterium sancte Marie de Salzeda Cisterciensis ordinis et diocesis predictorum apostolica auctori-

tate factam, aut cum vacabit per adeptam possessionem monasterii de Salzeda predicti seu maioris partis bonorum [administrationis] eiusdem per eumdem fratrem Alfonsum assequendam, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vacet, et tanto tempore vacaverit quod eius possessio ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias dicta abbatia de Aguiar [fl. 195v] specialiter vel generaliter dispositioni apostolice reservata vel affecta seu in Romana Curia vel extra eam inter aliquas personas litigiosa existat, habentes huiusmodi litis statum presentibus pro expresso, eidem fratri Johanni (2) de abbatia de Aguiar predicta dignemini in commendam misericorditer providere, curam, regimen et administrationem eiusdem suique monasterii antedicti sibi quoad vixerit in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus monasteriorum et ordinum predictorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, etc., roboratis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad beneplacitum nostrum. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Julii, anno decimo.

---

(1) O autor publica também a súplica de 9 de Fev. de 1419 sobre a reforma das constituições do Estudo Geral de Salamanca, em que figura o nosso Frei João de S. Tomé (*Bulario de la Universidad de Salamanca*, II, n.º 577), a qual vem publicada no nosso volume anterior a este (n.º 213).

(2) No ms. *Johanne*, com sinal de erro.

1155

1427, Julho 7

Gonçalo Anes Correia, nobre do arcebispado de Lisboa, pede indulto de fundar no vale de Chelas do dito arcebispado um convento de frades de Santo Agostinho ou de S. Bento em honra da Conceição de Nossa Senhora, com todos os privilégios da respectiva Ordem e isenção dos Ordinários do Lugar.

Reg. Suppl. 214, fl. 33-34.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devoti vestri Gunsalvi Johannis Corea, nobilis de archiepiscopatu Ulixbonensi, quod cum ipse desiderat transmutare bona temporalia in celestia et res transitorias mutare in eternalem beatitudinem, cum desiderio caritatis et pura affectione et amore quem ille habet ordini fratrum de regula sancti Augustini seu sancti Benedicti, cuiuscumque ordinis existant (1), quem predictus Gunsalvus Johannis duxerit eligendum, et personis illius quem desiderat augmentare, cupiat de bonis suis a Deo sibi collatis instituere, facere, fundare et edificare quamdam domum cum ecclesia, campanili, claustro et cimiterio ac omnibus aliis rebus sibi pertinentibus et necessariis ad utilitatem et usum fratrum dicti ordinis in sua terra propria videlicet in valle de Achelis predicti archiepiscopatus, ad honorem et sub vocabulo Conceptionis beate Marie Virginis, in qua fratres ibi stantes possint esse quatuor vel sex vel plures in numero, qui possint perpetuo Domino famulari in eadem et de suis bonis per ipsum dimittendis sustentare dictique fratres teneantur observare regulam fratrum dicti ordinis, ut moris est,

necnon quod dicti fratres ibi morantes et stantes omnes et singulas primitias et decimas quolibet anno ratione hereditatum ipsius [fl. 33v] exponentis videlicet tam panis et vini quam olei et quarumcumque aliarum rerum, fructuum, proventuum, reddituum dictarum suarum hereditatum tam de presenti quam in futurum sibi pertinentium et ubicumque existentium et tam de iure hereditario quam quocumque alio modo sibi etiam pertinentium et tam ex parte ipsius exponentis quam omnium colonorum et inquilinorum huiusmodi hereditatum, reservata tamen omnimoda proprietate dictorum fructuum et etiam huiusmodi hereditatum prefato exponenti et heredibus et successoribus suis, ita quod ipse exponens et heredes ac successores sui predicti super huiusmodi fructibus et etiam quoad vixerint possint sustentare et vitam eorum secundum eorum statum ducere et manutenere et nichilominus dantes et concedentes fratribus qui pro tempore erunt licentiam et facultatem quod omnia offertoria per quoscumque christifideles ipsi ecclesie danda ac quascumque exequias quarumcumque personarum inibi sepelire volentium et quascumque alias elemosinas per quascumque personas ipsi ecclesie dandas percipere et levare possint et valeant necnon quod dicti fratres teneantur pro anima ipsius exponentis et suorum patris et matris ac parentum et amicorum suorum missas et alia divina officia dicere; supplicat igitur eidem S. V. prefatus exponens quatinus premissa omnia et singula adimplere et perficere possit et valeat licentiam et facultatem dare et concedere dignemini de gratia speciali, licentia Ordinarii loci seu cuiuscumque alterius super hoc minime petita, declarantes ex nunc dictam ecclesiam sive domum, sic ut premittitur construendam et edificandam et religiosos ibi (2) Domino famulantes Romane ecclesie, sine aliquo medio immediate subiectos ac a iurisdictione Ordinarii exemptos (3) necnon quod dicti fratres pro tempore existentes omnibus et singulis privilegiis, libertatibus, exemptionibus, prerrogativis, gratiis et indultis quibuscumque, quibus alie domus [fl. 34] et ecclesie dictorum fratrum predicti ordinis utuntur et potiuntur uti et gaudere possint et valeant de gratia speciali, et insuper quod prefatus exponens ac heredes et successores sui possint et valeant ponere alios fratres in dicta domo, si contigerit aliquem vel aliquos ex primo in dicta domo positos migrare ab hoc seculo et etiam quoscumque fratres in dicta domo ut premittitur receptos, si ordinem predictum et regulam ipsius observare non valeant, ab eadem domo deponere et expellere et quoscumque alios fratres loco illorum ponere et eligere, secundum quod eis et cuilibet ipsorum bene visum fuerit et opportunum ac quod huiusmodi bona que predictus exponens et heredes ac successores sui predictis fratribus dederint, sint seu reputentur elemosinar. vel secundum quod ei vel dictis heredibus videbitur expedire, necnon quod prefati exponens et heredes ac successores sui per se vel alium seu alios gubernare, regere et administrare dictam domum et ecclesiam, cum omnibus iuribus, rebus que sibi necessaria (4) fuerint et fratribus predictis, reservato tamen dicto exponenti et suis heredibus et successoribus iure patronatus, in omnibus et singulis rebus supradictis, possint et valeant licentiam et facultatem dare et concedere de gratia speciali, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis sinodalibus et provincialibus ac statutis et consuetudinibus ordinis predicti ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de omnibus, preterquam de exemptione.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonis Julii, anno decimo.

---

(1) No ms. *existat*, com sinal de erro.
(2) No ms. *verbi*, com sinal de erro.
(3) No ms. *exempto*, com sinal de erro.
(4) No ms. *necessario*, com sinal de erro.

1156

1427, Julho 11

Lourenço Anes, procurador na Cúria Romana do arcebispo de Lisboa D. Pedro, pede o arcediagado de Vouga da igreja de Coimbra.

Reg. Suppl. 214, fl. 127v-128.

Supplicat S. V. devotus orator vester Laurentius Johannis, devote creature vestre domini Petri, archiepiscopi Ulixbonensis (1), in Romana Curia suorum negotiorum procurator, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de archidiaconatu de Vouga in ecclesia Colimbriensi, qui dignitas curata, non tamen maior post pontificalem existit in eadem, cuius fructus, etc., viginti octo librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam bone memorie domini R[ainaldi] tit. sancti Viti in Macello sancte Romane Ecclesie cardinalis de Brancatiis vulgariter nuncupati, in alma Urbe et apud sedem apostolicam defuncti (2), sive premisso, sive alio quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona, seu per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem dicti archidiaconatus per eumdem dominum R[ainaldum] diaconum cardinalem vel quemcumque alium in cuiusvis manibus in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta [fl. 128] vel ipse archidiaconatus generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservatus, affectus aut litigiosus, cuius litis statum, etc., existat, eidem Laurentio dignemini misericorditer providere. Non obstañ parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Elbis Elborensis diocesis, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, quam possidet, ac gratia expectativa, cum dispensatione de duabus parrochialibus ecclesiis ad biennium insimul retinendis, in cancellaria declarandis, dispensantes cum eodem Laurentio ut ipse una cum dicta parrochiali ecclesia sancti Salvatoris archidiaconatum huiusmodi, si sibi presentium vigore vel alias canonice conferatur, recipere et licite possit et valeat de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur, et dispensamus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Julii, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 973.

(2) D. Reinaldo de Brancaccio, promovido diácono cardeal de S. Vito a 17 de Dezembro de 1384 pelo papa Urbano VI. Morreu em Outubro de 1427. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 25, 52.

1157

1427, Julho 14

João Afonso de Vizela, acólito da diocese de Braga, pede a absolvição da irregularidade em que duvidava ter incorrido.

Reg. Suppl. 214, fl. 275-275v.

Beatissime Pater. Exponit S. V. humilis et devotus vester Johannes Alfonsi de Vizelle (*sic*), acolitus Bracharensis diocesis, quod cum ipse quadam die existeret in ecclesia sancti Andree de Tolloes dicte diocesis accessit ad ipsum quidam Alvarus Ciiusa, laicus eiusdem diocesis (1) dixitque ei si volebat ire ad mercatum ad vilam de Amarant (2) et exponens prefatus respondens, dixit quod sic, propter aliqua sua expedienda negotia et sic ambo aggressi sunt viam ad mercatum predictum, dictus (3) Alvarus ense et lancea (4) ipseque Johannes tello (5) et ense muniti. Cum itaque simul ambo essent in mercato iam dicto quiescendo, dictus Alvarus prefatus eidem exponenti quod videbat ibi quemdam Alvarum Gundissalvi Trabuta, etiam laicum dicte diocesis, ipsius Alvari inimicum, quodque volebat sibi dare duas curtellatas vel unam tibiam scindere, dictus (6) vero exponens id tu videris respondit; post hec autem predicti Alvarus et Johannes fecerunt moram in eodem loco quiescendo per certum horarum spatium donec sibi recedendi tempus oportunum viderunt cumque iter arriperent per unum callem, iam prope exitum dicte ville, prefatus Alvarus qui preibat, videns predictum Alvarum Trabuta, eius (7) inimicum, nullo facto verbo eidem exponenti, suum inimicum predictum cum lancea, quam manu gestabat, inter scapulas letaliter percussit et lancea per eum a corpore dicti inimici subtracta, voluit ipsum cum eadem iterum repercutere, sed vulneratus iam dictus apprehendens dictam lanceam cum manu propria (8), partem ipsius tenebat et a se quantum poterat atrahebat, exponens vero prefatus ad hec repente respiciens et inconsulte minatus fuit eumdem vulneratum cum tello [fl. 275v] quod in sua manu gerebat, dicens ipsi vulnerato: dimitte lanceam, motus intentione quod dictus percussor (9) fugere posset ne per iustitiarium capi valeret, non autem cum intentione dictum percussum matandi aut feriendi. Cum igitur, Pater Sancte, dicto exponenti numquam placuerit de huiusmodi facto nec placeat fueritque ab huiusmodi crimine (10) per sententiam iudicis, a sede apostolica deputati, in foro iudiciali, precedente inquisitione, liberatus ac etiam absolutus, dubitat tamen idem exponens ipsum conscientia (11) remordente premissorum occasione irregularitatem incurrisse, ideo supplicat S. V. humiliter et devote Johannes prefatus quatinus secum super irregularitate, si quam occasione premissa incurrerit, dispensare vel eam minime incurrisse declarare quodque in susceptis ordinibus ministrare et ut ad omnes alios sacros ordines promoveri beneficiaque ecclesiastica cum cura et sine cura quecumque (12), qualiacumque, etc., recipere, obtinere et retinere libere et licite valeat, dignemini de gratia speciali, premissis necnon iuribus, constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Julii, anno decimo.

---

(1) No ms. vem um *et* a mais.
(2) No ms. *Amajant*, com sinal de erro.
(3) No ms. *ditus*, com sinal de erro.
(4) No ms. *lanceia*, com sinal de erro.
(5) No ms. sinal de erro.
(6) No ms. *ditus*, com sinal de erro.
(7) No ms. *dius*, com sinal de erro.
(8) No ms. *propia*, com sinal de erro.
(9) No ms. *percursos*, com sinal de erro.
(10) No ms. *crimeni*, com sinal de erro.
(11) No ms. *concientia*, com sinal de erro.
(12) No ms. *quantaque*, com sinal de erro.

1158

1427, Julho 15

Rodrigo Anes, leigo da diocese de Coimbra, o qual prometera visitar o Santo Sepulcro e outros lugares e não podia cumprir o voto por motivo de pobreza, pede a comutação pela visita das igrejas de S. Pedro, S. Paulo, S. João de Latrão, Santa Maria Maior, S. Lourenço fora dos muros e outros santuários de Roma, com as mesmas indulgências que lucraria se visitasse o Santo Sepulcro.

Reg. Suppl. 214, fl. 154v.

Beatissime Pater. Cum devotus orator vester Rodericus Johannis, laicus Colimbriensis diocesis, infirmitate gravatus, mortis timore expresse vovit sacrum sepulcrum dominicum peregre personaliter visitare et alia loca sacra ultramarina, nunc autem tam propter prohibitionem per S. V. factam quam etiam propter paupertatem, qua gravatus existit, dictum votum adimplere non potest (1), eidem S. humiliter supplicat ut dictum votum in alia opera pietatis commutare dignemini, videlicet visitando ecclesias sancti Petri, Pauli, Johannis Lateranensis et Marie Maioris, sancti Laurentii extra muros et alia sanctuaria alme Urbis, indulgentiam illam consequatur quam obtinuisset et habuisset si sacrum sepulcrum visitasset, de vestra gratia speciali. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idibus Julii, anno decimo.

(1) No ms. a palavra *quatinus* a mais, com sinal de erro.

1159

1427, Julho 20

Súplica de Diogo Afonso sobre a igreja paroquial de Santa Maria de Vila Nova de Évora, a que resignara Pedro Esteves.

Reg. Suppl. 214, fl. 223.

Beatissime Pater, parrochiali ecclesia sancte Marie de Villa Nova Elborensi per liberam resignationem per devotum vestrum Petrum Stephani, ipsius ecclesie rectorem, in manibus S. V. factam et per eamdem S. admissam vacante, S. V. devoto oratori vestro Didaco Alfonsi, bacalario in ecclesia Elborensi, de dicta ecclesia provideri mandavit, prout in litteris desuper confectis plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, littere super dicta gratia confecte infra tempus per S. V. limitatum ex eo quod propter solutionem annate in camera apostolica detente fuerint, non fuerunt (1) in partibus coram executore sive iudice deputato presentate, et propterea dubitet idem Didacus gratiam ipsam fore expiratam et adhuc per prefatam resignationem eamdem ecclesiam vacare, suppli-

catur S. V. pro parte dicti Didaci quatinus sibi de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., sexaginta florenorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive per lapsum temporis huiusmodi, vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si devoluta, litigiosa vel reservata existat, eidem D[idaco] de novo providere sive litteras prefatas fore validas et efficaces necnon executorem ad executionem procedere posse et facienda per eum fore valida perinde ac si nullum tempus ad presentadum prefixum esset, sive in tempore debito presentate fuissent, concedere et declarare dignemini misericorditer et de gratia speciali. Non obstañ beneficio, bacallaria nuncupato, ac parrochiali ecclesia sancte Marie de Villa Alba Elborensis diocesis, quarum omnium fructus, etc., centum florenorum similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, dispensantes cum eodem ut dictas parrochiales ecclesias per biennium retinere et permutare libere possit, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Augusti, anno decimo.

---

(1) No ms. *fuerint*, com sinal de erro.

1160

1427, Agosto 2

Súplica de Fernando Álvares Cardoso, bacharel em medicina, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Tondela da diocese de Viseu, sobre a expedição das letras apostólicas relativas a um benefício eclesiástico.

Reg. Suppl. 210, fl. 94v-95.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto vestro Fernando Alvari, bacallario in medicinis, parrochialem ecclesiam sancte Marie de Tondella Visensis diocesis, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione [fl. 95] valorem annuum non excedebant, obtinenti, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebenda, dignitas, personatus, administratio vel officium in cathedrali vel collegiata ecclesia existeret, ad collationem, etc., per suas litteras provideri mandavit et voluit inter cetera quod idem Fernandus quam primum dignitatem vel personatum aut cum cura administrationem vel officium seu beneficium foret pacifice assecutus, dictam parrochialem ecclesiam, quam ex tunc vacare decrevit, omnino dimittere teneretur, prout in dictis litteris plenius continetur, et deinde eadem S. cum eodem Fernando ut cum dicta parrochiali ecclesia unum aliud beneficium ecclesiasticum, etiam si ei canonice conferretur, recipere et per quinquennium cum eadem parrochiali ecclesia retinere valeret dispensari concessit, in cuius concessionis supplicatione per inadvertentiam (1) positum extitit non obstañ gratia expectativa, in cancellaria declaranda, et ne concessio seu dispensatio huiusmodi sibi reddatur inutilis, dignetur eadem S. mandare litteras super ea

expediri ac si in ea huiusmodi gratiam expectativam narrasset et expresse positum fuisset quod idem Fernandus in eventum assecutionis huiusmodi dictam ecclesiam dimittere tenebatur sibique concedere et eamdem parrochialem ecclesiam in eventum assecutionis (2) predicte usque ad quinquennium valeat retinere, cum expressione quod ipsius fructus, etc., octuaginta librarum similium communi extimatione valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obstañ et clausulis in dicta concessione contentis et aliis oportunis. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Augusti, anno decimo.

(1) No ms. sinal de erro.

(2) As palavras *huiusmodi dictam ecclesiam* até *in eventum assecutionis* foram acrescentadas na margem direita do texto.

1161

1427, Agosto 3

Súplica de Lourenço Anes, reitor da igreja paroquial de S. Salvador de Elvas, procurador de D. Pedro, arcebispo de Lisboa, na Cúria Romana sobre a retenção da dita igreja com o arcediagado de Vouga e duas igrejas paroquiais.

Reg. Suppl. 214, fl. 239v.

Beatissime Pater, alias S. V. pro devoto vestro Laurentio Johannis, rectore parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Elbis Elborensis diocesis, devote creature vestre domini Petri, archiepiscopi Ulixbonensis (1), in Romana Curia procuratore, sive negotiorum gestore, cum quo tunc super obtinendis duabus parrochialibus ecclesiis per biennium et cum potestate permutandi, etc., dispensatum fuerat, petitionem super archidiaconatu de Vouga in ecclesia Colimbriensi, qui curatus et dignitas inibi, non tamen maior, post pontificalem existit, etiam quod cum dicto Laurentio ut ipse parrochialem ecclesiam et archidiaconatum predictos insimul quoad viveret retinere valeret dispensaret, continentem, per *Fiat ut petitur et dispensamus*, gratiose signavit et quia propter restrictiones cancellarie apostolice per dictam signaturam ipsi Laurentio huiusmodi petita dispensatio non venit, prefatus archidiaconatus, eius dignitate pensata, sic exigui annui sit valoris, cuius videlicet fructus viginti octo librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, dignetur eadem S., premissis attentis, cum ipso Laurentio ut archidiaconatum cum dictis parrochialibus ecclesiis per biennium et interim, una simpliciter aut ex causa permutationis, etc., per ipsum dimissa, cum reliqua earum quoad vixerit et cum potestate permutandi etiam quevis incompatibilia beneficia, sibi in antea conferenda, retinere valeat dispensare et secundum hoc litteras apostolicas super dicta petitione conficiendas expediri mandare. Cum non obstañ et clausulis in dicta petitione contentis et aliis oportunis. — *Fiat ut petitur ad annuum. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Augusti, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 973.

1162

1427, Agosto 6

Nova súplica de D. Luís, bispo eleito de Lamego, sobre a união dum canonicato e prebenda e da igreja paroquial de S. Martinho de Valdigem da diocese de Lamego ao arcediagado da sé, por não terem sido expressos os rendimentos do canonicato e prebenda.

Reg. Suppl. 210, fl. 142.

Beatissime Pater, nuper S. V., ad humilem devote creature vestre Lodovici, electi Lamacensis (1), supplicationis instantiam, dignitatem archidiaconalem in ecclesia Lamacensi institui illique canonicatum et prebendam ipsius ecclesie primo vacaturos ac parrochialem ecclesiam sancti Martini de Baldigem Lamacensis diocesis pro sustentatione archidiaconi gratiose uniri concessit, prout in petitione superinde confecta plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, per inadvertentiam petitionem ipsam formantis fructus, etc., canonicatus et prebende huiusmodi, qui quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, in ipsa petitione expressi non fuerunt et propterea idem electus gratiam huiusmodi timet minus utilem et fructuosam reputari, dignetur igitur eadem S. litteras super dicta petitione conficiendas cum expressione fructuum huiusmodi dictorum canonicatus et prebende in cancellaria apostolica expediri mandare de gratia speciali. Cum omnibus in eadem petitione contentis ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Augusti, anno decimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1118.

1163

1427, Agosto 14

Martinho Anes, cónego da colegiada de S. Martinho de Cedofeita, pede a confirmação da igreja paroquial de S. Salvador de Mazedo da diocese de Tui, que Pedro Anes permutara com ele pelo canonicato e prebenda de S. Martinho de Cedofeita.

Reg. Suppl. 204, fl. 156v-157.

Beatissime Pater, alias ecclesia parrochiali sancti Salvatoris de Mazedo Tudensis diocesis, que de iure patronatus laicorum existit, per resignationem Petri Johannis, tunc ipsius ecclesie possessoris, causa permutationis fiende, cum devoto vestro Martino Johannis ad canonicatum et prebendam ecclesie sancti Martini de Cedofeita Portugalensis diocesis, tunc eorumdem possessore, in manibus Ordinarii loci factam et per eumdem admissam vacante, idem Martinus eamdem ecclesiam [fl. 157] parrochialem, patronorum

laicorum eiusdem ecclesie interveniente consensu, ordinaria auctoritate extitit assecutus, dubitat tamen idem Martinus presentationem, collationem, provisionem [ac] assecutionem predictas et inde secuta certis ex causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. idem Martinus quatinus eas et ea omnia et singula rata habentes et grata, ex certa vestra scientia confirmare et approbare, supplentes omnes et singulos defectus, si qui intervenerint in eisdem, et nichilominus de eadem parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive adhuc, ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque facto vel persona, seu per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem de ipsa per quemcumque in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacet, etiam si devoluta aut generaliter vel specialiter reservata, affecta vel litigiosa sit, eidem Martino, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante defectu, ad omnes ordines promoveri et sex beneficia ecclesiastica, se invicem compatientia, recipere et obtinere ac quotiens vellet permutare posset tam ordinaria quam apostolica auctoritate extitit successive dispensatum, providere, ipso defectu ac iure quod habere pretendit in parrochiali ecclesia sancte Ovaie de Llanhesta Tudensis diocesis, quam non obtinet et cuius fructus, etc., septuaginta librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, non obstañ ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo nono Kalendas Septembris, anno decimo.

1164

1427, Agosto 27

Pedro Anes Delgado, clérigo de Lisboa, solicita a igreja paroquial de S. Salvador de Várzea do Couto de Arouca da diocese de Lamego, vacante por João Delgado se não ter ordenado de sacerdote no tempo devido.

Reg. Suppl. 210, fl. 237-237v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Petrus Johannis Delgado, clericus Ulixbonensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Varzia in Couto de Arouca Lamacensis diocesis, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod quidam Johannes Delgado, olim dictam ecclesiam canonice sibi collatam assecutus illamque per annum et amplius pacifice possidens, se non fecit, impedimento cessante legitimo et nulla dispensatione canonica a sede apostolica obtenta, ad sacerdotium promoveri, sive ut premittitur, aut per assecutionem pacificam cuiuscumque alterius beneficii ecclesiastici incompatibilis (1), quavis auctoritate collati, sive per liberam resignationem [fl. 237v] alicuius de illa ubicumque, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, seu alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque per-

sona, aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta et generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservata, affecta seu litigiosa existat, licet dictus Johannes Delgado illam per duodecim annos vel quasi detinuerit, prout adhuc detinet indebite occupatam, eidem Petro dignemini misericorditer providere. Non obstante gratia expectativa, si quam (2) habeat, in cancellaria declaranda. Cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Septembris, anno decimo.

(1) No ms. *incompatibili*, com sinal de erro.
(2) No ms. *qua*, com sinal de erro.

1165

1427, Agosto 30

Súplica de João Fuseiro, clérigo de Évora, sobre a igreja paroquial de S. Salvador de Várzea do Couto de Arouca da diocese de Lamego, vacante por João Delgado se não ter ordenado de sacerdote no tempo devido.

Reg. Suppl. 211, fl. 289.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Ruseiro (*sic*), clericus Elborensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Varzia in Couto de Arouca Lamacensis diocesis, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod Johannes Delgado, olim dictam ecclesiam canonice sibi collatam assecutus illamque per annum et amplius pacifice possidens, se non fecit, impedimento cessante legitimo et nulla dispensatione canonica a sede apostolica obtenta, ad sacerdotium promoveri, sive ut premittitur, aut per assecutionem pacificam cuiuscumque alterius beneficii ecclesiastici incompatibilis, quavis auctoritate collati, vel per liberam resignationem alicuius de illa ubicumque, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, seu alias quovis modo etiam ex alterius cuiuscumque persona, aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta et generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservata, affecta (1) seu litigiosa existat, licet dictus Johannes Delgado illam per duodecim annos vel quasi detinuerit, prout adhuc detinet, indebite occupatam, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Septembris, anno decimo.

(1) No ms. *aferta*, com sinal de erro.

1166

1427, Setembro 6

João Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Figueiró do Campo da diocese de Coimbra, dispensado já do impedimento de ilegitimidade para receber todas as Ordens, pede mais quatro benefícios, além da porção da igreja paroquial de Santa Maria de Alcáçova da dita diocese.

Reg. Suppl. 215, fl. 56v-57.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Alfonsi, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Figueyroo Colimbriensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante defectu, ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, cui cura non immineret animarum, ordinaria primo quodque demum ad omnes sacros ordines promoveri et unum aliud beneficium ecclesiasticum compatibile, etiam si curam haberet animarum, recipere et una cum dicto beneficio, quod vigore dicte prime dispensationis eum obtinere contingeret, licite retinere ipsaque beneficia obtinenda ex causa permutationis vel alias simul vel successive semel tantum dimittere et loco dimissi, etc., aliud vel alia duo dumtaxat beneficia ecclesiastica, etc., recipere et insimul licite retinere valeret apostolica auctoritatibus secundo extitit dispensatum, quarum dispensationum vigore, ad omnes sacros ordines rite promotus et quamdam perpetuam portionem in parrochiali ecclesia beate Marie de Alcazava dicte diocesis una cum dicta parrochiali ecclesia de Figueyroo, quarum fructus, [etc.] triginta librarum Turonensium parvorum secundum annuam extimationem valorem annuum non excedunt, fuit assecutus, quatinus secum ut una cum dictis beneficiis iam obtentis, quatuor alia beneficia ecclesiastica invicem compatibilia cum cura vel sine cura, etiam [fl. 57] si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia curata et electiva in cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis ecclesiis existant, si sibi canonice conferantur, aut assumatur vel eligatur ad illa libere et licite obtinere et retinere ipsaque beneficia obtenta et obtinenda ex causa permutationis vel alias simul vel successive, quotiens voluerit, et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, beneficium ecclesiasticum vel beneficia ecclesiastica, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia, invicem incompatibilia, recipere et insimul licite retinere valeat de uberioris dono gratie dignemini misericorditer dispensare, defectu predicto ac Pictavensis concilii, constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus dictarum et aliarum ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia sunt aut fuerint, etiam iuramento, confirmatione apostolica, etc., roboratis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Septembris, anno decimo.

1167

1427, Setembro 10

João Fuseiro, clérigo de Évora, pede a igreja paroquial de S. Salvador de Várzea do Couto

de Arouca da diocese de Lamego, vacante por João Delgado se não ter ordenado de sacerdote no tempo prescrito.

Reg. Suppl. 210, fl. 198v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Fuseyro, clericus Elborensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Vargia (*sic*) in couto de Arouca Lamacensis diocesis, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod quidam Johannes Delgado, olim dictam ecclesiam canonice sibi collatam assecutus illamque per annum et amplius pacifice possidens, se non fecit, impedimento cessante legitimo, ad sacerdotium promoveri, sive ut premittitur, aut per assecutionem pacificam cuiuscumque alterius beneficii ecclesiastici incompatibilis, quavis auctoritate collati, vel per liberam resignationem alicuius de illa ubicumque, etiam coram notario et testibus sponte factam, seu alias quovis modo, etiam ex alterius cuiuscumque persona, aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta vel alias specialiter aut generaliter dispositioni eiusdem sedis reservata, affecta seu litigiosa existat, ipsius litis statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, licet dictus Johannes Delgado illam per duodecim annos vel circiter detinuerit, prout detinet indebite occupatam, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstante gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica declaranda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Septembris, anno decimo.

1168

1427, Setembro 10

Os eremitas de Santo Agostinho da província de Aragão e Catalunha pedem a confirmação das constituições e estatutos promulgados no capítulo provincial, realizado no convento de Frage, designado na súplica como da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 215, fl. 54v.

Beatissime Pater. Nuper devoti vestri fratres ordinis Heremitarum sancti Augustini provincie Aragonie et Cathalonie, in conventu Frage Ulixbonensis (*sic*) diocesis in provinciali capitulo congregati, inter cetera statuerunt et ordinarunt nonnulla constitutiones et statuta pro statu et utilitate fratrum dicte provincie, que devotus vester generalis prior dicti ordinis tamquam honesta et utilia ac bene et rite facta auctoritate sui generalatus officii confirmavit, prout in diversis litteris capituli et generalis predictorum dicitur plenius contineri. Supplicant igitur S. V. fratres provincie prelibate quatinus pro maiori

subsistentia predictorum constitutiones et statuta predicta et omnia inde secuta auctoritate apostolica ex certa scientia confirmare dignemini, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Cum clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Septembris, anno decimo.

1169

1427, Setembro 10

Os frades da Observância de S. Francisco do convento ou oratório de Santo António, por eles fundado na propriedade de Fonte do Bispo, que Domingos Simões e sua mulher lhes deram, habitando aí havia mais de vinte anos, pedem a confirmação dessa doação e fundação, de cujo valor duvidavam.

Reg. Suppl. 215, fl. 121-121v.

Beatissime Pater, dudum quondam Dominicus Symoen et eius uxor diocesis Ulixbonensis, de propria cogitantes salute ac terrena in celestia commutare volentes, quamdam possessionem suam Fons [fl. 121v] Episcopi nuncupatam diocesis prefate fratribus de Observantia sancti Francisci pro quodam oratorio ibidem construendo concesserunt et donarunt, in qua quidem possessione dicti fratres, de loci Ordinarii licentia, quoddam oratorium ordinis dictorum fratrum de Observantia sub invocatione sancti Anthonii, cum ecclesia, claustro, campanili, campana, cimiterio et aliis officinis ad oratoria eiusdem ordinis pertinentibus construxerunt et edificarunt, in quo huiusmodi fratres de eadem Observantia a viginti annis et ultra Altissimo famulantes, laudabiliter degerunt, prout degunt de presenti. Cum autem, Beatissime Pater, fratres predicti dubitent donationem, constructionem et edificationem predictas et ex eis secuta viribus non subsistere, ex eo quod in eis sedis apostolice licentia non intervenit, supplicant igitur S. V. fratres predicti quatinus ipsos a generali excommunicationis sententia et aliis censuris, si quas propterea incurrerunt, absolventes ac super irregularitate, si quam divinis officiis sic ligati se immiscentes contraxerunt, cum eis dispensantes, donationem ac dicti oratorii constructionem et edificationem predictas et quecumque ex eis secuta rata habentes et grata, omnes et singulos defectus, si qui in eis forsitan intervenerint, ex vestri certa scientia apostolica auctoritate supplentes, confirmare, laudare et approbare dictisque fratribus presentibus et futuris quod ipsi ac oratorium prefatum omnibus et singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, concessionibus, indultis, insigniis et aliis quibuscumque, quibus alia dicti ordinis oratoria gaudent perinde gaudere valeant ac si dictum oratorium ex sedis apostolice licentia constructum et edificatum fuisset, concedere misericorditer dignemini de gratia speciali, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Septembris, anno decimo.

1170

1427, Setembro 10

João Afonso de Vizela, já absolvido por sentença judicial de certo crime, que lhe fora imputado, e dispensado de qualquer irregularidade, pede a expedição das letras apostólicas com a menção de certa circunstância que omitira.

Reg. Suppl. 216, fl. 287v.

Beatissime Pater, nuper Sanctitati Vestre exposito pro parte devoti oratoris vestri Johannis Alfonsy de Vizelle (*sic*), acoliti Bracharensis diocesis, quod cum ipse quadam die una cum altero laico ad quoddam mercatum causa ibi sua peragendi negotia accederet, quodque prefatus laicus alium laicum in loco ubi idem mercatum fiebat cum quadam lancea unico dumtaxat letali vulnere percusserit, de quo statim decessit et quia idem exponens minatus fuit cum quodam tello (1) eidem vulnerato, non intentione ipsum feriendi, sed quod dictus laicus eius socius fugere posset et expediri a predicto vulnerato ne per iustitiarium caperetur et licet dictus exponens fuisset iam ab huiusmodi homicidio per iudicem a sede apostolica deputatum sententialiter absolutus et inculpabilis iudicatus, nichilominus quia eum conscientia remordebat, petiit a S. V. secum super irregularitate ac inabilitate, si forte eam, premissorum occasione, incurrerat, humiliter dispensari et se abilitari, etc., prout [in] quadam supplicatione beatissima manu vestra signata, cuius copia suprascribitur, latius continetur, sed quoniam, Pater Sancte, propter inadvertentiam dictam supplicationem formantis (2) non fuit in ea expressum qualiter dictus percussus statim ex dicto vulnere decessit, licet fuerit facta mentio quod letaliter extiterit vulneratus, et ideo dubitat idem exponens dictam dispensationem et abilitationem fore validam, idcirco supplicat eidem S. V. quatinus litteras apostolicas super dicta dispensatione conficiendas cum illa narratione videlicet quod predictus laicus statim ex dicta letali percussione decessit, per cancellariam expediri mandare dignemini de gratia speciali, cum non obstañ in dicta supplicatione contentis et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Septembris, anno decimo.

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. *formatis*, com sinal de erro.

1171

1427, Setembro 12

João Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Figueiró da diocese de Coimbra, já dispensado do impedimento de ilegitimidade para receber todas as Ordens e outro benefício incompatível, pede mais quatro benefícios eclesiásticos, além da perpétua porção da igreja paroquial de Santa Maria de Alcáçova da dita diocese.

Reg. Suppl. 216, fl. 89v-90.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Alfonsi, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Figueyroo Colimbriensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non [fl. 90] obstante defectu, ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, cui cura non immineret animarum, ordinaria primo, quodque demum ad omnes sacros ordines promoveri et unum aliud beneficium ecclesiasticum compatibile, etiam si curam haberet animarum, recipere et una cum dicto beneficio quod vigore dicte prime dispensationis eum obtinere contingeret, licite retinere ipsaque beneficia obtinenda ex causa permutationis vel alias simul vel successive semel tantum dimittere et loco dimissi, etc., aliud vel alia duo dumtaxat beneficia ecclesiastica, etc., recipere et insimul licite retinere valeret apostolica auctoritatibus secundo extitit dispensatum, quarum dispensationem vigore, ad omnes sacros ordines rite promotus et quamdam perpetuam portionem in parrochiali ecclesia beate Marie de Alcazava dicte diocesis una cum dicta parrochiali ecclesia de Figueyroo, quarum fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, fuit assecutus, quatinus secum ut una cum dictis beneficiis iam obtentis quatuor alia ecclesiastica beneficia invicem compatibilia cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia curata et electiva in cathedralibus etiam metropolitanis seu cathedralibus ecclesiis existant, si sibi canonice conferantur, aut assumatur vel eligatur ad illa libere et licite obtinere et retinere ipsaque beneficia obtenta et (1) obtinenda ex causa permutationis vel alias simul vel successive, quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, beneficium ecclesiasticum seu beneficia ecclesiastica, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, invicem compatibilia, recipere et insimul licite retinere valeat de uberioris dono gratie dignemini misericorditer dispensare, defectu predicto ac Pictavensis concilii, constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus dictarum et aliarum ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia sunt ac fuerint, etiam iuramento, confirmatione apostolica, etc., roboratis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Septembris, anno decimo.

(1) No ms. *ex*, com sinal de erro.

1172

1427, Setembro 16

Lourenço Anes, procurador do arcebispo de Lisboa D. Pedro na Cúria Romana, renova súplica sobre a retenção da igreja paroquial de S. Salvador de Elvas e do arcediagado de Vouga.

Reg. Suppl. 215, fl. 124v.

Beatissime Pater, alias S. V. pro devoto vestro Laurentio Johannis, devote creature vestre Petri, archiepiscopi Ulixbonensis (1), in Romana Curia negotiorum procuratore, etiam tunc parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Elbis Elborensis diocesis obtinente, porrectam super archidiaconatu de Vouga qui curatus est et dignitas, non tamen maior,

post pontificalem existit, ecclesie Colimbriensis, petitionem per *Fiat ut petitur et dispensamus* gratiose signavit. Et quia propter restrictiones cancellarie apostolice per huiusmodi signaturam ipsi Laurentio super obtinenda per eum parrochiali ecclesia et archidiaconatu predictis brevis temporis dispensatio cederet ipseque archidiaconatus, huiusmodi dignitate perspecta, satis exigui annui valoris existit, quia viginti octo librarum Turonensium parvorum, etc., dignetur eadem V. S. litteras apostolicas super huiusmodi petitione conficiendas expediri mandare cum expressione quod ipse Laurentius parrochialem ecclesiam et archidiaconatum prefatos insimul quoad vixerit retinere necnon illos et quevis alia per ipsum imposterum assequenda incompatibilia simul vel successive, simpliciter aut ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum totidem alia similia vel dissimilia, duo etiam excepta invicem incompatibilia, recipere ac retinere valeat et cum aliis clausulis et non obstañ in dicta petitione contentis.—*Fiat ut petitur ad septennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Octobris, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 973.

1173

1427, Setembro 19

O Infante D. Duarte pede a confirmação das preceptorias de Santa Cruz e de Moura da diocese de Évora e de S. Brás de Lisboa, conferidas, a seu pedido, pelo prior da Ordem do Hospital Nuno Gonçalves de Góis a Frei Pedro de Góis que o Infante educara em sua casa e armara cavaleiro.

Reg. Suppl. 215, fl. 170-170v.

Beatissime Pater, dudum vacantibus preceptoriis sancte Crucis ac opidi de Moura Elborensis diocesis necnon sancti Blasii Ulixbonensis ordinis sancti Johannis Jerosolimitani per liberam resignationem de eisdem in manibus devoti vestri religiosi ac nobilis viri Nunii Gundissalvi de Goyos, militis, prioris ordinis predicti in regno Portugalie per religiosum virum Alvarum Pereyra, etiam militem, fratrem eiusdem ordinis, ipsas obtinentem, factam et per eumdem priorem tamquam Ordinarium admissam, dictus vero prior ad instantiam devoti filii vestri serenissimi principis Eduardi, Portugalie et Algarbii infantis primogeniti, de eisdem preceptoriis devoto vestro nobili viro fratri Petro de Goyos, militi expresse professo ordinis predicti, eadem auctoritate contulit et de eisdem sibi providit, quarum collationis et provisionis vigore, dictus Petrus preceptoriarum predictarum possessionem extitit assecutus illasque de presenti possidet pacifice et quiete. Cum autem, Beatissime Pater, dictus Petrus dubitet collationem et provisionem ac possessionis assecutionem predictas et quecumque ex eis secuta viribus non subsistere, maxime ex eo quia dictus prior eius pater carnalis existit, supplicat igitur S. V. infans predictus in personam eiusdem Petri, quem in suis camera et aula nutrivit ac militie ascripsit, quatinus collationem et provisionem possessionisque assecutionem predictas et quecumque ex eis secuta rata habentes et grata, omnes et singulos defectus, si qui in eis forsitan intervenerint, ex

vestri certa scientia supplentes, auctoritate apostolica confirmare et approbare necnon preceptorias predictas cum omnibus [fl. 170v] suis membris, quarum omnium fructus quingentorum florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quascumque alias personas seu liberas resignationes de eisdem in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factas, vacent, aut tanto tempore vacaverint quod earum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta (1), etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservate, affecte seu alias litigiose existant, litis statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, eidem Petro conferre et de eis sibi de novo providere dignemini. Non obstañ defectu natalium quem patitur de fratre professo ordinis predicti genitus et soluta, super quo cum eodem auctoritate apostolica extitit dispensatum, necnon constitutionibus apostolicis, statutis et consuetudinibus ac stabilimentis et privilegiis eiusdem ordinis, ipsorum tenores presentibus habentes pro sufficienter expressis, aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de utraque. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Octobris, anno decimo (2).

(1) No ms. *devolute*, com sinal de erro.

(2) Esta súplica foi traçada ao meio. Na margem esquerda do texto a explicação: *Cass. de mandato domini nostri. P.* Na margem direita do texto outra anotação: *Non detur copia neque sumptum de mandato domini nostri. P.*

1174

1427, Setembro 27

Nova súplica sobre as preceptorias de Santa Cruz e de Moura da diocese de Évora e de S. Brás de Lisboa da Ordem do Hospital a favor de Frei Pedro de Góis.

Reg. Suppl. 215, fl. 259.

Reformatio fratris Petri de Goyos, militis, etc., de et super preceptoriis sancte Crucis ac opidi de Moura Elborensis diocesis necnon sancti Blasii Ulixboneñ ordinis sancti Johannis, etc. (1).

Beatissime Pater. Quia petitio, cuius copia premittitur, devotus vester Petrus suprascriptus sibi de tribus inibi expressis preceptoriis de novo provideri supplicat, per *Fiat ut petitur de utraque. O.* signata reperitur, unde tertia preceptoria huiusmodi cadere non videtur, dignetur S. V. litteras apostolicas super dicta petitione conficiendas, etiam de dicta tertia preceptoria expediri mandare. Cum non obstañ et clausulis in dicta petitione contentis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Octobris, anno decimo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto. Na mesma margem ainda esta anotação: *Cass. de mandato domini nostri. P.* Na margem direita do texto a seguinte: *Non detur sumptum nec copia de mandato domini nostri. P.*

1175

1427, Setembro 30

Súplica de Afonso Domingues, sacerdote da diocese de Coimbra, sobre a perpétua porção da igreja paroquial de Santa Maria de Vila Nova de Anços da dita diocese, vacante por morte de Gonçalo Gil.

Reg. Suppl. 211, fl. 76v.

Supplicat S. V. devotus vester Alfonsus Dominici, presbyter Colimbriensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua portione parrochialis ecclesie beate Marie Ville Nove de Anzos dicte diocesis, cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Gonsalvi Egidii, extra Romanam Curiam defuncti, et que tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta existit, sive dicto sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, seu alias generaliter vel specialiter reservata sit et super ea in dicta Curia vel extra eam lis, cuius statum habentes presentibus pro expresso, pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere, non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria declaranda, et cum ceteris aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Octobris, anno decimo.

1176

1427, Outubro 1-23

Nova súplica de João Afonso de Vizela, acólito da diocese de Braga, sobre a dispensa de irregularidade, em que porventura tivesse incorrido, promoção a todas as Ordens sagradas e consecução de benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 216, fl. 284v-285.

Beatissime Pater. Exponit S. V. humilis et devotus vester Johannes Alfonsi de Vizelle (*sic*), acolitus Bracharensis diocesis, quod [cum] ipse quadam die existeret in ecclesia sancti Andree de Tolloes dicte diocesis accessit ad ipsum quidam Alvarus Ciiusa, laicus eiusdem diocesis (1) dixitque ei si volebat ire ad mercatum ad vilam de Amarant et exponens prefatus respondens dixit quod sic, propter aliqua sua expedienda negotia et sic ambo aggressi sunt viam ad mercatum predictum, dictus Alvarus ense et lancea ipseque Johannes tello et ense muniti. Cum itaque simul ambo essent in mercato iam dicto quiescendo, dictus Alvarus prefatus eidem exponenti quod videbat ibi quemdam Alvarum Gundissalvi Trabuta, etiam laicum dicte diocesis, ipsius Alvari inimicum, quodque vole-

bat sibi dare duas curtellatas vel unam tibiam scindere, dictus vero exponens id tu videris respondit; post hec autem predicti Alvarus et Johannes fecerunt moram in eodem loco quiescendo per certum horarum spatium donec sibi recedendum (*sic*) tempus oportunum viderunt cumque iter arriperent per huiusmodi (*sic*) callem iam prope exitum dicte ville, prefatus Alvarus qui preibat (2), videns predictum Alvarum Trabuta, eius inimicum, nullo facto verbo eidem exponenti, suum inimicum predictum cum lancea, quam manu gestabat, inter scapulas letaliter percussit et lancea per eum a corpore dicti inimici subtracta, voluit ipsum cum eadem iterum repercutere, [fl. 285] sed vulneratus iam dictus apprehendens dictam lanceam cum manu propria, partem ipsius tenebat et a se quantum poterat atrahebat, exponens vero prefatus ad hec repente respiciens et inconsulte minatus fuit eumdem vulneratum cum tello, quod in sua manu gerebat, dicens ipsi vulnerato: dimitte lanceam, motus intentione quod dictus percussor fugere posset ne per iustitiarium capi valeret, non autem cum intentione dictum percussum matandi aut feriendi. Cum igitur, Pater Sancte, dicto exponenti numquam placuerit de huiusmodi facto nec placeat fueritque ab huiusmodi crimine per sententiam iudicis, a sede apostolica deputati, in foro iudiciali, precedente inquisitione, liberatus ac etiam absolutus, dubitat tamen idem exponens ipsum conscientia (3) remordente premissorum occasione irregularitatem incurrisse, ideo supplicat S. V. humiliter et devote (4) Johannes prefatus quatinus secum super irregularitate, si quam occasione premissa incurrerit, dispensare vel eam minime incurrisse declarare quodque in susceptis ordinibus ministrare et ut ad omnes alios sacros ordines promoveri beneficiaque ecclesiastica cum cura et sine cura quecumque (5), qualiacumque, etc., recipere, obtinere et retinere libere et licite valeat, dignemini de gratia speciali, premissis necnon iuribus, constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.* (6).

---

(1) No ms. um *et* a mais.
(2) No ms. *xabat*, com sinal de erro.
(3) No ms. *contientia*, com sinal de erro.
(4) No ms. *devota*, com sinal de erro.
(5) No ms. *quocumque*, com sinal de erro.
(6) No ms. não é indicada a data. Na margem esquerda do texto, logo no início vem a seguinte anotação: *Cass. quia copia et per errorem scripta ut* [*patet*] *infra per eius reformationem, fol.* [*C*]*lxxxvii.*

1177

1427, Outubro 3

Martinho Esteves, clérigo da diocese da Guarda, pede a perpétua porção da igreja paroquial de S. João de Coruche da diocese de Évora, vacante por morte de Gonçalo Domingues Tripeiro.

Reg. Suppl. 216, fl. 60v.

Supplicat S. V. devotus vester Martinus Stephani, clericus Egitaniensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de quadam perpetua portione parrochialis ecclesie sancti Johannis de Curuche Elborensis diocesis, cuius fructus, etc., viginti florenorum auri

de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum Gundissalvi Dominici Triperio, ipsam obtinentis, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso vel alio quovis modo, aut per quamcumque aliam personam seu liberam resignationem de eadem in Romana Curia vel extra et coram notario et testibus factam vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta seu alias dispositioni eiusdem sedis reservata, affecta aut litigiosa existat, ipsius litis statum presentibus habentes pro sufficienter expresso (1), eidem Martino dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria apostolica declaranda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Nonas Octobris, anno decimo.

(1) No ms. *expressis.*

1178

1427, Outubro 4

Súplica de Fernando Álvares, bacharel em artes e medicina, sacerdote da diocese de Viseu e familiar do cardeal de S. Pedro ad Vincula, *sobre a igreja paroquial de Santa Maria de Caria da diocese de Lamego, vacante por morte de Gomes Lourenço.*

Reg. Suppl. 216, fl. 44v-45.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancte Marie de Querya Lamecensis diocesis per obitum quondam Gometii Laurentii, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Fernandus Alvari, bacallarius artium et medicine, presbyter Visensis diocesis ac reverendissimi patris domini cardinalis sancti Petri [ad Vincula] familiaris continuus commensalis, illam vigore gratie expectative, sibi per S. V. facte, acceptavit et de eadem sibi infra tempus legitimum obtinuit provideri, timens nichilominus acceptationem et provisionem huiusmodi certis ex causis viribus non subsistere. Supplicat eidem S. dictus Fernandus quatinus sibi de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut prefertur, et ex alterius cuiuscumque persona aut per liberam resignationem ipsius G[ometii], in Romana Curia vel extra eam factam, etiam coram notario et testibus sponte factam, vacet aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime [fl. 45] devoluta et generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservata seu in dicta Curia vel extra eam litigiosa existat, eidem F[ernando] dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda Viseñ, de quibus sibi S. V. mandavit provideri, ac parrochiali ecclesia sancte Marie de Tondella Visensis diocesis, quorum fructus, etc., quinquaginta librarum similium valorem annuum non excedunt, ac dispensatione ad incompatibilia, ad quinquennium sibi facta, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica declaranda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Octobris, anno decimo.

1179

1427, Outubro 6

Nova súplica de Lourenço Anes sobre o arcediagado de Vouga, a pedir a expedição das letras apostólicas com a indicação de que era dignidade electiva.

Reg. Suppl. 216, fl. 20v.

Reformatio Laurentii Johannis de archidiaconatu de Vouga in ecclesia Colimbriensi, etc. (1).

Dignetur S. V. litteras apostolicas super petitione, cuius copia premittitur, et quadam desuper obtenta reformatione pro devoto vestro Laurentio suprascripto conficiendas expediri mandare cum expressione etiam si archidiaconatus, de quo inibi agitur, electivus sit, et cum aliis clausulis et non obstañ in dictis petitione et reformatione contentis. — *Fiat. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Octobris, anno decimo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

1180-1181

1427, Outubro 7

Súplicas de Afonso Anes, reitor da igreja paroquial de S. Bartolomeu de Trancoso da diocese de Viseu, sobre a igreja paroquial de S. Pedro de Cota da dita diocese, vacante por morte de Afonso Domingues, e de Paio Gonçalves, sacerdote da diocese do Porto, sobre a mesma igreja de S. Bartolomeu de Trancoso.

Reg. Suppl. 216, fl. 36-36v.

Supplicat S. V. devotus vester Alfonsus Johannis, rector parrochialis ecclesie sancti Bartholomei de Trancoso Visensis diocesis presbyter, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Petri de Cota dicte diocesis, que de iure patronatus laicorum extitit, vacante per obitum quondam Alfonsi Dominici, extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive dicto, sive alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem *Execrabilis* vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta seu alias generaliter vel specialiter reservata existat et super ea in dicta Curia aut extra eam inter aliquos lis, cuius statum habentes pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, dignemini [fl. 36v] misericorditer providere, attento quod patroni laici ad id accedit consensus. Cum non obstañ et clausulis oportunis.

1181. Supplicat S. V. devotus vester Pelagius Gunsalvi, presbyter Portugalensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Bartholomei de Trancoso Visensis diocesis, cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante vel dum vacabit per assecutionem pacificam parrochialis ecclesie sancti Petri de Cota dicte diocesis per quemdam Alfonsum Johannis de eadem ecclesia sancti Petri factam auctoritate apostolica seu faciendam, sive dicto, sive per dicti Alfonsi Johannis liberam resignationem de illa in manibus S. V. aut coram notario et testibus in Romana Curia vel extra eam, etiam sponte factam seu faciendam, aut alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, etiam per constitutionem *Execrabilis* vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta seu alias generaliter aut specialiter reservata existat, et super ea in dicta Curia vel extra eam inter aliquos lis, cuius statum habentes presentibus pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque. O. Fiat.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonis Octobris, anno decimo.

1182

1427, Outubro 22

Diogo Álvares, cidadão de Lisboa, pede a anulação do arrendamento de certo casal, pertencente à preceptoria de S. Brás de Lisboa da Ordem do Hospital, feito a certo judeu, para lhe ser feito a ele suplicante nas mesmas condições.

Reg. Suppl. 216, fl. 272v-273.

Beatissime Pater, exponitur S. V. ex parte devoti vestri Didaci Alvari, in civitate Ulixbonensi commorantis, quod Jacob Maçonde, iudeus, in dicta civitate commorans, sub certa annua pensione casale in termino eiusdem civitatis constitutum, ad preceptoriam sancti Brasii Ulixboneñ ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani pertinens, tenet et possidet, utilitatem exinde consequendo. Cum autem, Beatissime Pater, inconveniens, inhonestum seu alias scandalosum videatur quod infidelis sustentetur ex bonis ecclesiasticis maxime religionis seu hospitalitatis quodque honestius foret utilitatem, quam dictus iudeus ex eodem casali percipit cedere alicui catholico, cum quo dicte preceptorie conditio potior efficeretur, supplicatur igitur S. V. ex parte prefati exponentis quatinus alicui probo viro in partibus committere dignemini et mandare quod ipse apostolica auctoritate arrendamentum, locationem, firmam, enfitiosim (1) seu quamcumque aliam alienationem vel concessionem de eodem casali prefato iudeo quacumque auctoritate factas casset, revocet et annullet, necnon casale predictum sub eadem pensione cum certis aliis avantagiis, quibus conditio eiusdem preceptorie potior efficiatur, auctoritate predicta eidem exponenti, eis modis, [fl. 273] quibus dicto iudeo extitit concessum, concedat pariter et assignet,

premissorum tenores presentibus habentes pro sufficienter expressis, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, si in evidentem. O.*

Datum Laterani, undecimo Kalendas Novembris, anno decimo.

(1) No ms. *inficiosim*, com sinal de erro.

1183

1427, Outubro 23

Luís Afonso, clérigo de Ordens menores da diocese de Évora, procurador do rei de Portugal na casa do cível em Lisboa, acusado de adultério perante o corregedor João Afonso, juiz da cidade de Lisboa, e depois restituído aos tribunais eclesiásticos, pede a reintegração no seu primeiro estado.

Reg. Suppl. 216, fl. 272-272v.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. ex parte devoti vestri Ludovici Alfonsi, clerici in minoribus constituti diocesis Elborensis, procuratoris regis Portugalie in domo civili Ulixbonensi, quod quidam Alvarus Martini, laicus civitatis Ulixbonensis coram Johanne Alfonsi, correctore eiusdem civitatis, iudice seculari inter cetera asserens eumdem exponentem adulterium in dicta civitate cum eius uxore perpetrasse accusavit et propterea idem exponens carceribus secularibus aliquamdiu detentus fuit et deinde tamquam clericus in minoribus constitutus, vicariis reverendissimi in Christo patris domini archiepiscopi Ulixbonensis (1) extitit restitutus, in cuius carceribus detinetur, coram quibus vicariis dictus accusator super iniuria, quam ad summam quinque milium scutorum auri extimavit, penam, si qua de iure dicto exponenti debebat infringi arbitrio dictorum vicariorum remittens, suum libellum porrexit, coram quibus inter partes fuit altercatum, dictus vero exponens eosdem vicarios requisivit quod, considerato quod dictus acusator civiliter contra eum agebat et quod ipse in dictis carceribus constitutus, causam suam deffendere non valebat, sumptibusque magnis et expensis gravabatur, ipsum sub sufficienti cautione de iuri parendo ab eisdem carceribus relaxare dignarentur, quod dicti vicarii facere recusarunt, asserentes eis fuisse prohibitum per archiepiscopum predictum quod nullum clericum ex carceribus secularibus eis restitutum sub cautione a carceribus relaxarent et alias sic fuisse de more observatum. Cum autem, Beatissimme Pater, dictus exponens, contra quem ut prefertur civiliter agitur, ex carceribus quibus quatuordecim mensibus et ultra e[x]titit (2) detentus, se commode deffendere et expensas sustinere non possit et propterea forsitan iniuste poterit oprimi, [fl. 272v] supplicatur igitur S. V. ex parte eiusdem exponentis quatinus cause huiusmodi statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, alicui probo viro in partibus committere dignemini et mandare quod ipse vicarios predictos ad prefatum exponentem sub fideiussoria cautione ab eisdem carceribus relaxandi apostolica auctoritate compellat et nichilominus, si dictus exponens de predicto adulterio convinci seu alias condempnari contingat, auctoritate predicta penam ipsi pretextu adulterii huiusmodi infligendam, eidem remittat omnemque infamie maculam

sive notam, si quam premissorum occasione contraxit circa eum penitus abolleat ipsumque ad pristinum statum quo ante premissa existebat, restituat et reponat, premissis necnon iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, et committatur. O.*

Datum Laterani, decimo Kalendas Novembris, anno decimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 973.

(2) No ms. *etitit.*

1184

1427, Outubro 23

Os frades da Observância de S. Francisco do oratório de Santo António da Fonte do Bispo da diocese de Lisboa pedem a expedição gratuita das letras apostólicas sobre o dito oratório, alegando a sua pobreza.

Reg. Suppl. 216, fl. 273v.

Pro fratribus de Observantia sancti Francisci loci Fontis Episcopi nuncupati Ulixboñ diocesis (1).

Beatissime Pater, nuper S. V. suprainserti tenoris supplicationem devotis vestris in ea scriptis gratiose signavit, qui pretextu eorum notorie paupertatis unde litteras apostolicas super dicta supplicatione confici faciant non habent; dignetur ergo S. V. litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas per abbreviatores grossatores et alios officiales cancellarie apostolice necnon in bullaria et bullarum registro et alias ubique gratis de mandato expediri mandare, cum non obst. in dicta supplicatione contentis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Laterani, decimo Kalendas Novembris, anno decimo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

1185

1427, Outubro 25

Rolando Escritor, clérigo da diocese de Lisboa, mestre em artes e medicina, pede a pluralidade de benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 217, fl. 141v-142.

Beatissime Pater, dudum cum devoto vestro Rollando Scriptoris, clerico Ulixbonensis diocesis, in artibus et medicina magistro, defectum natalium patienti de soluto genito et soluta, ut huiusmodi defectu non obstante ad minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere valeret ordinaria extitit auctoritate dispensatum, post quam quidem dispensationem idem Rolandus clericali caractere rite insignitus fuit. Dignetur igitur S. V. cum eodem Rollando, cum quo etiam vigore gratie expectative, in cancellaria declarande, ad beneficium cum cura vel sine cura, etc., apostolica auctoritate extitit dispensatum, quique super canonicatu et prebenda ecclesie sancti Salvatoris Herlebetteñ Tornacensis diocesis, quos detinet, in partibus litigat cuique dudum de aliis certis canonicatibus et prebendis eiusdem ecclesie, quorum quorumlibet quinquaginta, ac de [fl. 142] parrochiali ecclesia Sesme (1) predicte Tornacensis diocesis, cuius centum viginti librarum Turonensium parvorum fructus, etc., secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, apostolica extitit auctoritate provisum seu concessum provideri, ut ipse quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia curata et electiva in metropolitanis vel aliis cathedralibus aut collegiatis ecclesiis et dignitates huiusmodi in eisdem metropolitanis vel cathedralibus post pontificales maiores aut in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint, si sibi alias canonice conferantur vel assumatur ad illa, recipere et retinere illaque simpliciter vel ex causa permutationis, simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, sibi alias canonice conferenda, recipere et retinere libere et licite valeat, defectu predicto necnon Pictavensis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus misericorditer dispensare, constitutionibus et ordinationibus supradictis ac gratiis expectativis, in cancellaria declarandis, non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Laterani, octavo Kalendas Novembris, anno decimo.

---

(1) No ms. sinal de erro.

1186

1427, Outubro 27

Lopo Vaz da Cunha, acólito pontifício, a quem o papa concedera por motu proprio *o deado de Braga, duvidando sobre a expedição das letras apostólicas respectivas, pede a prorogação do tempo para a dita expedição.*

Reg. Suppl. 217, fl. 53v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. sub data videlicet quinto Nonas Maii pontificatus vestri anno decimo devoto vestro Luppo Valasci de Cunha, eiusdem S. acolito, de nobili

genere ex utroque parente procreato, de decanatu Bracharensis ecclesie qui inibi dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem existit, tunc certo modo vacante seu vacaturo, motu proprio providit seu provideri mandavit, prout in quadam supplicatione, beatissima manu vestra signata desuper, cuius tenorem hic habere dignemini pro expresso, plenius continetur. Verum, Pater Sancte, quia idem Luppus litteras super huiusmodi decanatus provisione, propter aliquas causas animum suum ad hoc moventes, hactenus expedire dubitavit et dubitat (1) verisimiliter etiam de presenti, ideo supplicat S. V. quatinus terminum sex mensium pro huiusmodi litteris de beneficiis reservatis expediendis per regulam cancellarie eiusdem S. V. limitatum seu prefixum ac eiusdem termini finem ad duos menses proximo futuros eidem Luppo prorrogare ipsamque prorrogationem libris eiusdem cancellarie annotari seu scribi mandare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Novembris, anno decimo.

---

(1) No ms. *dubita*, com sinal de erro.

1187-1188

1427, Novembro 1

Súplicas de D. Afonso, Conde de Ourém, sobrinho do rei de Portugal, sobre a escolha de confessor que o possa absolver também dos casos papais e sobre o indulto para seus capelães e chantres poderem receber os rendimentos dos benefícios sem obrigação da residência pessoal, enquanto estiverem a seu serviço.

Reg. Suppl. 217, fl. 104v-105.

Beatissime Pater, ut devotissimus eiusdem S. et sancte Romane Ecclesie filius Alfonsus, comes de Ouren, domini regis Portugalie et Algarbii Cepteque domini nepos, sue reportet frequentius anime fructum, dignetur [fl. 105] S. V. sibi ut confessor per ipsum pro tempore eligendus, quotiens sibi videbitur, eum ab omnibus et singulis que confitebitur, suis peccatis, criminibus et excessibus, etiam si talia sint, propter que sedes apostolica merito consulenda fuerit, absolvere penitentiamque salutarem sibi iniungere valeat indulgere gratiose, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de preteritis. O.*

1188. Item, Beatissime Pater, ut suprascripti comitis capellani et eius capelle cantores pro tempore existentes ad insistendum et vacandum ipsius obsequiis ferventius animentur, supplicat eidem S. dictus comes quatinus omnibus et singulis dicte capelle cantoribus suisque capellanis continuis commensalibus, presentibus et futuris, indulgere dignemini ut huiusmodi obsequiis insistendo, fructus, etc., quorumcumque beneficiorum suorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura, que pro tempore obtinuerint, etiam si canonicatus et prebende, dignitates et maiores vel principales, personatus, administra-

tiones vel officia, etiam curate et elective, in metropolitanis aliis cathedralibus aut collegiatis ecclesiis fuerint, cum ea integritate, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, libere percipere valeant, cum qua illos perciperent si in dictis ecclesiis sive locis personaliter residerent, et ad residendum in eisdem minime teneantur, nec ad id a quoquam compelli possint inviti, quodque predictos fructus, etc., quibusvis personis etiam laicis, cum quibus suam et dictorum beneficiorum conditionem efficere poterint meliorem, ad tempora, de quibus eis videbitur arrendare, locare vel ad firmam seu annuam pensionem concedere valeant, cuiuscumque super hoc licentia minime requisita. Non obstañ si dicti capellani et cantores in huiusmodi ecclesiis primam non fecerint personalem residentiam consuetam, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. — *Fiat ad triennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Novembris, anno decimo.

1189

1427, Novembro 3

Súplica de Rodrigo Lourenço, acólito da sé apostólica, bacharel em decretos e nobre, sobre a retenção da igreja paroquial de S. Tiago de Beja com outro benefício eclesiástico incompatível.

Reg. Suppl. 218, fl. 123v-124.

Supplicat S. V. devotus vester Rodericus Laurentii, S. V. et sedis apostolice acolitus, in decretis bacallarius ac de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatinus secum ut una cum parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Begia Elborensis diocesis, quam obtinet et cuius fructus, etc., centum quinquaginta florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, quodcumque aliud beneficium ecclesiasticum curatum aut alias incompatibile, etiam si canonicatus et prebenda, dignitas, personatus, administratio vel officium curatum et electivum metropolitane aut alterius cathedralis vel collegiate ecclesie et dignitas huiusmodi in metropolitana vel alia cathedrali maior post pontificalem aut in collegiata ecclesia huiusmodi principalis seu alia parrochialis ecclesia fuerit, auctoritate quacumque conferendum, etiam si eligatur vel assumatur ad illud, recipere et quoad vixerit insimul retinere possit et valeat cum potestate permutandi, quotiens sibi placuerit, pro similibus vel dissimilibus beneficio seu beneficiis ecclesiastico vel ecclesiasticis, invicem incompatibilibus, misericorditer dispensare dignemini, dicta parrochiali ecclesia, cartanaria ecclesie Ulixbonensis ac una portione in ecclesia sancte Crucis Ulixboneñ, quas obtinet et quarum fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, [fl. 124] necnon generalis concilii, constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum gratiis expectativis, si quas habet, in cancellaria declarandis, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Novembris, anno decimo.

1190

1427, Novembro 15

João Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Figueiró do Campo da diocese de Coimbra, pede mais dois benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 217, fl. 265.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Alfonsi, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Figuey[ro]o Colimbriensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante, duo beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, se invicem compatientia, retinere valeret eadem S. gratiose dispensari concessit, prout in petitione superinde confecta plenius continetur, quatinus secum ut duo alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, se invicem et cum supradictis compatientia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia curata et electiva in metropolitanis aliis cathedralibus vel collegiatis fuerint, cum licentia illa, totiens quotiens sibi placuerit, permutandi, recipere et retinere libere et licite valeat, litteras apostolicas super dicta petitione conficiendas secundum hoc ad quatuor videlicet beneficia ecclesiastica, etc., expediri mandare, dispensare dignemini de gratia speciali, defectu predicto ac omnibus in dicta petitione contentis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis.

... ...

[fl. 266]

... ...

Fiat pro omnibus tribus. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Decembris, anno decimo.

1191

1427, Novembro 16

Súplica de Frei Gonçalo, abade do mosteiro da Caridade da diocese de Cidade Rodrigo da Ordem dos Premonstratenses, em litígio com o bispo de Ajácio Frei André Dias sobre o dito mosteiro.

Reg. Suppl. 218, fl. 52v-53.

Beatissime Pater, introductis lite et causa in vestro sacro causarum apostolico palatio inter quemdam fratrem Andream, assertum episcopum Aiacensem (1), actorem, ex una et devotum vestrum fratrem Gundissalvum, abbatem monasterii de Caritate Civitatensis diocesis ordinis Premonstratensis de et super dicta abbatia de Caritate, quam

dudum vacantem ex obitu fratris Johannis Delicati, eiusdem monasterii abbatis, in partibus defunti, auctoritate electionis [fl. 53] et confirmationis ordinarie sibi desuper facte collatam extitit assecutus et tenuit per annum et ultra pacifice et quiete, licet de presenti eamdem abbatiam ut creditur non possideat ratione certi spolii de ea sibi facti et eiusdem abbatie occasione et in causa ad certos actus processo, ipsius statum hic habentes pro expresso, asseratur a nonnullis neutri ex litigantibus predictis in dicta abbatia seu ad eam ius competere et sic eam sedi apostolice generaliter reservatam adhuc vacare, quare suplicatur pro parte eiusdem fratris Gundissalvi abbatis quatinus domino Artinigo de Capel., ad presens dicte cause auditori, commitere dignemini et mandare ut, si per eventum litis sibi constiterit neutri ex litigantibus predictis in dicta abbatia seu ad eam ius competere, eamdem abbatiam, cuius fructus, etc., honeribus ipsius deductis, centum septuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ex obitu dicti fratris Johannis Delicati, sive ex obitu immediate ante dictum fratrem Johannem ipsius abbatie possessoris, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, sive per liberam resignationem dicti quondam fratris Johannis Delicati aut alterius cuiuscumque in Romana Curia aut extra eam, etiam quavis auctoritate, etiam coram notario et testibus, quam ratam habere dignemini, factam, seu assecutionem alterius beneficii, etiam quavis auctoritate factam, vacet (2), etiam si devoluta aut generaliter vel specialiter reservata, affecta aut alias inter aliquos litigiosa, cuius litis statum, etc., habere placeat pro expresso, sit, eidem fratri Gundissalvo abbati provideat de eadem ipsumque Gundissalvum eidem monasterio preficiat in abbatem, curam, regimen et administrationem ipsius sibi in spiritualibus et temporalibus committendo (3). Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Decembris, anno decimo (4).

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 851.

(2) No ms. *vacent*, com sinal de erro.

(3) No ms. *committendi*.

(4) Sobre o assunto cf. SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV*, Roma-Porto 1967, p. 135.

MARTINHO V

(EL. 11 NOV., COR. 21 NOV. 1417, + 20 FEV. 1431)

SÚPLICAS

ANO DÉCIMO PRIMEIRO

(21 NOV. 1427 – 20 NOV. 1428)

AV, REG. SUPPL., VOL. 219 A 231

1192

1427, Novembro 23

Súplica de Diogo Peres da Silva, cónego de Lamego, nobre, sobre o deado de Lamego, a que fora eleito pelo cabido depois da morte de Lopo Gonçalves.

Reg. Suppl. 219, fl. 21-21v.

Beatissime Pater, nuper vacante decanatu Lamacensi, qui dignitas maior post pontificalem in eadem ecclesia ac curata et electiva existit, per obitum quondam Lopi Gunsalvi, extra Romanam Curiam defuncti, canonici ipsius ecclesie, pro tunc capitulum facientes, devotum vestrum Didacum Petri de Silva, canonicum eiusdem ecclesie, in decanum illius elegerunt. Supplicat igitur S. V. humiliter et devote prefatus Didacus qui de nobili genere procreatus existit, quatinus predictam electionem confirmantes, sibi specialem gratiam [fl. 21v] facientes, de dicto decanatu, cuius fructus, etc., centum et quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per huiusmodi Lopi Gunsalvi obitum, sive dicto, sive alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem *Execrabilis* vacet, et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta seu alias generaliter vel specialiter reservatus existat et super eo in Romana Curia vel extra eam inter aliquos lis, cuius statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Didacus canonicatum et prebendam predicte ecclesie, quorum fructus, etc., triginta librarum Turonensium similium extimatione predicta valorem annuum non excedunt, obtinet, et cum ceteris aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Decembris, anno undecimo.

1193

1427, Novembro 24

Súplica de Vasco Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, sobre a derogação de certas cláusulas testamentárias relativas ao governo dos bens do falecido Pedro Gonçalves do Vale, confiado a um sacerdote da sua descendência.

Reg. Suppl. 219, fl. 61v-62v.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devoti vestri Valasci Gunsalvi, clerici Bracharensis diocesis, quod licet dudum quondam [fl. 62] Petrus Gunsalvi de Valle dum vixit ipsius Valasci consanguineus portionariusque ecclesie sancte Marie parrochialis de Sindim Lamacensis diocesis, in sue ultime voluntatis testamento voluerit et ordinaverit quod omnia et singula bona sua propria immobilia, que tunc possidebat obtinebatque et ad eum spectabant et pertinebant per personam de genealogia sua, in sacerdotio constitutam existentem propinquiorem heredem eius post ipsius obitum regerentur, tenerentur et possiderentur quodque dicta persona singulis septimanis certas missas in predicta ecclesia celebrare deberet et teneretur, prout hec omnia in dicto testamento verius continentur, cuius tenorem habentes hic pro sufficienter expresso, tamen voluntati et ordinationi dicti testatoris quoad premissa hucusque pro eo quod quidam Alfonsus Gometii laicus predicte Lamacensis diocesis in anime sue salutis interitum contra dicti testatoris voluntatem et ordinationem et post eius obitum omnia et singula bona immobilia predicta cum suis pertinentiis et attinentiis fere spatio novem annorum detinuit, prout adhuc de facto detinet occupata, fructus, redditus et proventus ex illis provenientes percipiendo, extitit minime satisfactum, ymmo prorsus derogatum. Cum autem, Pater Beatissime, non degeat persona in humanis que dicti testatoris consanguineus presbyter existat nec que ipsius voluntati ut prefertur satisfacere procuret, igitur, Pater Sancte, ne dicti testatoris voluntati et ordinationi predictis derogaretur diutiusque bona predicta per prefatum Alfonsum et in eius manibus multipliciter deteriorata et diminuta et deperdita in dies deteriorentur ac per ipsum detineantur occupata, supplicat S. V. humiliter et devote prefatus Valascus Gunsalvi quatinus ut huiusmodi bona omnia et singula predicta apprehendere necnon recipere ac tenere, regere et gubernare et de fructibus, etc., ex bonis predictis provenientibus iuxta eorumdem exigentiam, qualitatem et valorem secundum prefati testatoris voluntatem et ordinationem predictas singulis septimanis missas celebrari facere quamdiu vixerit in humanis et post eius obitum proximior consanguineus heres eius masculus presbyter et, deficiente presbytero, clericus vel laycus ex paterna linea vel materna propinquior consanguineus heres videlicet unus post alium universales heredes similiter huiusmodi bona apprehendere, recipere, retinere, regere et gubernare et predictas missas celebrare seu celebrari facere singulis septimanis teneantur, possit et valeat ac possint et valeant, plenam et liberam licentiam concedere dignemini et facultatem de gratia [fl. 62v] speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, dicti testatoris voluntate, etc., ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis.—*Fiat quod observetur voluntas testatoris et committatur Ordinario ut provideat supplicanti, si adimpleverit. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Decembris, anno undecimo.

1194

1427, Novembro 29

Súplica de Martinho Gonçalves, sacerdote da diocese do Porto, sobre a igreja de Ovil da mesma diocese, vacante por morte de João Domingues, e por ele aceite com o consentimento da nobre Inês de Sousa, padroeira da dita igreja.

Reg. Suppl. 219, fl. 85-85v.

Beatissime Pater. Dudum vacante parrochiali ecclesia de Ovil que de iure patronatus laicorum existit, Portugalensis diocesis, per obitum quondam Johannis Dominici, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Martinus Gunsalvi, presbyter dicte diocesis, de expresso consensu et voluntate nobilis mulieris Agnetis de Sousa, ad quam ius presentandi personam ydoneam ad dictam ecclesiam spectare dicitur et pertinere, tamquam simplex et iuris ignarus possessionem dicte ecclesie apprehendit illamque tenuit et possedit spatio decem et octo mensium, fructus, etc., ex eadem provenientes percipiendo. Cum igitur dicta ecclesia adhuc per obitum prefati Johannis Dominici vacare noscatur, supplicat S. V. dictus Martinus quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per dicti Johannis Dominici obitum et que tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis [fl. 85v] statuta concilii ad sedem apostolicam legitime est devoluta, sive dicto seu alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem *Execrabilis* vacet, seu alias generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservata existat et super ea in dicta Curia vel extra eam inter aliquos lis, cuius statum habentes presentibus pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, dignemini cum habilitatione et abolitione oportunis misericorditer providere, et cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et habilitamus.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Decembris, anno undecimo.

1195

1427, Novembro 30

Lopo Vaz da Cunha, nobre e acólito pontifício, a quem fora concedido o arcediagado de Barroso e o deado de Braga, mas sem a confecção das respectivas letras apostólicas, tendo possuído a igreja paroquial de Santa Maria da Lourinhã da diocese de Lisboa durante vários anos, sem se ordenar de sacerdote, pede a provisão dos ditos arcediagado, deado e igreja paroquial.

Reg. Suppl. 219, fl. 54-54v.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto vestro Lopo Valasci, eiusdem S. acolito, ex utroque parente de nobili genere procreato, de archidiaconatu de Barroso in ecclesia Bracharensi, qui non tamen maior, per (*sic*) decanatus eiusdem primo et deinde de dicto decanatu, qui maior post pontificalem inibi dignitates et curate sunt, per (*sic*) decanatus ecclesie Ulixbonensis per Rodericum Didaci auctoritate apostolica faciendam assecutionem et ex vacaturis gratiose concessit provideri. Verum, Pater Sancte, littere apostolice super huiusmodi concessionum gratiis infra tempus per constitutiones apostolicas ad id statutum confecte non fuerunt per ipsum R[odericum] interim dicti decanatus ecclesie Bracharensis possessione adepta ipseque L[upus] parrochialem ecclesiam beate Marie de Lourinhã Ulixbonensis diocesis per plures annos possidens, se non fecit ad sacerdotium promoveri, fructus percipiens ex eadem, quare supplicat eidem S. dictus L[upus] quatinus sibi super hiis oportune consulentes, ei de archidiaconatu, cuius centum, ac decanatu dicte ecclesie Bracharensis, cuius centum et quinquaginta, ac de ecclesia beate Marie,

cuius centum et viginti, librarum Turonensium parvorum, fructus, etc., secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, antedictis, cum decanatus ecclesie Bracharensis per assecutionem huiusmodi seu alias, etc., vacaverit et etiam si archidiaconatus per adeptionem possessionis decanatus ecclesie Bracharensis et parrochialis ecclesie per non provisionem huiusmodi seu aliis quibusvis modis vel ex aliorum quorumcumque personis seu per constitutionem *Execrabilis* vacet et generaliter vel specialiter reservatus, devolutus ipsique archidiaconatus et decanatus ecclesie Bracharensis electivi et cuius statum, etc., ligiosi sint, etiam cum habilitatione, etc., providere et secum qui monasterium sancti Andree de Randuphe ordinis sancti Benedicti dicte Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., centum et viginti florenorum auri de camera secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, in commendam sibi quoad vixerit tantum obtinet, ut ecclesiam beate Marie de alterum ex decanatu ecclesie Bracharensis et archidiaconatu huiusmodi insimul etiam una cum dicto monasterio quoad vixerit retinere necnon illos et quevis alia per ipsum imposterum assequenda incompatibilia beneficia, simul vel successive, similiter ac ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum tandem alia similia vel dissimilia, duo etiam excepta invicem incompatibilia, beneficia recipere et similiter insimul quoad vixerit retinere valeat dispensare dignemini. Non obstantibus premissis ac gratia [fl. 54v] expectativa, necnon dispensatione super obtinendis incompatibilibus etiam cum potestate permutandi, etc., in cancellaria apostolica exprimendis, ceterisque contrariis quibuscumque; parrochialem ecclesiam sancti Thome (1) de Travaços Bracharensis diocesis, quam post huiusmodi non promotionem in vim expectative gratie assecutus fuit ac ut credit possidet, in manibus eiusdem S. ex nunc dimittit sive resignat. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus et promoveatur infra quatuor menses. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Decembris, anno undecimo.

(1) No ms. *Tome*, com sinal de erro.

1196

1427, Novembro 30

Fernando Álvares, bacharel em artes e medicina, médico e familiar do cardeal de S. Pedro ad Vincula *D. João, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Caria da diocese de Lamego.*

Reg. Suppl. 219, fl. 92-92v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Fernandus Alvari, in artibus et medicina bacalarius, medicus et familiaris continuus commensalis devote creature vestre Johannis tit. sancti Petri ad Vincula sancte Romane Ecclesie presbyteri cardinalis (1), quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Caria Lamecensis diocesis, vacante per obitum quondam Gometii Laurentii, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonen-

sium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum communiter non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut per quamcumque aliam personam vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias specialiter vel generaliter reservata, affecta vel iuxta constitutionem *Execrabilis* aut Lateranensis statuta concilii devoluta seu in Romana Curia vel extra inter quascumque personas litigiosa existat, cuius statum, etc., hic habere dignemini pro sufficienter expresso, eidem Fernando dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Fernandus quamdam aliam parrochialem ecclesiam sancte Marie de Tondella [Visensis] (2) diocesis et quosdam canonicatum et prebendam ecclesie Visensis (3) obtinet, quorum omnium fructus, etc., sexaginta librarum similium secundum dictam extimationem valorem annuum communiter non excedunt, ac quadam dispensatione ad duas ecclesias curatas vel duo incompatibilia et quadam gratia [fl. 92v] expectativa cum extensione, si quam habeat, in cancellaria declaranda, et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Decembris, anno undecimo.

---

(1) D. João Cervantes, arcediago de Sevilha, criado cardeal presbítero de S. Pedro ad Vincula por Martinho V a 24 de Maio de 1426; passou a cardeal-bispo de Óstia em 1446 e morreu em Espanha a 25 de Novembro de 1453. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, pp. 34, 36, 45.

(2) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *Visensis*.

(3) No ms. *Bisensis*, com sinal de erro.

1197

1427, Dezembro 10

Artur Gonçalves, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Faia da diocese de Braga, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Alvarelhos da diocese do Porto, vacante por resignação de João Pais.

Reg. Suppl. 219, fl. 218v-219.

Supplicat S. V. devotus vester Arturus Gundissalvi, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Faya Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia beate Marie de Alvarelhos Portugalensis diocesis, cuius fructus, etc., viginti septem librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per liberam resignationem Johannis Pelagii, ultimi possessoris eiusdem, in manibus eiusdem S. aut sedis apostolice vicecancellarii seu eius locum tenentis factam, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem Johannis pape xxii que incipit *Execrabilis* vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem prefatam devoluta legitime aut alias dicta ecclesia beate Marie specialiter vel generaliter dispositioni apostolice reservata vel affecta existat et super ea [fl. 219] in Romana Curia vel extra eam inter aliquos

lis, cuius statum presentibus habere dignemini pro expresso, pendeat indecisa, eidem Arturo dignemini misericorditer providere, dicta ecclesia sancti Jacobi, cuius fructus, etc., decem et octo librarum similium eadem extimatione valorem non excedunt annuatim, et gratia expectativa, quam habet, in cancellaria declaranda, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Decembris, anno undecimo.

1198

1427, Dezembro 14

Súplica de Frei João Rodrigues, prior claustral do mosteiro de S. João de Arnóia, sobre a privação do mesmo contra o abade Luís Martins e a seu próprio favor.

Reg. Suppl. 220, fl. 66-67.

Beatissime Pater. Cum Ludovicus Martini, abbas monasterii sancti Johannis de Arnoia ordinis sancti Benedicti diocesis Bracharensis in sensum reprobum datus, sue salutis immemor, in multorum scandalum ac malum exemplum infra dicti monasterii septa seu clausuras publice detinuit, prout detinet, concubinam, Deum vero et eius sanctos sepius blasphemavit ac in eodem monasterio quemdam filium suum carnalem in monachum recepit, monachis quoque portiones [fl. 66v] [...] eius culp [...] bona etiam diminuta aut dilapidata et licet anni sint elapsi quod in ipsius monasterii in abbatem fuit prefectus, munus benedictionis recipere neglexit, propter que dictum monasterium in spiritualibus et etiam temporalibus non modicam patitur iacturam, nisi de remedio provideatur oportuno, dictum monasterium ad ultimum deveniet extremum, supplicat igitur S. V. devotus vester frater Johannes Roderici, prior claustralis monasterii prefati, quatinus alicui probo viro in partibus committere dignemini et mandare quod de premissis summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, se informet et si ea seu eorum alterum aut aliquod aliud propter quod dictus Ludovicus abbatia predicta sit privatus vel debeat privari, ipsum abbatia prefata, regimine et administratione prefati monasterii auctoritate apostolica privet et amoveat penitus ab eisdem, necnon monasterio prefato, cuius abbatie fructus, etc., nonaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si ex quavis causa eius dispositio ad sedem apostolicam pertineat, de persona dicti fratris Johannis auctoritate predicta provideat ipsumque illi in abbatem et pastorem preficiat, curam, regimen et administrationem ipsius monasterii sibi committendo, dispensantes cum eodem fratre Johanne super defectu natalium quem patitur de converso ordinis predicti genitus et soluta, super quo certo modo in confectione litterarum exprimendo, cum eo fuit auctoritate apostolica dispensatum quod huiusmodi natalium defectu non obstante, regimen et administrationem dicti [fl. 67] [...] non obstantibus quibuscumque, cum clausulis [oportunis. — *Fiat ut petitur de*] *privatione, in forma iuris. O. Fiat.*

[Datum Rome, apud Sanc]tos Apostolos, decimo nono Kalendas Januarii, anno undecimo.

1199

1427, Dezembro 16

Gonçalo Cação, nobre e familiar do Infante D. Henrique, pede ao papa crie um deado na igreja de Ceuta, onde fora erigida a catedral sob a invocação de Santa Maria, confiada ao governo de D. Aimaro, eleito bispo da diocese, o qual instituiu aí oito cónegos, depois de a cidade ter sido conquistada aos Sarracenos por D. João I. Solicita também que as décimas ou dízimos de Almeirim da diocese de Lisboa, resultantes da cultura promovida pelo rei, sejam unidas ao deado e pede a colação deste a si próprio.

Reg. Suppl. 219, fl. 215-215v. Publicada em *Monumenta Henricina*, III, Coimbra 1961, n. 88, pp. 177-178.

Beatissime Pater, dudum S. V. in civitate Cepte, in partibus Affricanis constituta, per devotum filium vestrum serenissimum principem Johannem, Portugalie et Algarbii regem illustrem, de potestate infidelium sarracenorum acquisita et fidei christiane restituta, sub invocatione beate Marie cathedralem ecclesiam erexit ipsique ecclesie de persona devote facture vestre Aymari (1) providit ipsumque illi in episcopum prefecit et pastorem, qui quidem episcopus in eadem ecclesia capitulum ecclesie cathedralis statuit, in quo octo canonicos instituit. Cum autem, Beatissime Pater, rationabile et etiam utile foret in dicta ecclesia dignitatem curatam et electivam maiorem post pontificalem institui ut ipsam obtinens, caput eiusdem capituli haberetur, supplicat igitur S. V. devotus vester Gundissalvus Caçon de nobili genere ex utroque parente procreatus, devoti filii vestri Henrici regis predicti infantis tertii geniti familiaris, quatinus in dicta ecclesia Ceptensi decanatum qui dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem existat, creare, erigere et statuere necnon pro sustentatione decani pro tempore dicte ecclesie omnes et singulas decimas et primitias loci de Almeirim diocesis Ulixbonensis, quarum valor summam centum scutorum secundum communem extimationem [annuatim] (2) non excedunt (*sic*), alias inculti seu mortibus (3) constituti [fl. 215v] per regem predictum facti seu alias ad cultum reducti, ad ecclesiam collegiatam beate Marie de Alcaçeva ville de Santaren diocesis predicte spectantis, ipsi ecclesie decimis et primitiis, quas ex eodem loco, antequam per eumdem regem ad culturam reduceretur (4) reservatis, decanatui predicto imperpetuum unire, annectere et incorporare quodque de huiusmodi decanatu, postquam creatus, erectus et statutus fuerit, si in premissis omnibus eiusdem regis consensus intervenerit, predicto Gundissalvo provideri dignemini, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur et committatur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Januarii, anno undecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro. D. Aimaro, franciscano, nomeado bispo de Marrocos em Maio de 1413, depois da conquista de Ceuta pelos portugueses foi designado bispo desta cidade de Ceuta. Por sua morte, ocorrida em 1443, foi nomeado bispo de Ceuta o carmelita Frei João de S. Lourenço. Cf. EUBEL, C. *Hierarchia Catholica*, I, p. 327; II, p. 125.

(2) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão de *annuatim*.

(3) No ms. sinal de erro.

(4) No ms. sinal de erro.

1200

1427, Dezembro 30

João Vasques, reitor da igreja de Santa Maria de Corvite, à qual o arcebispo de Braga D. Fernando uniu a igreja paroquial de Santa Eufêmia dentro dos limites da cidade de Guimarães, pede ao papa a confirmação das disposições do arcebispo.

Reg. Suppl. 222, fl. 52v.

Beatissime Pater, dudum devota factura vestra Fernandus, archiepiscopus Bracharensis (1), inter alia considerans quod fructus, redditus et proventus parrochialis ecclesie sancte Eufemie infra limites ville de Guymaraaes diocesis Bracharensis constitute adeo erant tenues et exigui quod, oneribus deductis, rector ipsius pro tempore ex eis non poterat comode iuxta sui status condecentiam sustentari, cum viginti scutorum auri de Francia secundum communem extimationem valorem annuum non excedebant, ipsam de sui capituli consensu ecclesie parrochiali beate Marie de Corvite diocesis predicte, cuius etiam fructus, etc., triginta scutorum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, eidem ecclesie sancte Eufemie vicine cum per (2) cessum vel decessum ipsam obtinentis vacaret, in perpetuum univit, annexavit et incorporavit, prout premissa auctenticis litteris, quarum tenores (3) presentibus eadem S. habere dignetur pro sufficienter expressis, plenius continetur, deinde ecclesia sancte Eufemie prefata per obitum quondam Stephani Petri, ipsius rectoris, extra Romanam Curiam defuncti vacante, devotus vester Johannes Valasci, rector ecclesie beate Marie de Corvite predicte, vigore unionis, annexationis et incorporationis predictarum ecclesie sancte Eufemie predicte possessionem extitit pacifice assecutus ipsamque possidet de presenti. Cum autem, Beatissime Pater, ab aliquibus asseratur unionem, annexationem, incorporationem ac possessionis assecutionem predictas et ex eis secuta viribus non subsistere, supplicat igitur S. V. Johannes Valasci prefatus quatinus unionem, annexationem, incorporationem ac possessionis assecutionem predictas et ex eis secuta rata habentes et grata, omnes et singulos defectus, si qui fortasse in eis intervenerint, ex vestri certa scientia supplentes, apostolica auctoritate confirmare, laudare, approbare ac robore firmitatis apostolice communire dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Januarii, anno undecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 840.
(2) No ms. *pro*, com sinal de erro.
(3) No ms. *tenorem.*

1201

1428, Janeiro 3

Súplica de João Nunes, clérigo da diocese de Viseu, sobre a privação do canonicato e prebenda de Lamego e da igreja paroquial de Freigil (?) da diocese lamecense a seu favor e contra Lourenço Rodrigues que teria matado Lopo Gonçalves, deão de Lamego.

Reg. Suppl. 220, fl. 58v-59.

Beatissime Pater. Cum quidam Laurentius Roderici, canonicus ecclesie Lamecensis ac rector parrochialis ecclesie de Friginel Lamecensis diocesis, Deum pre oculis non habens ac ipsius timore postposito diabolicoque spiritu inductus, homicidium in Lopum Gunsalvi, decanum Lamecensem, commisit et perpetravit, maculam irregularitatis dampnabiliter incurrendo, quare ad obtinendum canonicatum et prebendam ac parrochialem ecclesiam predictos se reddidit indignum et illis venit merito privandus, supplicat igitur S. V. devotus vester Johannes Nunii, clericus Visiensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dictis canonicatu et prebenda Lameceñ ac parrochiali ecclesia de Friginel alicui probo viro in partibus committere et mandare dignemini ut se summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii auctoritate apostolica de premissis diligenter se informet et si ita esse aut saltim quod ad privationem dicti Laurentii sufficiat reppererit, eumdem Laurentium dictis canonicatu et prebenda ac parrochiali ecclesia privet et amoveat penitus ab eisdem, necnon ipsos canonicatum et prebendam ac parrochialem ecclesiam, quorum fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum per privationem huiusmodi aut alias quovis modo, preterquam per ipsius Laurentii obitum, vacare contigerit, etiam si iam actu [vel] alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vel per liberam resignationem dicti Laurentii seu alicuius alterius ubicumque, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, aut per constitutionem *Execrabilis* vacent, etiam si affecti, devoluti aut alias dispositioni [fl. 59] [sedis apostolice reservati ... existant ...] assignet ac provideat etiam de eisdem. [Non obstañ media canonia] quam in ecclesia Bisiensi obtinet, cuius [fructus, etc., ...] quinque librarum Turonensium similium extimatione predicta valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria declaranda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Januarii, anno undecimo.

1202

1428, Janeiro 13

Súplica de Gomes Afonso, reitor da igreja de Santa Maria da Covilhã, que permutara simoníacamente esta igreja pela de Santa Maria de Pero Viseu da diocese da Guarda com Estêvão Anes, a pedir a absolvição desta falta e a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 220, fl. 151v-152.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Gometius Alfonsi, rector ecclesie beate Marie de Covilhaan Egitaniensis diocesis, parrochialem ecclesiam predictam ex permutationis causa pro parrochiali ecclesia beate Marie de Pero Viseu diocesis prefate, quam tunc obtinebat, cum quodam Stephano Johannis, etiam tunc prefate ecclesie de Covilhaan rectoris, ordinaria auctoritate facta extitit pacifice assecutus, symoniaca tamen labe interveniente et propterea ad dictam ecclesiam beate Marie de Covilhaan, quam per duodecim annos et amplius detinuit et [ad] quecumque alia beneficia obtinenda inhabilis

factus sit, supplicatur S. V. pro parte dicti Gometii, qui de premissis ab intimis condolet et qui nullum aliud habet beneficium, quatinus ipsum ab omni symonia eiusque reatu et excessu absolventes ipsumque ut ecclesiam predictam et quecumque ac qualiacumque alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, ei canonice conferenda, assequi et retinere valeat habilitantes ac super irregularitate et inhabilitate exinde contractis cum eodem dispensantes, de huiusmodi parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quascumque alias personas seu per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem de eadem, etiam coram [fl. 152] [notario et testibus factam ...] vel reservata seu affecta existat, eidem Gometio de novo misericorditer providere dignemini, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo [cum] eo fuit dispensatum, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda. Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et habilitamus et imponatur penitentia. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Januarii, anno undecimo.

1203

1428, Janeiro 15

Súplica de Nuno de Góis sobre o priorato do Hospital, que lhe fora concedido por morte de Gonçalo Camelo.

Reg. Suppl. 220, fl. 204v-205v.

Beatissime Pater, dudum vacante prioratu Portugalie ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani per obitum quondam Gundissalvi Camello, ipsum obtinentis, extra Romanam Curiam defuncti, qui curatus et electivus ac principalis dignitas in eadem regione existit et qui iuxta constitutiones et stabilimenta eiusdem ordinis ad certum tempus dari consuevit, devoto vestro Nunio de Goyos, nunc ipsum obtinenti, quondam Philibertus magister et frater Lucius de Balivis, tunc dicti magistri locum tenens, ac conventus Rodi ordinis predicti providerunt dictumque prioratum cum omnibus iuribus et pertinentiis suisque annexis et membris contulerunt, quarum collationis et provisionis vigore, idem Nunius eiusdem prioratus possessionem fuit assecutus ipsumque possidet et successive frater Antonius de Flumag, modernus magister, ac conventus predicti prioratum prefatum cum omnibus et singulis [fl. 205] [...] concesserunt et donarunt. [Cum autem, Pater Sancte, prefa]tus prior collationem, confirmationem, concessionem et donationem predictas et ex eis secuta dubitet viribus subsistere, supplicat igitur S. V. dictus prior quatinus provisionem, confirmationem, collationem, donationem et concessionem predictas ac possessionis assecutionem ac omnia ex eis secuta rata habentes et grata, omnes et singulos defectus, si qui forsan in eis intervenerint, ex vestra certa scientia supplentes, apostolica auctoritate confirmare, laudare et approbare necnon prioratum predictum, cuius fructus, etc., trium milium librarum Turonensium parvorum

secundum communem extimationem, ut asseritur, valorem annuum non excedunt, cum omnibus iuribus et pertinentiis ac membris annexis, preceptoriis et cameris suis, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem de eodem, in Romana Curia vel extra, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta vel ipse prioratus dispositioni apostolice generaliter vel specialiter reservatus, affectus seu alias litigiosus inter quascumque personas existat, ipsius litis statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, eidem Nunio ad eius vitam conferre et assignare ac de eodem sibi dignemini misericorditer providere, dispensantes cum eodem Nunio si et quatinus indigerit, super defectu natalium quem patitur de fratre expresse professo, eiusdem Hospitalis genitus et soluta, super quo, ut, eo non obstante, dignitates, administrationes et officia per fratres dicti Hospitalis gubernari consueta, etiam si ad illa consueverint qui per electionem assumi, recipere et retinere valeret apostolica extitit auctoritate dispensatum, quod huiusmodi natalium [fl. 205v] [...] — *Fiat ut petitur* [et *dispensamus. O.*].

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Februarii, anno [undecimo].

1204

1428, Janeiro 18

Vasco Peres, prior do mosteiro de Santa Maria de Baltar da diocese de Lamego, pede o priorato conventual do mosteiro S. Salvador de Grijó da diocese do Porto, do qual João Anes se tornara indigno, devido a ter uma concubina.

Reg. Suppl. 220, fl. 187-189.

Beatissime Pater. Cum quidam Johannes Johannis, prior monasterii sancti Salvatoris de Egrigeo ordinis sancti Augustini per priorem soliti gubernari, Portugalensis diocesis, Romane ecclesie immediate subiecti, olim dum monachus ipsius monasterii existeret et priusquam eidem monasterio in priorem preficeretur, effractis seris et portis sacristie ecclesie dicti monasterii [fl. 187v] [...] dampnabiliter committens, excommunicationis sententiam incurr[...], de huiusmodi furto diffamatus et notatus proptereaque de dicto monasterio effugerit et deinde cuiusdam viri habitatoris Colimbriensis civitatis, cuius nomen et cognomen habentes pro sufficienter expresso, et ob honestatem exprimi obmittitur, uxorem legitimam Constantiam Petri, vulgariter nuncupatam, de proprio domicilio dicti sui viri ad confines predicti monasterii a dicto domicilio per unam dietam et dimidiam distante transduxerit sive venire procuraverit et in suam receperit ac tenuerit palam concubinam publicam et subsequenter predicta excommunicationis sententia sic ligatus, de prefato prioratu sive monasterio sibi obtinuerit per S. V. provideri, cuius provisionis vigore, dictum monasterium assecutus fuit, dictam Constantiam expost, prefato suo marito legitimo vivente, spatio novem annorum et amplius tam in dicto monasterio quam extra in grangiis et casalibus ad ipsum monasterium spectantibus in

suam publicam tenuerit concubinam, filium et filiam ex eadem Constantia procreaverit, perseverando in huismodi adulterii scelere, in totius ecclesiastici status, commisse sibi dignitatis ac sacerdotalis ordinis observantieque regularis et religionis sue dedecus et opprobrium ac ingentissimum vilipendium, necnon contra canonicas sanctiones, statuta et observantias regulares dicti ordinis ac provinciales et synodales constitutiones et ordinationes excommunicationis sententiam dampnabiliter incurrerit et sic ac premisso modo ligatus dictis sententiis divina celebraverit et se immiscuerit eisdem, irregularitatis maculam sive notam contraxerit ac mala malis accumulando [fl. 188] [...] adulterii [...] religiosit. in prefato monasterio in monachum et fratrem receperit et ordinaverit ac recipi et habitum [monasterii] et ordinis predictorum sibi tradiderit sive tradi fecerit [...] sicuti unum ex aliis monachis dicti monasterii in eodem [...] benigne mandaverit et quod deterius proprie sue salutis [...]sus immemor et in libidine sue dampnate volumptatis excec[...] in anime sue salutis interitum et scandalum omnium religiosorum duo casalia cum omnibus suis pertinentiis et attinentiis ad prefatum monasterium spectantia predicte Constantie quoad vixerit tradiderit et concesserit gubernanda necnon bona, fructus, redditus et proventus ipsius monasterii cum Constantia ac filio et filia prefatis ignominiose et dampnabiliter dissipaverit et dilapidando consumpserit et consumit nec ab huiusmodi excessibus et sceleribus cesset se abstinere neque talia perpetrare formidet, ymmo in suis delictis et criminibus insordescens vilescit, adeo quod numerum monachorum dicti monasterii fere de medietate diminuerit et diminuit, in divini cultus non modicam diminutionem fideique christiane attenuationem et ipsius monasterii totalem desolationem, cum dictam Constantiam adhuc modernis temporibus in suam publicam teneat concubinam et insuper dudum cum S. V. prefato Johanni de prioratu sive monasterio predicto provideret, idem Johannes falso ut asseritur in litteris provisionis huiusmodi sibi facte narraverit quod in iure canonico per triennium studuerit et quod dicti prioratus sive monasterii fructus, etc., trecentarum librarum Turonensium parvorum valorem annuum non excedebant, cum revera tempore dicte provisionis ei de huiusmodi prioratu facte fructus, etc., ipsius prioratus secundum dictam extimationem valorem dictarum [fl. 188v] [...] Ordinarium loci propter [...] cum ab illius iurisdictione censeatur exemptus neque [...] igitur ut per S. V. super premissis salubriter provideatur [...] Johannis tot enormia mala et scandala commissa non re[mane]ant impunita, supplicat S. V. humiliter et devote Valascus [Pe]tri, prior monasterii beate Marie de Baltar predicti ordinis, [per] priorem soliti gubernari Lamacensis diocesis, quatinus alicui prelato seu probo viro partibus in illis committere dignemini et mandare ut se de premissis omnibus et singulis summarie informet et si per informationem huiusmodi reppererit premissa scelera, crimina et scandala per dictum Johannem commissa fore et perpetrata aut alterum ex eisdem quod ad privationem ipsius sufficiat seu quod idem Johannes falso ut asseritur in litteris predictis sue provisionis huiusmodi verum valorem fructuum, etc., dicti monasterii sive prioratus de Egrigeo non expresserit et expresserit se in iure canonico per triennium studuisse, quod careat veritate, aut aliquod premissorum ad eius sufficere privationem, eumdem Johannem dicti prioratus sive monasterii de Egrigeo regimine et administratione, quod nondum per decennium possedit, privet realiter et ammoveat de eodem ac predicto Valasco prioratum ipsius monasterii de Egrigeo, cuius fructus, etc., quadringentarum librarum Turonensium similium extimatione predicta valorem annuum non excedunt conferat et sibi provideat de eodem, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta vel alias specialiter vel generaliter reservatus existat et super eo in Romana [Curia] (1) vel extra eam inter

aliquos [fl. 189] [...] fructus, etc., centum et quinquaginta [librarum] similium extimatione predicta valorem annuum non excedunt. Et cum [omnibus] aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Februarii, anno undecimo.

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *Curia*.

1205

1428, Janeiro 23

Violante Rodrigues, freira do mosteiro de Santa Clara de Santarém, pede a dispensa do impedimento de ilegitimidade por ser filha dum mestre duma Ordem militar da regra de Cister e de mulher solteira, para ser promovida às dignidades mesmo abaciais da sua Ordem.

Reg. Suppl. 224, fl. 136-136v.

Supplicat S. V. devota vestra soror Violans Roderici, monialis expresse professa monasterii sancte Clare Sanctarenensis Ulixbonensis diocesis ordinis eiusdem sancte, quatinus ut, non obstante defectu natalium quem patitur de magistro expresse professo militie ordinis Cisterciensis [fl. 136v] genita et soluta, ad omnes administrationes, officia et dignitates, etiam abbatiales, ipsius ordinis (1) licite eligi ac prefici (2) valeat et assumi cum eadem dignemini misericorditer dispensare de dono gratie uberioris, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Februarii, anno undecimo.

(1) No ms. *ordines*.
(2) No ms. *prefecti*, com sinal de erro.

1206

1428, Fevereiro 9

Súplica de Pedro Lourenço, cónego do mosteiro de Santa Cruz de Coimbra, sobre a confirmação da capela de S. Julião, sita no mosteiro de S. Vicente de Lisboa, vacante por morte de Estêvão Álvares.

Reg. Suppl. 223, fl. 3v-4.

Beatissime Pater, dudum vacante prioratu sive capella sancti Juliani, sito in ecclesia monasterii sancti Vincentii extra muros antiquos Ulixboneñ [fl. 4] ordinis sancti Augustini, per priorem soliti gubernari, per obitum quondam Stephani Alvari, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Petrus Laurentii, canonicus monasterii sancte Crucis Colimbriensis ordinis predicti, dictum prioratum sive capellam in vim litterarum apostolicarum, sibi per S. V. concessarum, acceptavit et de illo sive illa obtinuit provideri, licet quidam Rodericus Johannis Baralhãa, gerens se pro canonico prefati monasterii sancti Vincentii, in dicta capella intruserit et illam detineat fere per triennium indebite occupatam; dubitat tamen dictus Petrus acceptationem et provisionem predictas et inde secuta certis ex causis (1) viribus non subsistere et dictum prioratum sive capellam adhuc vacare. Supplicat S. V. humiliter et devote dictus Petrus quatinus acceptationem et provisionem predictas et exinde secuta rata habentes et grata, sibi de dicto prioratu sive capella, cui cura imminet animarum, et cuius fructus, etc., ducentarum octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum prefati Stephani Alvari, sive dicto, sive alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem *Execrabilis* vacet, et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta vel alias generaliter vel specialiter reservatus seu affectus (2) existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod causa ad instantiam predicti Petri super dicto prioratu sive capella domino Johanni de Schallerman, palatii apostolici causarum auditori contra Laurentium Johannis priorem et conventum dicti monasterii sancti Vincentii et Rodericum Johannis Baralhaã predictum commissa extitit et procurator eorumdem citatus ad dicendum contra commissionem et cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Februarii, anno undecimo.

(1) No ms. *certis.*

(2) No ms. *reservata*, com sinal de erro.

1207

1428, Fevereiro 26

Gonçalo Gonçalves, cónego do mosteiro de S. Martinho de Caramos da diocese de Braga e da Ordem de Santo Agostinho, pede o priorato conventual do mosteiro de Santo Estêvão de Vilela da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 226, fl. 88-88v.

Beatissime Pater, alias S. V. sub data videlicet sexto Idus Augusti pontificatus [fl. 88v] vestri anno decimo devoto oratori vestro Gundissalvo Gundissalvi, canonico regulari monasterii sancti Martini de Caramos ordinis sancti Augustini Bracharensis diocesis de prioratu conventuali monasterii sancti Stephani de Villella eiusdem ordinis ac diocesis Portugalensis, tunc certo modo vacante providit (1) seu provideri mandavit, prout in quibusdam litteris desuper usque ad cameram inclusive, quarum tenorem hic

habere dignemini pro expresso, latius continetur. Verum, Pater Sancte, quia idem Gundissalvus litteras huiusmodi ulterius expedire commode non valuit, aliquibus causis emergentibus, ideo supplicat S. V. quatinus terminum sex mensium pro huiusmodi litteris de beneficiis reservatis expediendis per regulam cancellarie apostolice assignatum seu prefixum ab eius fine ad alios duos menses proxime immediate sequentes, in quo easdem litteras expedire ac executori earumdem presentare valeat, prorogare ipsamque prorogationem libris (2) eiusdem cancellarie a[d]mitti mandare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

... ...

[fl. 89]

... ...

Fiat pro omnibus octo. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Martii, anno undecimo.

---

(1) No ms. *provit*, com sinal de erro.

(2) No ms. sinal de erro.

1208-1209

1428, Fevereiro 28

Gomes Afonso, reitor da igreja paroquial de Santa Maria da Covilhã, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede mais quatro benefícios eclesiásticos. Noutra súplica refere ter obtido a igreja de Santa Maria de Pero Viseu da diocese da Guarda e solicita quaisquer benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 222, fl. 161-162.

Supplicat S. V. devotus orator vester Gometius Alfonsi, rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Covilhano Egitaniensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut ad minores ordines primo et deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum curatum obtinere valeret apostolica extitit auctoritate dispensatum, cuius vigore ecclesiam predictam fuit assecutus, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ut quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende et officia in cathedralibus metropolitanis vel collegiatis ecclesiis fuerint, recipere et retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica similiter recipere et retinere libere et licite valeat cum eodem G[ometio] misericorditer dispensare dignemini, defectu predicto, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

... ...

[fl. 161v]

... ...

1209. Supplicat S. V. devotus vester Gometius Alfonsi, presbyter, rector parrochialis ecclesie beate Marie de Covilhaã Egitaniensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de nobili presbytero genitus et soluta, ut, eo non obstante defectu, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, recipere et retinere valeret primo, vigore cuius dispensationis, parrochialem ecclesiam beate Marie de Pero Viseo dicte diocesis extitit assecutus et deinde ut ipsam de Pero Viseo ecclesiam cum quocumque alio beneficio ecclesiastico, etc., permutare valeret auctoritate apostolica fuit dispensatum, quatinus secum ut una cum dicta parrochiali ecclesia de Covilhaã quecumque, quotcumque (1) et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia curata et electiva in metropolitanis vel cathedralibus seu collegiatis ecclesiis existant, si sibi alias canonice conferantur aut assumatur vel eligatur ad illas, illud, illos vel illa, recipere et licite retinere ipsaque beneficia ac predictam ecclesiam de Covilhaa simpliciter vel ex causa permutationis simul vel successive, totiens quotiens maluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia ecclesiasticum beneficium seu ecclesiastica beneficia, simile aut dissimile, seu similia vel dissimilia, invicem compatibilia, recipere et insimul licite retinere valeat de uberioris dono gratie dignemini misericorditer dispensare, parrochiali ecclesia de Covilhaa, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum secundum [fl. 162] communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac defectu predicto, Pictavensis concilii necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis.

Fiat pro omnibus tribus. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Martii, anno undecimo.

(1) No ms. *quodcumque*, com sinal de erro.

1210

1428, Fevereiro 29

João Rodrigues, clérigo da diocese de Évora, pede o canonicato e prebenda de Viseu que se esperava viesse a vagar pelo facto de João Vasques querer ingressar num mosteiro.

Reg. Suppl. 226, fl. 84v.

Beatissime Pater, cum devotus vester Johannes Valasci, canonicus prebendatus ecclesie Visensis, monasterium ingressus, regularem in eo professionem emittere sive facere proponat et propterea dicti canonicatus et prebenda, quam primum idem Johannes ordinem ipsum expresse professus extiterit vel annus probationis sue lapsus fuerit aut constiterit ipsum vitam voluisse mutare seu scienter habitum receperit professorum illumque per triduum gestaverit, vacare sperentur, supplicat S. eidem devotus vester Johannes Roderici Ageheyton, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus decem librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum illos ut prefertur vacare con-

tigerit, etiam si iam actu sive per mortem dicti Johannis vel alias quovis modo vacent et reservati, devoluti vel litigiosi sint, misericorditer providere seu illos sibi conferendos reservare dignemini. Cum non obstañ in cancellaria exprimendis et clausulis oportunis et cum clausulis oportunis. — *Fiat.*

... ...

[fl. 85]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O. Fiat.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Martii, anno undecimo.

1211

1428, Março 1

Violante Rodrigues, freira do mosteiro de Santa Clara de Santarém, pede dispensa do impedimento de ilegitimidade por ser filha dum mestre duma Ordem militar de Cister e mulher solteira, para ser promovida a todas as dignidades mesmo abaciais da sua Ordem.

Reg. Suppl. 224, fl. 217-217v.

Supplicat S. V. devota vestra soror Violans Roderici, monialis expresse professa monasterii sancte Clare Sanctarenensis Ulixbonensis diocesis, ordinis eiusdem sancte, quatinus ut, non obstante defectu natalium quem patitur de magistro expresse professo militie ordinis Cisterciensis genita et soluta, ad omnes administrationes, officia et dignitates, etiam abbatiales, ipsius ordinis licite eligi ac prefici valeat (1) et assumi, cum eadem dignemini dispensare de dono gratie uberioris, in contrarium facientibus [fl. 217v] non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Martii, anno undecimo.

(1) No ms. *valleat*, com sinal de erro.

1212

1428, Março 3

Lopo Vaz, nobre, a quem fora concedido o arcediagado de Barroso e o deado de Braga, pede nova provisão dos mesmos, com letras apostólicas para cada uma das dignidades.

Reg. Suppl. 222, fl. 202-202v.

Beatissime Pater, S. V. pro parte devoti vestri Lupi Valasci, ex utroque parente de nobili genere procreati (1) et eiusdem S. acoliti supplicato ut sibi de archidiaconatu de Barroso in ecclesia Bracharensi et decanatu eiusdem ecclesie, de quibus tunc certo modo

per assecutionem auctoritate apostolica faciendam vacaturis sibi gratiose concessum fuerat provideri, tamen tempus expeditionis eiusdem gratie lapsum foret necnon parrochiali ecclesia quam per aliqua tempora non promotus detinuerat cum habilitatione oportuna de novo providere eadem S. sub data videlicet pridie Kalendas Decembris anno undecimo petitionem desuper porrectam per *Fiat ut petitur et dispensamus*, etc., gratiose signavit, prout in illa plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, signatura huiusmodi archidiaconatum et decanatum predictos, maxime cum per simplex fiat emanaverit, minime complecti dicatur, ne propterea idem Lupus spe destituatur sibi de illis tam gratiose concessis provisionis adoptate, supplicat S. V. dictus Luppus quatinus sibi de archidiaconatu et decanatu predictis de novo providentes, litteras apostolicas super eorum quolibet conficiendas, prout quemlibet eorum contingere poterit, cum omnibus et singulis in prefata petitione contentis valoribus, vacationum modis et non obstañ clausulis sub dicta data expediri mandare dignemini de gratia speciali. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de utroque. O. Fiat.*

[fl. 202v] Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Nonas Martii, anno undecimo.

---

(1) No ms. *procreato*, com sinal de erro.

1213

1428, Março 3

Fernando Afonso, sacerdote e cónego do mosteiro de S. Vicente de Fora de Lisboa, vacante por morte de João Lopes, pede este mosteiro para si, apesar de Lourenço Anes, cónego do mosteiro de Santa Cruz de Coimbra, se ter apossado da sua administração.

Reg. Suppl. 224, fl. 6v-7.

Beatissime Pater. Dudum vacante monasterio sancti Vincentii extra muros antiquos Ulixboneñ, per priorem solito gubernari ordinis sancti Augustini, per obitum quondam Johannis Lopi, ipsius monasterii, dum viveret, prioris, extra Romanam Curiam defuncti, quidam Laurentius Johannis, presbyter, pretendens se canonicum monasterii sancte Crucis Colimbriensis dicti ordinis, per canonicos prefati monasterii sancti Vincentii in priorem postulatum sive electum, licet incapax ad postulandum sive eligendum, tunc dicebatur, cum defectum natalium patitur ex presbytero genitus et soluta, ut asseritur, absque titulo ipsius monasterii sancti Vincentii bonorum regimini et administrationi [fl. 7] de facto se immiscuit et immiscet illudque spatio fere quatuor annorum detinuit, prout detinet indebite occupatum, et propterea dictum monasterium adhuc per prefati Johannis Lopi obitum vacare censetur. Supplicat igitur S. [V.] devotus vester Fernandus Alfonsi, presbyter canonicus et hospitalarius dicti monasterii sancti Vincentii, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de prioratu dicti monasterii sancti Vincentii et de ipso monasterio adhuc vacante per obitum prefati Johannis Lopi, cuius fructus, etc., quingentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem

annuum non excedunt aut ex eo quod dictus Laurentius Johannis dudum sibi per S. V. de prefato monasterio sancti Vincentii provideri obtinuit, litteras apostolicas super huiusmodi ei facta provisione confectas infra sex menses, ymmo infra triennium totaliter expedire et executori in illis sibi deputato iuxta constitutionem S. V. desuper editam minime curavit presentare, sive premisso, sive alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem *Execrabilis* vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta seu alias prioratus ipse sive monasterium sancti Vincentii dispositioni apostolice generaliter aut specialiter reservatus existat et super eo inter aliquos lis, cuius statum habentes pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, in dicta Curia vel extra eam dignemini misericorditer providere. Non obstante officio hospitalariatus quod in dicto monasterio, quod ab aliquibus ad nutum revocabile et ab aliquibus non asseritur, obtinet cuiusque fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium similium extimatione predicta valorem annuum non excedunt et cum ceteris aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus, preter provisionem, que committatur cardinali de Ursinis. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Nonas Martii, anno undecimo.

1214-1215

1428, Março 19

Súplicas de Rodrigo Lourenço, reitor da igreja de S. Tiago de Beja, edificada na sinagoga dos judeus, em substituição da que existia fora dos muros, a pedir indulgências para os visitantes que contribuírem para a aquisição do cimitério, e sobre a obrigação dos porcionários de residirem na igreja.

Reg. Suppl. 225, fl. 86v-87.

Beatissime Pater. Dudum regni Portugalie guerris durantibus illustrissimus dominus rex Portugalie existens quamdam notabilem parrochialem ecclesiam sancti Jacobi, extra muros opidi de Begia Elborensis diocesis sitam, potius inimicorum quam ipsius parrochianorum receptaculum fore considerans, pro conservatione patrie ac christifidelium in ea degentium, eamdem ecclesiam demoliri ipsaque demolita aliam in synagoga iudeorum de novo, in qua christifidelibus ecclesiastica sacramenta ministrare deberent, edificari mandavit, in qua quidem sic edificata nondum locus aut cimiterium ad ecclesiasticam sepulturam decedentibus parrochialis ministrañ fuit deputatus, quinymmo in cymiterio ecclesie predicte ut premittitur demolite corpora huiusmodi decedentium oporteat sepeliri, in parrochianorum ac rectorum eorumdem non modicum fastidium, quinymmo propter hec inter clerum et populum iurgia, divisiones et scandala sepius suscitantur ac christifidelium non modicum tepescit devotio. Ad sedandum igitur iurgia, divisiones et scandala predicta populumque ad devotionem reducendum et in ea manutenendum devotus vester orator Rodericus Laurentii, ipsius ecclesie rector, premissis attentis, parrochianis ac ecclesie predicte sua possibilitate sub vera (1) territorium ad ecclesiasticam huiusmodi sepulturam faciendam ecclesie ac parrochianis ipsis congruam acquirere eamdemque in

suis partibus et ornamentis ecclesiasticis, quibus indigere dinoscitur, subvenire cupit et intendit, quod per se ipsum commode sine christifidelium pio caritatis subsidio facere nequit et ut ad id ferventius animentur quo magis ex hoc animarum commodum se speraverint adipisci, supplicat S. V. dictus Rodericus rector quatinus omnibus et singulis vere penitentibus et confessis dictam ecclesiam visitantibus et ad reparationem, manutentionem (2) et augmentationem eiusdem ac huiusmodi cimiterii acquisitionem manus porrigentibus adiutrices aut pia caritatis subsidia largientibus septem annos et totidem quadragenas [fl. 87] in sancti Jacobi et aliis diebus et festivitatibus per cancellariam S. V. dari consuetis de iniunctis sibi penitentiis in Domino misericorditer relaxare dignemini, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis.

1215. Item, Beatissime Pater, cum propter virorum ecclesiasticorum carentiam in ecclesia predicta divinus cultus nimium diminutus existit eritque successu temporis per amplius, nisi per S. V. providentiam de remedio subveniatur oportuno et cum per inibi beneficiatos quam per alios ipsum verisimilius videatur adaugeri debere, supplicat S. V. dictus Rodericus, rector, quatinus omnes et singulos portionarios ac in dicta ecclesia quovis modo beneficiatos pro tempore existentes ad personaliter in eadem residendum ac horis canonicis et divinis officiis interessendis astringere et astringi et compellere ac per ipsius ecclesie rectorem pro tempore existentem astringi et compelli posse et debere, alias quidem fructus, etc., portionum aut beneficiorum suorum huiusmodi quamdiu divinis inibi celebrandis officiis non interfuerint privari ipsosque fructus, etc., ad huiusmodi divini cultus augmentationem aut ipsius ecclesie fabricam secundum ipsius rectoris discretionem applicare et applicari cedereque debere, decernere dignemini. Non obstañ quod ipsis aut eorum aliquibus ut fructus, etc., portionum aut beneficiorum huiusmodi, generali Studio, aliquo beneficiorum suorum aut alio quocumque honesto loco residendo, percipere possent, per sedem apostolicam sit generaliter vel specialiter indultum seu imposterum indulgeri contingat, etiam si de indultis huiusmodi specialem et expressam ac de verbo ad verbum in presentibus oporteret facere mentionem, voluntate et decreto in eisdem appositis, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat de utroque in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quartodecimo Kalendas Aprilis, anno undecimo.

---

(1) No ms. *subvera*, com sinal de erro.
(2) No ms. *manuteneñ*, com sinal de erro.

1216

1428, Março 30

O arcebispo de Toledo D. João pede ao papa a precedência como primaz das Espanhas.

Reg. Suppl. 225, fl. 70.

Beatissime Pater. Cum archiepiscopus Toletanus pro tempore existens Hispaniarum primas sit, qualem etiam alias suis litteris devotam creaturam vestram Johannem, archiepiscopum Toletanum (1), S. V. esse censuit et qui alias in Romana Curia ultra sedis apostolice notarios prelatis aliis in sessionibus publicis preferri solitos locum vendicavit patriarcharum ad instar, quorum et primatum licet nomine dumtaxat differant, eedem dignitates existunt, ut archiepiscopis Toletanis pro tempore existentibus ratione ecclesie Toletane, cui preerunt debitus honor redat et illi eo ferventius profitere studeant in ecclesia Dei ac omnis desuper in antea tollatur ambiguitatis occasio, dignetur eadem S., premissis attentis, Johannem et successores suos pro tempore existentes archiepiscopos predictos in eiusdem S. et Romanorum pontificum pro tempore existentium cappellis et consistoriis generalibus, conciliis (2), sessionibus et quibuscumque aliis locis publicis ac privatis ultra notarios predictos necnon omnes et singulos etiam prius promotos et etate provectiores qui primates non sint archiepiscopos locum tenere illisque preponi et preferri debere decernere ac super huiusmodi per Johannem et successores predictos sessionibus et locis patriarcharumque et primatum insigniis et honoribus vendicandis executores in cancellaria eiusdem S. nominandos concedere misericorditer dignemini de gratia speciali, premissis necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Aprilis, anno undecimo.

---

(1) João Martins de Contreras, nomeado por Martinho V em 2 de Julho de 1423. Morreu em Setembro de 1434. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 487; II, p. 252.

(2) No ms. *consiliis*.

1217

1428, Abril 6

Rafael Palestrelo, reitor da igreja de S. Marinha de Outeiro da diocese de Lisboa, pede ao papa designe pessoa proba para examinar a questão relativa a certo homicídio, de que era acusado Gonçalo Domingues, por ter prestado auxílio e consentido no mesmo, e privá-lo do canonicato e prebenda de Lisboa, a favor do suplicante.

Reg. Suppl. 225, fl. 12-12v.

Beatissime Pater. Cum quidam Gunsalvus Dominici, assertus presbyter, pro canonico Ulixbonensis ecclesie se gerens, sue salutis immemor et Dei timore postposito, laxatis habenis, quoddam (1) homicidium in personam Johannis Dominici Ulixbonensis diocesis commiserit ac de morte ipsius deffuncti culpabilis fuerit, auxilium, consilium (2), favorem super hoc prestando, consentiendo et participando et super hoc in partibus illis diffamatus fuerit, in ipsius anime periculum et scandalum plurimorum, etiam inhabilitatis maculam incurrendo, quare ad dictos canonicatum et prebendam, quos etiam (3) obtinet, se reddidit indignum et illis veniat merito privandus, supplicat S. V. devotus

orator vester Raphael Palastrelo, presbyter, rector ecclesie parrochialis sancte Marine de Outero Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, alicui probo viro in partibus illis committere mandare dignemini ut de premissis summarie, simpliciter et de plano auctoritate apostolica se informet et si ita esse reppererit vel saltim que ad privationem dicti Gunsalvi sufficiant, eumdem Gunsalvum canonicatu et prebenda predictis eadem auctoritate privet et ammoveat penitus ab eisdem, et nichilominus eosdem canonicatum et prebendam, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum illos per privationem et amotionem dicti Gunsalvi vacare contigerit, etiam si iam actu quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per liberam resignationem dicti Gunsalvi vel alicuius alterius de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacent, etiam si tanto tempore vacaverint (4) quod eorum (5) collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta vel ipsi dispositioni eiusdem sedis generaliter vel specialiter reservati (6), affecti aut litigiosi existant (7) et cuius litis statum hic habentes pro sufficienter expresso, eidem Raphaeli dignemini misericorditer providere, ecclesia parrochiali predicta et quartenaria Ulixbonensi, quorum omnium fructus, etc., trecentarum librarum similium communi extimatione valorem annuum non excedunt, non obstañ, ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria eiusdem S. declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

[fl. 12v] Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Aprilis, anno undecimo.

---

(1) No ms. *quod*, com sinal de erro.
(2) No ms. *concilium*.
(3) No ms. *ecclesia*, com sinal de erro.
(4) No ms. *vacaverit*, com sinal de erro.
(5) No ms. *eius*, com sinal de erro.
(6) No ms. *reservata*.
(7) No ms. *existat*, com sinal de erro.

1218

1428, Abril 7

Súplica de Afonso Rodrigues, doutor em leis e cónego de Lisboa, sobre a chantria de Lisboa, de que pedia fosse privado Gonçalo Domingues, acusado de ter prestado auxílio a certo assassino na morte de João Domingues.

Reg. Suppl. 225, fl. 12v-13.

Beatissime Pater. Cum quidam Gunsalvus Dominici, pro cantore ecclesie Ulixbonensis se gerens, sue salutis immemor et Dei timore postposito, laxatis habenis, quoddam homicidium in personam Johannis Dominici, clerici Ulixbonensis, commiserit ac de morte ipsius defuncti culpabilis fuerit, auxilium, consilium (1), favorem super hoc prestando, consentiendo et participando et super hoc in partibus illis diffamatus fuerit, in ipsius anime

periculum et scandalum plurimorum, etiam inhabilitatis maculam incurrendo, quare ad dictam cantoriam Ulixbonensem, que inibi dignitas, non tamen maior post pontificalem existit, quam in dicta ecclesia obtinet, se reddidit indignum et illa veniat merito privandus, supplicat S. V. devotus orator vester Alfonsus Roderici, canonicus Ulixbonensis, legum doctor, quatinus sibi specialem gratiam facientes, alicui probo viro in partibus illis committere mandare dignemini ut de premisso summarie, simpliciter et de plano auctoritate apostolica se informet et si ita esse repererit vel saltim que ad privationem dicti Gunsalvi sufficiant, eumdem cantoria predicta eadem auctoritate apostolica privet et amoveat penitus ab eadem et nichilominus eamdem cantoriam, cuius fructus ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum illam per privationem et amotionem dicti Gunsalvi vacare contigerit, etiam si iam actu quovis modo aut ex alterius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii (2) ad sedem apostolicam legitime devoluta, affecta aut litigiosa existat et cuius litis statum hic habentes pro sufficienter expresso, eidem Alfonso dignemini misericorditer providere, canonicatu et prebenda predictis ac iure quod habet in ecclesia sancti Martini de Campo Bracarensis diocesis, quorum omnium fructus, etc., centum librarum similium communi extimatione valorem annuum non excedunt, non obstantibus ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma iuris. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Aprilis, anno undecimo.

---

(1) No ms. *concilium.*
(2) Non ms. *consilii.*

1219

1428, Abril 8

Vasco Peres, prior do mosteiro de Santa Maria de Baltar da Ordem de Santo Agostinho e da diocese de Lamego, solicita a expedição das letras apostólicas sobre a provisão do priorado conventual do mosteiro de S. Salvador de Grijó.

Reg. Suppl. 221, fl. 282v.

Dignetur S. V. litteras apostolicas pro devoto vestro Valasco Petri, priori monasterii beate Marie de Baltar, ordinis sancti Augustini, Lamacensis [diocesis], super provisione per S. V. sibi facta de prioratu conventuali sancti Salvatoris de Ecclesiola dicti ordinis Portugalensis diocesis, Romane ecclesie immediate subiecto, cum expressione quod dicto prioratui sancti Salvatoris cura imminet animarum, expediri mandare de gratia speciali. Cum non obstañ et clausulis opportunis in dicta provisionis supplicatione contentis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, sexto Idus Aprilis, anno undecimo.

1220

1428, Abril 10

Súplica de Gomes Afonso, sacerdote da diocese da Guarda, já absolvido e dispensado de simonia, de que fora acusado, sobre a revalidação das respectivas letras apostólicas, como se nelas tivesse feito menção do impedimento de ilegitimidade, de que não tinha sido dispensado quando conseguira a igreja paroquial de Santa Maria da Covilhã.

Reg. Suppl. 225, fl. 22-22v.

Beatissime Pater, nuper S. V. exposito quod devotus vester Gometius Alfonsi, presbyter diocesis Egitaniensis, parrochialem ecclesiam beate Marie de Covilhaan, pravitate symoniace labis interveniente, ex causa permutationis fuerat assecutus, super qua [fl. 22v] symonia in partibus fuerat certo modo accusatus, S. V. per suas certi tenoris litteras inter alia eumdem Gometium ad dictam ecclesiam obtinendam, cum absolutione et dispensatione oportuna habilitari necnon de ipsa ecclesia sibi provideri mandavit, prout premissa in eisdem litteris, quarum tenores presentibus eadem S. habere dignetur pro sufficienter expressis, plenius continentur. Cum autem, Beatissime Pater, dictus Gometius tempore quo eamdem ecclesiam fuit assecutus, super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, canonica dispensatione ad ipsam obtinendam non fuit munitus ac etiam inter alia corporale prestitit iuramentum quod in dicta permutatione non intervenerat labes symonie et propterea dubitat litteras predictas viribus non subsistere, ne igitur, Beatissime Pater, dictus Gometius earumdem litterarum commodo frustrari contingat (1), supplicat S. V. ipse Gometius quatinus ut littere predicte et in eis contenta in omnibus et per omnia perinde valeant ac roboris obtineant firmitatem ac si de premissis in eis specialis et expressa mentio facta fuisset, cum absolutione, habilitatione et dispensatione oportuna, ipsi concedere dignemini de dono gratie uberioris, omnibus que eadem S. in prefatis litteris voluit non obstare et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et habilitamus, imposita penitentia. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Aprilis, anno undecimo.

(1) No ms. sinal de erro.

1221

1428, Abril 11

Rolando Escritor, clérigo da diocese de Lisboa, mestre em artes e medicina, com graça expectativa sobre dois canonicatos e reservação de prebendas e dignidades, conforme o rol de súplicas do Parlamento de Paris, pede a graça de aceitar tais canonicatos e prebendas, apesar do defeito de ilegitimidade.

Reg. Suppl. 224, fl. 260v.

Beatissime Pater, S. V. devoto vestro Rollando Scriptoris, clerico Ulixbonensis diocesis, in artibus et in medicina magistro, in rotulo dominorum de Parlamento Parisiensi de duobus canonicatibus cum reservatione totidem prebendarum ac dignitatum, etc., duarum ecclesiarum sub data septimo Kalendas Maii anno septimo gratiam fecit expectativam, prout in dicto rotulo plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, idem Roullandus (*sic*) ad obtinendum canonicatum et prebendam ac dignitatem, etc., huiusmodi defectum natalium patitur de soluto genitus et soluta, super quo ut clericali caractere insigniri ordinaria primo et deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret apostolica extitit auctoritatibus dispensatum, dignetur igitur S. V. cum eodem R[ollando] ut ipse canonicatus et prebendas ac dignitates, etc., huiusmodi recipere et retinere libere et licite valeat, defectu predicto necnon Pictavensis concilii et aliis constitutionibus apostolicis, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, misericorditer dispensare litterasque super gratia ac dispensatione huiusmodi sub prima data expediri mandare. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Aprilis, anno undecimo.

1222

1428, Abril 12

O mestre-escola de Lisboa e os beneficiados da igreja paroquial de S. Jorge de Lisboa, unida ao mestre-escolado, pedem a união da igreja paroquial de Santa Maria de Oliveira da diocese de Lisboa à dita igreja de S. Jorge.

Reg. Suppl. 225, fl. 23.

Exponitur S. V. pro parte devotorum eiusdem scolastici ecclesie Ulixbonensis et aliorum beneficiatorum parrochialis ecclesie sancti Georgii Ulixboneñ, scolastrie dicte Ulixbonensis ecclesie canonice unite, quod licet retroactis temporibus fructus, redditus et proventus ipsius ecclesie sancti Georgii, quorum due scolastico cum onere supportandi vicarium perpetuum, qui curam in eadem gereret animarum, alia vero partes quatuor perpetuis beneficiatis in eadem portionariis nuncupatis, pro tempore existentibus, qui in eadem ecclesia sancti Georgii divinis interesse, et una cum dicto scolastico, alia eidem pro tempore incumbentia onera supportare deberent, assignate (1) fuerant et de quibus tunc congrue sustentari poterant, tamen, crescente temporis malitia, propter guerras, mortalitatum pestes et alias diversas calamitates, que partes illas diutius afflixerunt, fructus sunt adeo diminuti quod scolasticus et beneficiati ac vicarius prefati ex illis nequeunt sustentari et alia huiusmodi onera supportare et nisi aliunde eis subveniatur, ad cultus divini diminutionem cedet et detrimentum ecclesie memorate, quare pro parte scolastici et beneficiatorum prefatorum S. V. humiliter supplicatur quatinus eorum necessitate pio et paterno compatientes affectu, dignemini, premissis attentis, parrochialem ecclesiam beate Marie de Uliva (2), Ulixbonensis diocesis, que de iure patronatus dicte ecclesie sancti Georgii

existit et cuius septuaginta, ecclesie sancti Georgii predicte, cuius etiam centum librarum Turonensium parvorum fructus, etc., communi extimatione valorem annuum non excedunt, imperpetuum unire, annectere et incorporare, ita quod, cedente vel decedente rectore eiusdem ecclesie beate Marie, scolasticus et beneficiati ecclesie sancti Georgii, qui sunt seu fuerint pro tempore, corporalem possessionem dicte ecclesie beate Marie cum omnibus iuribus et pertinentiis suis auctoritate propria apprehendere valeant, concedere, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, de consensu. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Aprilis, anno undecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

1223

1428, Abril 13

O prior e cabido da colegiada de Santa Maria de Guimarães pedem a redução dos 37 canonicatos e prebendas aí existentes a 20 prebendas íntegras e quatorze semi-prebendas, por só assim poderem sustentar-se dignamente os vinte cónegos e quatorze beneficiados restantes.

Reg. Suppl. 225, fl. 24-24v.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devotorum prioris et capituli ecclesie beate Marie Vimerañ Bracharensis diocesis quod, licet ab olim in dicta ecclesia triginta septem canonicatuum prebendarumque totidem numerus canonice institutus et usque [nunc] (1) inviolabiliter observatus extiterit et de presenti servetur quique in fructibus, etc., competenter consueverunt habundare, tamen fructus, redditus et proventus mense capitularis eiusdem propter guerrarum turbines mortalitatumque pestes aliave incommoda et alienationes bonorum et possessionum ad dictum monasterium pertinentia per nobiles illarum partium distractarum et detentorum ac mutationes monete et temporis causante malitia, que partes illas diutius afflixerunt, fuerunt et sunt adeo diminuti quod singulorum canonicatus et prebende huiusmodi illos pro tempore obtinentibus et non residentibus nichil, residentibus vero in ecclesia memorata una cum cotidianis [fl. 24v] distributionibus, que illos ut premittitur obtinentibus et in dicta ecclesia divinis interessendis cedere solent, ultra viginti quinque florenos auri de camera non valent annuatim secundum communem extimationem, unde dicti canonici ipsorum statum iuxta ecclesie ipsius condecentiam nequeunt sustentare (2) nec inibi absque alterius beneficii subsidio vivere nec divinis assidue interesse, ex quo divinus cultus inibi non modicum diminuitur et tepescit voluntas ad residendum in eadem et si prefatus triginta septem numerus canonicatuum (3) et prebendarum ad viginti prebendas integras et quatuordecim semiprebendas pro quatuordecim presbyteris inibi divinis interessendis et continuo residentibus reduceretur, dicti viginti canonici et quatuordecim beneficiati ex fructibus huiusmodi commodius

sustentare et alia eis incumbentia onera facilius supportare possent ac libentius in eadem residerent, de quorum residentia divinus cultus inibi non modicum augeretur ac decus et decor eidem ecclesie provenirent et laudabilius servirent in divinis. Supplicant igitur S. V. humiliter et devote prefati prior et capitulum quatinus pro statu prospero et tranquillo dicte ecclesie predictum triginta septem canonicatuum et prebendarum numerum ad viginti integras et quatuordecim semiprebendas pro quatuordecim beneficiatis auctoritate apostolica reducere ac statuere et ordinare quod, simul vel successive cedentibus vel decedentibus canonicis seu canonicatus et prebendas predicte ecclesie quomodolibet dimittentibus, ipsi canonicatus et prebende sic vacantes, donec numerus ipse ad prefatum vicesimum integrarum et quatuordecim semiprebendarum, sic quod ex una integra due semiprebende ordinentur, dumtaxat sit redactus, eo ipso supressi existant et pro suppressis penitus habeantur liceatque ex tunc prefatis priori et capitulo fructus, etc., canonicatuum et prebendarum sic vacantium suppressorum propria auctoritate recipere et retinere et in suos usus convertere, cuiusvis licentia super hoc minime requisita, concedere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesie predicte ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat de quinque et sine preiudicio illorum qui fecerunt processus suos. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Aprilis, anno undecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão de *nunc*.
(2) No ms. *sustentari*, com sinal de erro.
(3) No ms. *canonicatum*, com sinal de erro.

1224

1428, Abril 19

Rodrigo Afonso, sacerdote beneficiado na igreja do Porto, pede a igreja paroquial de S. Martinho de Salreu da diocese de Coimbra, vacante por morte de Martinho Esteves.

Reg. Suppl. 225, fl. 95v.

Supplicat S. V. devotus orator eiusdem Rodericus Alfonsi, presbyter beneficiatus in ecclesia Portugalensi, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Martini de Sarleu Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, per obitum Martini Stephani, ultimi rectoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem, etiam coram notario et testibus factam, etiam si devoluta aut specialiter reservata vel affecta seu inter aliquos in Romana Curia vel extra eam litigiosa existat, cuius litis statum hic habere dignemini pro expresso, eidem Roderico dignemini misericorditer providere, quadam portione seu simplici beneficio sine cura, bachallaria nuncupata, in ecclesia Portugalensi

predicta, quod obtinet, cuiusque fructus, etc., decem librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt annuatim, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 96v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus et dispensamus cum ultimo. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Maii, anno undecimo.

1225

1428, Abril 19

Pedro Fernandes de Gouveia, sacerdote da diocese de Coimbra, que matara certo leigo, quando era clérigo de Ordens menores, tendo empreendido viagem à Curia pontifícia a pedir a absolvição, pede a dispensa da irregularidade e a graça de poder continuar com a igreja paroquial de S. Cosme da diocese de Coimbra.

Reg. Suppl. 225, fl. 143-143v.

Exponit S. V. devotus vester Petrus Fernandi de Gouvea, presbyter Colimbriensis diocesis, quod cum ipse olim in minoribus ordinibus constitutus quemdam laicum, ex eo quia fratrem eiusdem exponentis graviter vulneraverat, odio haberet et propterea idem exponens, captans oportunitatem ut iniuriam sibi in fratrem irrogatam vendicaret, eidem laico, uno alio associato comite, una die in quodam nemore obviavit atque eumdem lancea et ense munitus aggrediens, letalibus vulneribus percussit, ex quibus e vita decessit utque autem idem exponens scelus taliter perpetratum celare valeret atque timorem et periculum consanguineorum occisi et iustitie evitaret, ad alias partes, a loco huiusmodi commissi criminis per quinque dietas legales remotas, se transtulit, in quibus huiusmodi delictum usque nunc tacitum et occultum est, licet in loco commissi criminis et aliis circumvicinis [fl. 143v] aliqualis rumor et fama laborent. Post hec vero idem exponens, sic in remotis suam vitam ducens, quamdam portionem in parrochiali ecclesia sancte Genesie et subsequenter pro eadem in vim permutationis parrochialem ecclesiam sancti Cosme dicte Colimbriensis diocesis auctoritate ordinaria, sibi successive collatam extitit assecutus et nichilominus ad subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus ordines, tamquam simplex et iuris ignarus, se fecit promoveri in sue anime detrimentum, delictum huiusmodi occultando, et tandem exponens prefatus, penitentia ductus, nec fructus ex predictis beneficiis provenientes recepit nec in sic susceptis ordinibus ministravit, sed de finibus Yspanie cum magnis laboribus et periculis ad sedem apostolicam accessit, ut in premissis anime atque vite sue salubriter consulatur. Supplicat igitur eidem S. V. Petrus exponens predictus quatinus sibi paterno compatientes affectu, ipsum ab huiusmodi criminis reatu absolvi et cum eodem super irregularitate et inhabilitate ex predictis contractis dispensari quodque ne in obprobrium ordinis clericalis mendicare cogatur, dictam parrochialem ecclesiam,

cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, licite retinere et in eadem per alium deservire valeat misericorditer mandare ac sibi licentiam et potestatem concedere dignemini de gratia speciali, infamiam exinde provenientem penitus abolentes. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de absolutione in forma et permutet cum beneficio sine cura.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Maii, anno undecimo.

1226

1428, Abril 20

João Esteves, perpétuo capelão da capela curada de S. Vicente do mosteiro de S. Salvador de Paço de Sousa da diocese do Porto, pede para a capela e capelães ou reitores a isenção do jantar que era costume pagar ao mosteiro.

Reg. Suppl. 225, fl. 93.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devoti vestri Johannis Stephani, perpetui capellani seu rectoris capelle curate sancti Vincentii monasterii sancti Salvatoris de Palatiolo de Sousa ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, quod licet rector eiusdem pro tempore qui abbati et conventui ac aliis parrochianis dicte capelle ratione ipsius monasterii ecclesiastica sacramenta ministrare tenetur, de antiqua consuetudine annuatim unam pietantiam sive unum prandium dare abbati et conventui dicti monasterii, cui (1) eadem capella subiecta existit, teneatur, tamen quia fructus, redditus et proventus ad ipsam capellam spectantes propter mortalitates et alia inconvenientia que in illis partibus viguerunt temporibus retroactis, adeo sunt tenues et exiles quod, dicta pensione (2) soluta, vix summa triginta florenorum auri de camera eidem rectori superest annuatim, ex quibus idem rector secundum sui status decentiam non valet commode sustentari aliaque onera sibi pro tempore incumbentia supportare, supplicat igitur eidem S. V. prefatus Johannes quatinus eius ac dicte capelle statum pio confoventes affectu, capellam predictam ipsiusque rectores pro tempore existentes ab huiusmodi prestatione seu solutione pitantie sive prandii perpetuo eximere, absolvere atque liberare dignemini de gratia speciali, consuetudine antedicta, necnon iuribus, consuetudinibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad quinquennium, si non suppetunt facultates.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Maii, anno undecimo.

---

(1) No ms. *cuius*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

1227

1428, Abril 20

João Anes, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Rochoso da diocese da Guarda, já dispensado do impedimento de ilegitimidade e com a dita igreja paroquial, pede mais quatro benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 225, fl. 93v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Johannis, rector parrochialis ecclesie beate Marie de Ruchioso Egitaniensis diocesis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere libere et licite valeret extitit auctoritate apostolica dispensàtum, cuius dispensationis vigore, ad ordinem diaconalem promotus, parrochialem ecclesiam predictam, cuius fructus, etc., trium librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, extitit assecutus pacifice, quatinus secum ut quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende in cathedralibus metropolitanis vel collegiatis ecclesiis fuerint, si sibi canonice conferantur, recipere et quotiens voluerit, permutare, etc., libere et licite valeat misericorditer dispensare dignemini. Constitutionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Maii, anno undecimo.

1228

1428, Abril 20

João Rodrigues de Monserraz, nobre, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Airães da diocese de Braga, solicita qualquer outro benefício eclesiástico.

Reg. Suppl. 225, fl. 142v-143.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Roderici de Monseraz, ex utroque parente de nobili genere procreatus, presbyter, rector parrochialis ecclesie beate Marie de Ayruaes Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, ut una cum dicta ecclesia, quam obtinet, cuiusque fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, quodcumque aliud beneficium ecclesiasticum cum cura, etiam si dignitas, personatus, perpetua administratio vel officium et dignitas huiusmodi in metropolitana aut cathedrali maior post pontificalem seu collegiata

ecclesia principalis ac curata et electiva seu alia parrochialis ecclesia fuerit, recipere et quoad vixerit insimul retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis pro simili vel dissimili aut similibus vel dissimilibus dimittere vel loco dimissi seu dimissorum, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia, duo dumtaxat beneficia ecclesiastica, totiens quotiens sibi placuerit, quoad vixerit [fl. 143] etiam recipere et licite retinere possit et valeat dignemini secum misericorditer dispensare. Non obstañ predicta ecclesia necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac generalis concilii aliisque contrariis et statutis ac consuetudinibus [ecclesiarum], in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint, quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Maii, anno undecimo.

1229

1428, Abril 21

Frei António Fluviano, mestre da Ordem do Hospital, concedera a Frei Nuno de Góis, prior da Ordem em Portugal, a faculdade de fundar em honra da Virgem e dos Santos uma perpétua capelania em duas preceptorias entre as quais a do Crato, em sufrágio da sua alma e de seus pais, concessão que Frei Nuno pede ao papa confirme.

Reg. Suppl. 225, fl. 128-128v.

Beatissime Pater. Dudum religiosus vir frater Antonius Fluviani, ordinis Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani magister, devoto vestro religioso viro fratri Nunio de Goyos, priori prioratus Portugalie ordinis prefati, ut ipse ad honorem Dei, [fl. 128v] beate Marie, eius matris, et sanctorum ac sue [et] parentum suorum animarum salutem, unam perpetuam capellaniam in preceptoriis de Sartañ aut de Crato cameris prioralibus ipsius prioratus canonice fundare, instituere et eam redditibus annuis valoris centum scutorum auri boni et iusti ponderis pro duobus perpetuis capellanis, fratribus eiusdem religionis, ibidem Domino servituris, de bonis a Deo ei collatis et per eum acquisitis dotare valeret, iure patronatus et presentandi fratres ydoneos ad ipsam capellam loci Ordinario ipsi priori et successoribus reservato, licentiam et facultatem concessit. Ut igitur premissa maioris roboris obtineant firmitatem, supplicat S. V. prior predictus quatinus premis[s]a (1) omnia et singula et ex[inde] secuta et sequenda rata habentes et grata, omnes et singulos defectus, si qui in eis forsitan intervenerint, ex vestra certa scientia supplentes, auctoritate apostolica confirmare, laudare et approbare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Maii, anno undecimo.

---

(1) No ms. *premisa*, com sinal de erro.

1230

1428, Abril 22

Fernando Gonçalves, cónego da colegiada de Santa Maria de Guimarães, solicita o indulto de poder recitar as horas canónicas ou Ofício divino segundo o uso da Cúria Romana em qualquer parte do reino de Portugal, em que residir.

Reg. Suppl. 225, fl. 181.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Fernandus Gunsalvi, presbyter canonicus ecclesie beate Marie Vimeraniensis Bracharensis diocesis, ut ipse possit et valeat horas suas canonicas (1) ad usum Romanum ubicumque contigerit residere in regno Portugalie dicere, licentia cuiuscumque ordinaria minime requisita, secum misericorditer dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis oportunis et cum non obstañ in contrarium facientibus quibuscumque. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Maii, anno undecimo.

(1) No ms. *canonicales*, com sinal de erro.

1231

1428, Abril 23

Fernando Gonçalves, reitor da igreja paroquial de Santo Aleixo de Lagares da diocese de Braga, os capelães e paroquianos, pedem indulgências para os visitantes que ajudarem na reedificação da igreja, que era pequena.

Reg. Suppl. 225, fl. 209v.

Beatissime Pater. Cum ecclesia parrochialis sancti Alexii de Lagares Bracharensis diocesis, in qua missa et alia divina officia continue celebrantur, sit de parvis lapidibus et mala et antiqua materia ab antiquo edificata et constructa et ex eo in brevi collapsura et sit ita stricta quod non possint parrochiani et alii ad dictam ecclesiam accedentes, in dicta ecclesia existere, cum autem, Pater Beatissime, devoti vestri oratores Fernandus Gunssalvi, rector dicte ecclesie parrochialis et capellani atque parrochiani eiusdem ecclesie desiderent et affectent fervore devotionis dictam parrochialem ecclesiam maioribus lapidibus et meliori materia reedifficare, elargire et reparare, quod revera facere non possunt, propter eorum paupertatem, nisi christifidelium elemosinis eidem ecclesie succurratur, supplicatur igitur pro parte predictorum rectoris, capellanorum et parrochianorum eius-

dem quatinus omnibus et singulis christifidelibus vere penitentibus et confessis qui eamdem ecclesiam in festo dicti sancti Alexii aliisque festivitatibus per cancellariam dari consuetis devote visitaverint annuatim et ad illius reparationem et reedificationem manus porrexerint adiutrices, septem annos et totidem quadragenas necnon pro singulis octavarum consuetarum dies centum de vera indulgentia concedere misericorditer dignemini, cum clausulis oportunis.

... ...

[fl. 210]

... ...

Fiat in forma pro omnibus quatuor. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Maii, anno undecimo.

1232

1428, Abril 23

Fernando Gonçalves, sacerdote e reitor da igreja paroquial de Santo Aleixo de Lagares da diocese de Braga, pede nova provisão da dita igreja que permutara pelo canonicato e prebenda de Braga.

Reg. Suppl. 226, fl. 91v-92.

Beatissime Pater, cum nuper devotus vester Fernandus Gundissalvi, presbyter, rector ecclesie parrochialis sancti Alexii de Ligares Bracharensis diocesis dictam ecclesiam parrochialem auctoritate ordinaria causa permutationis de ipsa ecclesia ad canonicatum et prebendam dicte ecclesie Bracharensis, quos in eadem ecclesia obtinebat, acceptaverit et de ipsa obtinuerit provideri possessionemque pacificam habuit et habet de presenti, sed, Beatissime Pater, propter aliquos emulos et malivolos suos dubitet in possessione dicte ecclesie perturbari et inquietari posse, eapropter supplicat eidem S. quatinus collationem, provisionem, possessionis adeptionem auctoritate ordinaria sic ut premittitur de dicta parrochiali ecclesia sancti Alexii ratas et gratas habere easque et omnia inde secuta ex certa scientia ratificare et approbare, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint, necnon de dicta ecclesia parrochiali sancti Alexii, cuius fructus, etc., triginta florenorum [auri] (1) de camera valorem annuum communi extimatione non excedunt, sic ut premittitur causa permutationis vel alias quovis modo et ex cuiuscumque persona vacet et si tanto tempore vacaverit quod eius collatio, etc., iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, affecta vel alias specialiter vel [fl. 92] generaliter reservata, etiam si per constitutionem *Execrabilis* vel *Ad regimen* et si litigiosa inter aliquos, cuius litis statum, etc., existat, eidem Fernando dignemini misericorditer de novo providere. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Vimeranensis Bracharensis diocesis ac canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis (2), de qua possessionem non habet, quorum omnium fructus, etc., centum triginta librarum Turonensium [parvo-

rum] (3) communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria V. S. latius declaranda, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ... [fl. 92v].

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus quatuor et dispensamus cum ultimo. O. Fiat.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Maii, anno undecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *auri*.
(2) No ms. *Colimberniensis*, com sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *parvorum*.

1233

1428, Abril 23

Fernando Lopes, clérigo da diocese de Évora, solicita a igreja paroquial de S. Leonardo de Atouguia da Baleia, pertencente ao direito de padroado do rei de Portugal e vacante por morte de João Gonçalves que aliás a possuira durante vários anos, sem se ordenar de sacerdote.

Reg. Suppl. 226, fl. 138v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Fernandus Luppi, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Leonardi de Atougia Ulixbonensis diocesis, que de iure patronatus regis Portugalie existit et cuius fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod quondam Johannes Gundissalvi illam pacifice obtinens, per plures annos se (1) impedimento cessante legitimo et nulla super hoc canonica dispensatione obtenta, non fecit ad sacerdotium promoveri, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut per obitum dicti Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut assecutionem alterius beneficii incompatibilis, quavis auctoritate collati, vacet, etiam si devoluta, litigiosa vel reservata existat, eidem Fernando misericorditer providere dignemini. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Maii, anno undecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro.

1234

1428, Abril 24

Lourenço Anes, nobre, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Moreiras da diocese de Braga, pede outro qualquer benefício eclesiástico.

Reg. Suppl. 225, fl. 154v.

Supplicat S. V. devotus vester Laurentius Johannis, de magno nobili militari genere ex utroque parente procreatus, rector parrochialis ecclesie beate Marie de Moreiras Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, ut una cum dicta parrochiali ecclesia quodcumque aliud beneficium ecclesiasticum cum cura, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium et huiusmodi dignitas in cathedrali vel metropolitana maior post pontificalem aut in collegiata ecclesia principalis seu alia parrochialis ecclesia fuerit, et ad dignitatem, etc., huiusmodi consueverit quis per electionem assumi, recipere et quoad vixerit insimul retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia seu dissimilia beneficium ecclesiasticum vel beneficia ecclesiastica, duo dumtaxat incompatibilia, quotiens sibi placuerit, recipere et etiam quoad vixerit libere et licite retinere possit secum dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ predicta ecclesia, cuius fructus, etc., centum et quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis, generalis concilii ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Maii, anno undecimo.

1235

1428, Abril 24

Diogo Gonçalves de Santarém, já dispensado do impedimento de ilegitimidade para receber dois benefícios eclesiásticos, pede a extensão da faculdade a canonicatos e prebendas e benefícios em igrejas metropolitas, catedrais e colegiadas.

Reg. Suppl. 225, fl. 186v-187.

Beatissime Pater, alias S. V. cum devoto vestro Didaco Gundissalvi de castro Sanctarensi, clerico Ulixbonensis diocesis, cum quo tunc super defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, certo modo extiterat dispensatum, cum habilitatione (1) ex certis causis tunc expressis necessaria ut, eodem non obstante defectu, duo alia beneficia

ecclesiastica cum cura vel sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende vel officia, prestimonia, prestimoniales portiones ac simplicia beneficia in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis forent, etc., cum potestate permutandi, etc., inter cetera gratiose dispensari mandavit, prout in litteris desuper confectis plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, dubitetur a nonnullis an per premissa etiam canonicatus et prebende, officia, prestimonia, portiones et alia beneficia metropolitanarum ecclesiarum veniant nullaque de dignitatibus vel administrationibus (2) earumdem ecclesiarum mentio facta existat, [fl. 187] supplicat S. V. dictus Didacus qui habilitatus et cum quo dispensatum fuit postmodum iuxta tenorem litterarum earumdem, quatinus secum etiam ad canonicatus et prebendas, prestimonia, portiones et beneficia metropolitanarum et illarum ac aliarum cathedralium et collegiatarum ecclesiarum dignitates et administrationes cum simili permutandi potestate, etc., obtinenda dispensare dignemini de gratia speciali. Cum omnibus in dicta petitione contentis et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Maii, anno undecimo.

---

(1) No ms. *eum habilita.ni*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

1236

1428, Abril 24

João Anes, reitor da igreja paroquial de Rochoso da diocese da Guarda, dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede mais quatro benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 225, fl. 202v-203.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Johannis, rector parrochialis ecclesie beate Marie de Ruchioso Egitaniensis diocesis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere libere et licite valeret extitit auctoritate apostolica dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad ordinem dyaconalem promotus, parrochialem ecclesiam predictam, cuius fructus, etc., trium librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, extitit assecutus pacifice, quatinus secum ut quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende in cathedralibus [fl. 203] metropolitanis vel collegiatis ecclesiis fuerint, si sibi canonice conferantur, recipere et, quotiens voluerit, permutare, etc., libere et licite valeat misericorditer dispensare dignemini. Constitutionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat pro utroque. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Maii, anno undecimo.

1237

1428, Abril 25

Gomes Afonso, reitor da igreja paroquial de Santa Maria da Covilhã, fora privado desta igreja, a favor de Gonçalo Esteves de Tavares, clérigo da diocese da Guarda, o qual duvidava poder usufruir as respectivas letras apostólicas, por ter ocorrido erro na indicação do valor da dita igreja. Por isso o interessado pede ao papa declare as ditas letras apostólicas com valor suficiente para o respectivo efeito.

Reg. Suppl. 225, fl. 159v-160.

Beatissime Pater. Dudum per S. V. intellecto quod Gometius Alfonsi, assertus rector parrochialis ecclesie beate Marie de Covilhaa Egitaniensis diocesis, symonie labem in permutatione dicte ecclesie commiserat ac maiori excommunicationis sententia ligatus, divinis officiis se immiscuerat, eadem S. tunc decano ecclesie Visensis suis dedit litteris sub data tertio Idus Julii anno octavo in mandatis ut si, vocatis dicto Gometio et aliis qui forent evocandi, ipsum Gometium symoniam commisisse inveniret, collationem et provisionem sibi de dicta parrochiali ecclesia factas declararet viribus non subsistere, vel si symonia huiusmodi non probaretur, sed ipsum Gometium huiusmodi excommunicationis sententia ligatum divinis officiis se imiscuisse reperiret, eum prefata parrochiali ecclesia sententialiter privaret et si per ipsum declarationem sive privationem huiusmodi fieri contingeret, de prefata parrochiali ecclesia devoto vestro Gunsalvo Stephani de Taavares, clerico dicte diocesis, per litteras predictas gratiose mandavit provideri, prout in ipsis litteris, in quibus inter alia quod fructus, etc., dicte parrochialis ecclesie sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedebant, expressum extitit, plenius continetur. Verum, Pater Sancte, fructus, etc., dicte parrochialis ecclesie eumdem valorem communiter excedere consueverunt, licet valorem octuaginta librarum similium secundum extimationem predictam non excedant et etiam prefate littere ipsi decano infra tempus debitum iuxta quamdam constitutionem eiusdem S. desuper editam vel postea nondum fuerunt presentate, licet per ipsum Gunsalvum expressum non steterit, propter quod dubitet ipse Gunsalvus se effectu frustrari posse litterarum earumdem. Supplicat igitur S. V. humiliter dictus Gunsalvus quatinus sibi [fl. 160] concedere necnon decernere et declarare quod prefate littere, ad quarum executionem nondum est processum, valeant plenamque obtineant roboris firmitatem dictusque decanus vel loco eius surrogandus iudex ad ipsarum litterarum executionem procedere possit et valeat, in omnibus et per omnia perinde ac si ille infra tempus debitum presentate et in eis quod fructus, etc., valorem octuaginta librarum huiusmodi non excederent expressum extitisset (1), dignemini. Non obstantibus premissis necnon omnibus illis que eadem S. in predictis litteris non obstare voluit ceterisque contrariis quibuscumque quodque ipse Gunsalvus causam contra ipsum Gometium occasione premissorum in Romana Curia committi obtinuit, et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Maii, anno undecimo.

---

(1) No ms. *extitissent.*

1238

1428, Abril 27

João Esteves, reitor da capela com cura de almas de S. Vicente, sujeita ao mosteiro de S. Salvador de Paço de Sousa, pede que o abade e dito mosteiro sejam obrigados a pagarem-lhe a ele ou a seu substituto a porção devida pela administração dos sacramentos.

Reg. Suppl. 225, fl. 176.

Beatissime Pater. Cum rector sive perpetuus capellanus capelle curate sancti Vincentii, site in monasterio sancti Salvatoris de Palatiolo de Sousa (1) ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, per clericos dumtaxat regi consuete, ratione sacramentorum ecclesiasticorum que ministrare tenetur abbati et conventui ac aliis parrochianis ipsius monasterii, habere debeat ac recipere ab abbate et conventu ipsius monasterii portionem integram omnium vitualium, sicut unus ex monachis eiusdem monasterii et de facto percipit, dum est presens, supplicatur S. V. pro parte devoti eiusdem Johannis Stephani, ipsius capelle rectoris, quatinus ut tam sibi, cum presens est, quam cuicumque deputando seu substituendo inibi loco sui, dum ipsum abesse ex aliqua rationabili causa continget, dicti abbas et conventus portionem huiusmodi ministrare et exhibere integre teneantur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Maii, anno undecimo.

(1) No ms. *Gousa*, com sinal de erro.

1239

1428, Abril 28

Martinho Anes, clérigo de Lisboa, renova súplica sobre as porções nas igrejas paroquiais de S. Julião e de Santo Estêvão de Lisboa, por se dizer nas respectivas letras apostólicas que ele era então clérigo, sendo apenas escolar.

Reg. Suppl. 221, fl. 42-42v.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto vestro Martino Johannis, clerico Ulixbonensi, de uno in sancti Juliani et alio in sancti Stephani parrochialibus ecclesiis Ulixboneñ, perpetuis beneficiis, portionibus nuncupatis, sine cura ad certas inibi expressas collationes sub data quarto Kalendas Februarii pontificatus S. V. anno primo gratiam fecit expectativam, super qua littere apostolice confecte fuerunt, verum quia prefatus Martinus tempore date dicte gratie nondum clericus fuit, licet in litteris apostolicis se clericum expresserit, quare supplicat S. V. idem M[artinus] quatinus sibi quod littere predicte ac processus

desuper habiti et quecumque inde secuta ab eorum omnium data perinde valeant ac si tempore date eiusdem gratie clericus fuisset vel se scolarem et non clericum in ipsis litteris expressisset concedere et indulgere dignemini, omnibus in dictis litteris contentis et quibuscumque aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis non obstantibus et cum clausulis oportunis. — *Concessum. F. Gebennensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Maii, anno undecimo.

1240

1428, Maio 3

Pedro Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, pede a porção ou perpétuo benefício da igreja paroquial de S. Tiago de Almada, a que Gonçalo Anes se propunha resignar.

Reg. Suppl. 225, fl. 267-267v.

Beatissime Pater. Cum quidam Gunsalvus Johannis, perpetuus beneficiatus, portionarius nuncupatus, in parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Almada Ulixbonensis diocesis, omni iuri et ad omne ius quod sibi in eodem beneficio competit vel quomodolibet competere poterit, in manibus S. V. resignare proponat et ex nunc resignet, supplicat igitur S. V. devotus orator vester Petrus Gunsalvi, clericus Bracharensis diocesis, quatinus huiusmodi resignationem admittentes seu admitti mandantes, sibi de eodem beneficio, ut predicitur portione nuncupato, cuius fructus, etc., duodecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservatum, devolutum vel litigiosum sit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum auctoritate ordinaria ut ad omnes ordines minores promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere possit sufficienter extitit dispensatum, vigore cuius, ad omnes minores [fl. 267v] extitit promotus ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Nonas Maii, anno undecimo.

1241

1428, Maio 21

João Anes de Vila Real, reitor da igreja paroquial de S. Lourenço de Santarém, solicita a porção da igreja de S. Julião de Lisboa, vacante por morte de Nicolau Fernandes.

Reg. Suppl. 221, fl. 80v.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Johannis de Villa Regali, rector parrochialis ecclesie sancti Laurentii Sanctarenensis Ulixboñ diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetuo beneficio sine cura, portionaria nuncupato, in ecclesia sancti Juliani Ulixbonensis civitatis, vacante per obitum quondam Nicolai Fernandi, eiusdem portionis ultimi possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, cuiusque fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per liberam resignationem dicti quondam M[artini] vel alterius cuiuscumque, extra Romanam Curiam vel in partibus, etiam coram notario et testibus sponte factam aut alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta vel inter aliquos in Romana Curia vel extra eam lis, cuius statum et nomina litigantium et iudicum hic S. V. dignetur habere pro sufficienter expressis pendeat indecisa, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod dictam parrochialem ecclesiam ac quaterçanariam in Ulixbonensi et mediam canoniam in Visensi ecclesiis obtinet, quorum omnium fructus, etc., sexaginta librarum similium communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica declaranda, cum aliis non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Junii, anno undecimo.

1242

1428, Maio 21

Pedro Anes, acólito do Porto, pede a igreja de Anreade da diocese de Lamego, vacante pela renúncia de João Afonso, após Martinho Vasques, reitor da igreja paroquial de S. Bartolomeu de Britiande da diocese de Lamego e cónego do Porto, ter permutado estes benefícios com Luís Anes pela igreja paroquial de S. Martinho de Várzea da diocese do Porto e o dito Martinho ter feito um pacto simoníaco com Lourenço Pais, sacerdote da diocese do Porto, que permutara finalmente a igreja paroquial de S. Martinho com João Afonso pela dita igreja de Anreade, possuída por Lourenço Anes, que prestava contas dos seus rendimentos ao sobredito Martinho Vasques.

Reg. Suppl. 226, fl. 50v-51.

Beatissime Pater, dudum Martino Valasci, tunc rectore parrochialis ecclesie sancti Bartholomei de Brittiande canonicatumque et prebendam ecclesie Portugalensis et Lodovico Johannis parrochialem ecclesiam sancti Martini de Varzia Lamecensis et Portugalensis diocesum obtinentibus, Martinus canonicatum et prebendam predictos et Ludovicus dictam ecclesiam sancti Martini ex causa permutationis in manibus Ordinariorum, ad quos canonicatus et prebende et ecclesie huiusmodi predictorum collatio dicitur pertinere (1), in partibus resignantes, dictus Martinus, sue proprie salutis immemor, ambitiose in anime sue salutis interitum, ut utriusque predictarum fructus, etc., sancti Bartholomei et sancti Martini ecclesiarum percipere posset, convenit ac pactum cum quodam Laurentio Pelagii, presbytero Portugalensis diocesis, iniit et pepigit, quod ipse Laurentius titulum dicte ecclesie sancti Martini reciperet et collationem ipsius ecclesie sic ut premit-

titur ex causa permutationis prefate vacantis, ab Ordinario loci sive eius vicario, sicuti eidem Laurentio de illa tunc extitit provisum, idemque Martinus fructus, redditus et proventus eiusdem ecclesie sancti Martini recipere, levare et habere deberet [fl. 51] et ipse Martinus dicto Laurentio gratum se exhibere fuit conventum et pactum factum, et dictus Laurentius, cum per annum et amplius eamdem ecclesiam sancti Martini sic illicite detinuisset et de fructibus, etc., illius prefato Martino respondisset, conscientia forsan motus ipsam ecclesiam sancti Martini dimittendo, cum quodam Johanne Alfonsi, tunc rectore parrochialis ecclesie de Anriade Lamecensis diocesis pro ipsa de Anriade permutavit quamque quidam Laurentius Johannis, presbyter, cum pacto et conventione predictis, ea per huiusmodi ultimam permutationem et Laurentii Pelagii dimissionem vacante, auctoritate ordinaria extitit assecutus illamque detinet occupatam et de fructibus, etc., illius prefato Martino respondet, prout inter ipsum et eumdem Martinum extitit conventum et pactum factum, labem symoniace pravitatis dampnabiliter incurrendo et committendo. Supplicat igitur S. V. devotus vester Petrus Johannis, acolitus Portugalensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicta ecclesia de Anriade, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per dicti Johannis Alfonsi liberam resignationem ex causa permutationis predicte in partibus in manibus Ordinarii locorum seu eius vicarii in spiritualibus factam, sive dicto, sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem *Execrabilis* vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias generaliter vel specialiter reservata existat et super ea in Romana Curia vel extra eam inter aliquos lis, cuius statum presentibus habentes pro expresso, pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis oportunis ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria declaranda. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Junii, anno undecimo.

---

(1) No ms. *pertinet*, com sinal de erro.

1243

1428, Maio 29

Súplica de João Anes, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Rochoso da diocese da Guarda, pedindo o indulto de poder ser ordenado de sacerdote por qualquer bispo, para não perder o direito à dita igreja.

Reg. Suppl. 223, fl. 25.

Beatissime Pater. Cum devotus orator vester Johannes Johannis, rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Rochouso Egitaniensis diocesis ratione dicte ecclesie teneatur ad ordinem sacerdotalem promoveri, cum iam ad ordinem (1) diaconatus promotus existit, et ne tempus a iure statutum infra quod (2) promoveri debeat elabatur, cum suum Ordinarium adhire non potest, cum valde remote moram trahit (3), ideo supplicat eidem S. V.

ne dictam ecclesiam perdat per defectum promotionis, quatinus (4) committere dignemini cuicumque prelato, episcopo, quatinus ipsum ad dictum ordinem presbyteratus promoveat et si eidem S. placet — *Concessum, si sit artatus. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Junii, anno undecimo.

(1) No ms. *ordine*, com sinal de erro.
(2) No ms. *quam*, com sinal de erro.
(3) No ms. *trahiit*, com sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro.

1244

1428, Maio 30

Fernando Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Abragão da diocese do Porto, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede outra igreja paroquial.

Reg. Suppl. 226, fl. 190v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Fernandus Alfonsi, rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Abregon Portugalensis diocesis, de nobili genere procreatus, quatinus secum, cum quo alias super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam curatum, recipere et retinere valeret extitit apostolica auctoritate dispensatum, ut una cum dicta parrochiali ecclesia unam aliam parrochialem ecclesiam, si sibi alias canonice conferatur, recipere et una cum dicta parrochiali ecclesia quoad vixerit retinere illasque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimittere et permutare, etc., libere et licite possit misericorditer et de speciali gratia dispensare dignemini. Non obstañ predicta parrochiali ecclesia sancti Petri ac perpetua portione in ecclesia sancti Christofori Colimbrieñ, quarum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, defectu predicto, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

... ...

[fl. 191].

... ...

Fiat ut petitur ad sex menses pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Junii, anno undecimo.

1245-1247

1428, Maio 31

Súplicas de João da Silva, nobre clérigo da diocese de Braga, com o simples benefício sem cura na igreja paroquial de Santa Maria de Caminha, de Rodrigo da Silva, nobre clérigo da

diocese de Coimbra, e de Diogo da Silva, nobre escolar da diocese de Braga, todos descendentes de barões e já dispensados do impedimento de ilegitimidade, sobre a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 231, fl. 58-58v.

Supplicat S. V. humilis et devotus orator vester Johannes de Silva, clericus Bracharensis diocesis, de baronum genere procreatus (1), cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de magno nobili coniugato genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad minores promoveri et unum beneficium [fl. 58v] ecclesiasticum sine cura obtinere valeret auctoritate ordinaria extitit dispensatum, cuius dispensationis vigore, clericali caractere rite insignitus et quoddam simplex beneficium sine cura in parrochiali ecclesia sancte Marie de Caminna Tudensis diocesis, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ex quibus secundum sui status decentiam non valet commode sustentari, fuit pacifice assecutus, quatinus secum ut ad omnes sacros ordines promoveri, etiam quecumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, perpetue administrationes vel officia similiter cum cura vel sine cura in cathedralibus et metropolitanis ac collegiatis et dignitates ipse in cathedralibus etiam metropolitanis post pontificales maiores aut in collegiatis ecclesiis principales fuerint, et ad dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et prebendas ac beneficia huiusmodi consueverint qui per electionem assumi, si sibi alias canonice conferantur aut assumatur vel eligatur ad illa, recipere et retinere illaque tam obtentum quam obtinenda ex causa permutationis vel alias, totiens quotiens sibi placuerit, simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia beneficium ecclesiasticum vel beneficia ecclesiastica, invicem et cum predicto compatibilia similiter recipere et retinere libere et licite valeat, natalium defectu predicto, Pictavensis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint, ceterisque nequaquam obstantibus auctoritate apostolica de uberioris dono gratie dignemini misericorditer dispensare, cum clausulis oportunis.

1246. Item quatinus similem gratiam facientes, humili et devoto oratori vestro Roderico de Silva, clerico Colimbriensis diocesis, de baronum genere procreato, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de magno nobili coniugato genitus et coniugata ut, eo non obstante, ad minores ordines promoveri et unum beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere valeret auctoritate fuit ordinaria dispensatum, cuius dispensationis vigore, clericali caractere rite extitit insignitus, quatinus secum dispensare dignemini, in omnibus et per omnia, prout in suprascripta supplicatione latius continetur.

1247. Item quatinus similem gratiam facientes, humili et devoto oratori vestro Didaco de Silva, scolari Bracharensis diocesis, de baronum genere procreato, qui ascribi desiderat militie clericali, quatinus secum super defectu natalium quem patitur de magno nobili coniugato genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad omnes et sacros ordines promoveri valeat necnon secum dispensare dignemini in omnibus et per omnia, prout supra in prima supplicatione latius continetur. — *Fiat ut petitur pro omnibus tribus.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Junii, anno undecimo.

(1) No ms. *procreato.*

1248-1250

1428, Junho 11

Diogo da Silva, escolar da diocese de Braga, pede a expedição das letras apostólicas sobre a isenção de nomear certa graça expectativa. João da Silva, clérigo da diocese de Braga, e Rodrigo da Silva solicitam idêntica graça.

Reg. Suppl. 227, fl. 40-40v.

Beatissime Pater. Ne beneficiales gratie ac dispensationes devoto vestro Didaco de Silva, scolari Bracharensis diocesis, facte usque in diem, expeditione litterarum super quadam gratia expectativa sibi sub data septimo Kalendas Maii anno septimo gratiose concessa conficiendarum de aliqua possint surreptione notari, supplicat S. V. dictus Didacus quatinus sibi ut [fl. 40v] ipse in quibuscumque gratiis beneficialibus ac dispensationibus, cuiuscumque tenoris fuerint, per ipsum ab eadem S. et sede predicta (1) usque in diem expeditionis super dicta gratia expectativa conficiendarum obtinendis et sibi concedendis nullam de eadem gratia expectativa et illius effectu mentionem facere teneatur quodque ipse sibi tunc concedende gratie, etc., perinde valeant ac si plena et debita mentio de ipsa gratia expectativa in illis facta foret, concedere et indulgere necnon litteras predictas cum plenaria expressione concessionis huiusmodi per cancellariam apostolicam et ubique sub dicta data expediri mandare dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis.

1249. Item similiter pro devoto vestro Johanni de Silva, clerico Bracharensis diocesis, litteras gratie expectative expediri mandare dignemini de gratia speciali.

1250. Item similiter pro devoto vestro Roderico de Silva litteras super quadam gratia expectativa, etc., expediri mandare dignemini de gratia speciali.

Fiat pro omnibus tribus. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Junii, anno undecimo.

(1) No ms. *sedem predictam.*

1251

1428, Junho 23

Mícia, abadessa do mosteiro de Santa Maria de Lorvão da diocese de Coimbra, com 70 anos de idade, pede que a administração do mosteiro seja confiada à monja Maria da Cunha, nobre e capaz de atender às necessidades do mosteiro, reservada uma pensão anual à antiga abadessa.

Reg. Suppl. 226, fl. 175-175v.

Beatissime Pater, cum devota oratrix vestra Micia, abbatissa monasterii sancte Marie de Lorbano Cisterciensis ordinis Colimbriensis diocesis, que iuxta datam sibi desuper prudentiam, eidem monasterio hactenus laudabiliter prefuit, iam septuagesimum [fl. 175v] sue etatis annum conscenderit seque adeo senio confractam et viribus sui corporis destitutam conspiciat quod regimini et administrationi dicti monasterii per seipsam utiliter de cetero preesse nequeat et propterea, ne monasterium ipsum in spiritualibus et temporalibus detrimenta sustineat, regimini et administrationi predictis ad finem et effectum ut eidem monasterio de persona devote oratricis vestre Marie de Cunha, monialis expresse professe dicti monasterii et de nobili genere procreate, quam utique pro conservandis et augendis illius iuribus regimineque et administratione predictis feliciter dirigendis benemeritam, utilem et ydoneam, a longa rerum experientia didicit, provideatur, sponte et libere cedere proponat vel ex nunc in manibus S. V. cedat, supplicant igitur S. V. Micia et Maria prefate quatinus, cessionem huiusmodi admittentes sive admitti mandantes, de persona eiusdem Marie dicto monasterio, cuius fructus, etc., eius deductis oneribus, mille librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, et ex quavis causa eius dispositio specialiter vel generaliter ad sedem apostolicam pertineat, providere eamque illi in abbatissam cum muneris benedictionis impensione preficere et nichilominus ne dicta Micia propter cessionem huiusmodi pro sua sustentatione decenti redditibus careat oportunis, sibi certam annuam pensionem, de qua commode sustentari poterit et insimul concordabunt super fructibus, etc., predictis sub penis, sententiis, censuris, terminis, modis et formis in confectione litterarum exprimendis, quoad vixerit reservare et concedere dignemini de gratia speciali. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utraque et committatur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Julii, anno undecimo.

1252

1428, Junho 24

O prior e cabido da colegiada de Santa Maria de Guimarães pedem a redução do número de canonicatos e prebendas a 30, reservando uma prebenda ao presbítero, com o ofício de instruir na gramática e no canto os meninos ao serviço da igreja.

Reg. Suppl. 226, fl. 284-285.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devotorum vestrorum prioris et capituli ecclesie beate Marie de Vimeraneñ Bracharensis diocesis quod licet olim in dicta ecclesia triginta septem canonicorum prebendarumque totidem numerus canonice institutus et usque nunc inviolabiliter observatus extiterit et de presenti servetur quique in fructibus, etc., competenter consueverunt habundare, tamen fructus, redditus et proventus mense capitularis eiusdem propter guerrarum turbines mortalitatumque pestes, alia incommoda et alienationes bonorum et possessionum ad dictum capitulum pertinentium per nobiles illarum partium distractarum et detentorum ac mutationes monete et temporum [fl. 284v] causante malitia, que partes illas diutius afflixerunt, fuerunt et sunt adeo

diminuti quod singulorum canonicatus et prebende huiusmodi illos pro tempore obtinentibus et non residentibus nichil, residentibus vero in ecclesia memorata una cum cotidianis distributionibus que illos (1) ut premittitur obtinentibus et in dicta ecclesia divinis interessentibus cedere solent ultra viginti quinque florenos auri de camera non valent annuatim secundum communem extimationem, unde dicti canonici ipsorum statum iuxta ecclesie ipsius condecentiam (2) nequeunt commode sustentare nec inibi absque alterius beneficii subsidio vivere, nec divinis interesse, ex quo divinus cultus inibi non modicum diminuitur et tepescit voluntas ad residendum in eadem et si prefatus triginta septem numerus canonicatuum et prebendarum ad triginta prebendas reduceretur (3) prefati canonici ex fructibus huiusmodi commodius sustentari et alia eis incumbentia onera facilius supportare possent ac libentius in eadem residerent, de quorum residentia divinus cultus inibi non modicum augeretur ac decus et decor eidem ecclesie provenirent et laudabilius deservirent in divinis. Supplicant igitur S. V. humiliter et devote prefati prior et capitulum quatinus pro statu prospero et tranquillo dicte ecclesie predictum triginta septem canonicatuum et prebendarum numerum ad triginta prebendas integras reducere et unam earum prebendarum pro uno presbytero ydoneo qui pauperibus pueris (4) eidem ecclesie in missis et aliis divinis officiis servientibus in gramatica et cantu instruere habebit, reservare ac statuere et ordinare quod simul vel successive cedentibus vel decedentibus canonicis seu canonicatus et prebendas predicte ecclesie quomodolibet dimittentibus, ipsi canonicatus et prebende sic vacantes donec numerus ipse ad prefatum triginta prebendarum reductus existat liceatque ex tunc prefatis priori et capitulo fructus, etc., canonicatuum et prebendarum sic vacantium suppressorum propria auctoritate recipere [fl. 285] et retinere et in suos usus convertere, cuiuscumque licentia super hoc minime requisita, concedere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesie predicte ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur, sine preiudicio illorum qui fecerunt processus suos.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Julii, anno undecimo.

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. *condedentiam.*
(3) No ms. *reducerentur*, com sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro nas palavras *pauperibus* e *pueris.*

1253

1428, Junho 29

João Rodrigues, cónego de Lisboa e procurador na Cúria pontifícia dos negócios de D. João I, rei de Portugal, pede o indulto de receber os proventos dos seus benefícios, sem obrigação da residência pessoal.

Reg. Suppl. 227, fl. 6.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Roderici, canonicus Ulixbonensis, devotissimi eiusdem S. filii Johannis, Portugalie et Algarbii regis, in Romana Curia procura-

tor negotiorum, quatinus sibi specialem gratiam facientes, in dicta Curia vel altero beneficiorum suorum que obtinet vel in futurum obtinebit, residendo, aut Studio, ubi illud vigeat generale, seu dicti regis vel domini Eduardi primogeniti illis obsequiis insistendo, fructus, etc., canonicatus et prebende ecclesie Ulixbonensis, quos obtinet et quorumlibet aliorum beneficiorum suorum que obtinet et imposterum obtinebit, cum ea integritate, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperet, si in dicta ecclesia sive in ecclesiis et locis aliis, in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint, personaliter resideret, percipere possit nec interim ad residendum in eisdem a quoquam invitus valeat compelli, dignemini sibi misericorditer indulgere. Constitutionibus apostolicis, statutisque et consuetudinibus ecclesie Ulixbonensis et aliarum ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint, contrariis non obstantibus quibuscumque. Et cum clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Julii, anno undecimo.

1254

1428, Junho 30

Álvaro Gonçalves, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Numão da diocese de Lamego, o qual estava obrigado, nessa qualidade, a celebrar ou a mandar celebrar todos os dias na capela de S. Pedro de Freixo de Numão, pede a isenção de tal obrigação, em virtude do diminuto rendimento da capela.

Reg. Suppl. 227, fl. 34v.

Beatissime Pater, quamquam (1) rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Nomam Lamecensis diocesis teneatur in capella sancti Petri de Fressio de Nomam iuxta ipsius fundationem singulis diebus aut per se celebrare aut per alium facere celebrari, tamen quia fructus dicte capelle ad presens propter mortalitates et alias graves illarum partium conditiones adeo sint diminuti, cum summam quindecim florenorum auri communi extimatione non excedant, ut non possit reperire sacerdotem qui in dicta capella singulis diebus ut premittitur celebret pro dicta summa, supplicatur S. V. pro parte devoti oratoris vestri Alvari Gundissalvi, rectoris dicte ecclesie, quatinus sibi ut in dicta capella, nisi bis in ebdomada, celebrare aut celebrari facere non teneatur nec ulterius a quoquam compelli valeat misericorditer indulgere dignemini, fundatione dicte capelle, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur et committatur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Julii, anno undecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro.

1255-1256

1428, Julho 11

Rui Dias, deão de Braga, pede o canonicato e prebenda de Viseu, a que João Vasques tencionava resignar. Rodrigo Vicente, clérigo da diocese de Lisboa, solicita a igreja paroquial de S. Lourenço de Calvos da diocese de Braga, a que o dito João Vasques se propunha resignar.

Reg. Suppl. 227, fl. 91-91v.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Johannes Velasci, canonicus prebendatus ecclesie Bisensis in eiusdem S. manibus aut sancte Romane Ecclesie vicecancellarii manibus (1) dictos canonicatum et prebendam dicte ecclesie Bisensis resignet seu resignare proponat, supplicat eidem S. devotus vester Rodericus Didaci, decanus ecclesie Bracharensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dictis canonicatu et prebenda predicte ecclesie Bisensis, quorum fructus, etc., viginti florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, si vacant ad presens, aut cum primo vacare contingant per huiusmodi resignationem aut per ingressum religionis seu per professionem factam vel fiendam per dictum Johannem aut alias quovis modo et per quamcumque aliam personam, preterquam per obitum dicti Johannis vacent seu si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta (2) concilii Lateranensis statuta legitime devoluta aut per constitutionem *Execrabilis* et *Ad regimen* sedi apostolice reservata, af[f]ecta aut litigiosa (3) in Romana Curia vel extra, cuius litis statum et litigantium nomina et iudicum seu auditoris hic habere dignemini pro expressis, seu per simplicem aut ex causa permutationis resignationem in dicta Curia vel extra, etiam coram notario et testibus factam vel fiendam, quam eadem S. gratam et ratam habere dignetur, etc., existat, eidem Roderico dignemini misericorditer providere, decanatu (4) predicte ecclesie Bracarensis, qui (5) dignitas curata et electiva atque maior post pontificalem in dicta ecclesia existit, atque canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie et parrochiali ecclesia sancti Martini de Campo et ecclesia sine cura sancte Marie de Azinhoso (6) Bracarensis diocesis ac quadam portione ecclesie sancti Salvatoris [fl. 91v] de Turribus Novis Ulixbonensis (7) diocesis que possidet ac iure quod asserit (8) habere ac (9) quosdam canonicatum et prebendam et decanatum (10) ecclesie Ulixbonensis, qui (11) dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem in eadem ecclesia existit necnon ac quosdam alios canonicatum et prebendam ecclesie Portugalensis, quorum omnium fructus, etc., sexcentorum florenorum similium eadem extimatione non excedunt, ac gratia expectativa necnon dispensatione ad duo incompatibilia in cancellaria declaranda, non obstañ et cum ceteris non obstañ in dicta cancellaria declarandis et clausulis oportunis. — *Fiat.*

1256. Beatissime Pater, cum devotus vester Johannes Velasci, rector parrochialis ecclesie sancti Laurentii de Calvis Bracarensis diocesis, in eiusdem S. manibus ac sancte Romane Ecclesie vicecancellarii manibus (12) dictam ecclesiam sancti Laurentii resignet seu resignare proponat, supplicat eidem S. devotus vester Rodericus Vincentii, clericus Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicta ecclesia sancti Laurentii, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, si vacat ad presens, aut cum primo

vacare contingat, per huiusmodi resignationem aut per ingressum religionis seu per professionem factam vel fiendam per dictum Johannem aut alias quovis modo et per quamcumque aliam personam, preterquam per obitum dicti Johannis, vacet, seu si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta concilii Lateranensis statuta legitime devoluta, aut per constitutionem *Execrabilis* et *Ad regimen* sedi apostolice reservata, affecta aut litigiosa in Romana Curia vel extra, cuius litis statum et litigantium nomina et iudicum seu auditoris hic habere dignemini pro expressis, seu per simplicem aut ex causa permutationis resignationem in dicta Curia vel extra, etiam coram notario et testibus factam vel fiendam, etc., existat, eidem Roderico dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, cum ceteris non obstañ in dicta cancellaria declarandis et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque. O. Fiat.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, quinto Idus Julii, anno undecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro, a indicar talvez que a palavra *manibus* está a mais.
(2) No ms. *iusta*, com sinal de erro.
(3) No ms. *liticiosa*, com sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro.
(5) No ms. *que*, com sinal de erro.
(6) No ms. *Anzinoso*.
(7) No ms. *Ulisbonensis*, com sinal de erro.
(8) No ms. *assidit*, com sinal de erro.
(9) No ms. sinal de erro.
(10) No ms. sinal de erro.
(11) No ms. *que*, com sinal de erro.
(12) No ms. sinal de erro, talvez a indicar que a palavra *manibus* está a mais.

1257

1428, Julho 12

João Rodrigues do Casal, reitor da igreja de S. Mamede de Évora, a quem o papa concedera o canonicato e prebenda de Évora, sob pretexto de que o possuidor Álvaro Ferreira teria contraído matrimónio, renova a súplica ao papa, depois do litígio havido na Cúria com o dito Álvaro Ferreira, visto afirmar-se que a nenhum dos litigantes cabia o direito nesses canonicato e prebenda.

Reg. Suppl. 227, fl. 265v-266v.

Beatissime Pater, dudum canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis ex eo quod Alvarus Ferrera dictos canonicatum et prebendam obtinens, ad laicalia vota aspirans, matrimonium cum quadam muliere contraxit, [vacantibus], S. V. devoto oratori vestro Johanni Roderici de Casal, rectori parrochialis ecclesie sancti Mametis Elborensis, de dictis canonicatu et prebenda provideri mandavit, prout in litteris desuper confectis plenius continetur et deinde, lite in Romana Curia coram devoto oratore vestro Bartholomeo Ginchardi, causarum palatii apostolici auditore, inter Johannem et Alvarum predictos mota,

idem auditor in causa huiusmodi citationem ad partes decrevit, virtute cuius, ad aliquos actus processum extitit. Cum autem, Pater Sancte, ab aliquibus asseratur neutri dictorum litigantium ius in dictis canonicatu et prebenda competere necnon litteras prefatas ex eo potissime quod in illis expressum fuit quod dicti canonicatus et prebenda per contractum huiusmodi vacaverant et vacabant, licet revera tempore date dictarum litterarum huiusmodi matrimonium contractum non foret, sed postea per duos menses vel circa fuit, supplicatur S. V. pro parte dicti Johannis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero professo ordinis sancti Augustini genitus et soluta, ad omnes ordines et beneficia obtinenda diversimode et sufficienter dispensatum est, quatinus litis statum et dispensationis tenorem hic pro expressis habentes, de dictis canonicatu et prebenda, quarum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, per huiusmodi matrimonium contractum vacantibus, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si devoluti vel alias litigiosi vel reservati existant, eidem Johanni misericorditer providere necnon litteras predictas cum omnibus exinde secutis, in quibus expressum fuit quod dicti canonicatus et prebenda per contractum matrimonii huiusmodi vacabant, licet revera non, sed ex post, perinde in omnibus et per omnia valuisse et valere ac si tempore date earumdem dictum matrimonium contractum fuisset, decernere et declarare dignemini. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancti Mametis et quadam perpetua portione in ecclesia sancti Petri de Ferreira Portugalensis diocesis, quorum fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratiis expectativis et dispensatione super defectu natalium predicto et ad incompatibilia, [fl. 266v] in cancellaria latius exprimendis, necnon omnibus illis que in dictis litteris non obstare voluimus (1) ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, quarto Idus Julii, anno undecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro.

1258

1428, Julho 14

O bispo de Ceuta, D. Aimaro, perpétuo administrador do mosteiro de Santa Maria do Pombeiro da diocese de Braga, pede ao papa encarregue certos prelados ou eclesiásticos idóneos de se informarem do estado económico do mosteiro, para reduzirem as taxas a pagar ao rei e ao arcebispo de Braga, porque os rendimentos eram diminutos.

Reg. Suppl. 227, fl. 154v-155v.

Beatissime Pater. Exponitur pro parte devote creature vestre Aymari, episcopi Ceptensis (1), perpetui administratoris monasterii sancte Marie de Palumbario ordinis

sancti Benedicti Bracharensis diocesis, quod licet dictum monasterium ab olim in fructibus et redditibus ac facultatibus suis pro decenti substentatione abbatis et nonnullorum monachorum in eodem Deo famulantium plurimum habundant (2), tamen fructus, etc., ipsius monasterii propter guerras, mortalitatum pestes aliaque incommoda que, temporum causante malitia, partes illas diutius afflixerunt necnon abbatum dicti monasterii qui [pro] (3) tempore fuerunt, in utile regimen et in providentiam ac mutationes monetarum earumdem et propter regem et archiepiscopum Bracharensem (4) qui decimas eidem monasterio ab antiquo spectantes per eorum potentiam extursserunt (5) atque terras eidem monasterio pertinentes et redditus eisdem applicuerunt atque nonnullorum laicorum producente discordia et malitia, qui vineas et possessiones illius monasterii per suarum dissensionum turbines [fl. 155] et guerrarum partim sibi rapuerunt et partim temporalia (6) eiusdem dilapidarunt et dissipaverunt, adeo sunt diminuti et distracti quod modernis temporibus ultra ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, priscis vero temporibus mille et quingentarum librarum similium valere soleba[n]t (7) et in camera apostolica ad septingentos et quinquaginta florenos reperitur taxatum, iuxta quam taxam dictus dominus episcopus administrator pro communibus et minutis servitiis seu annata debita camere apostolice si contingat solvi dictum monasterium non potest subire. Cum autem, Beatissime Pater, semper contingat prelatos illarum partium tam domino terre quam Ordinariis locorum decimas solvere, sicuti a paucis annis citra revolutis plus solito contingit, et prefatus administrator ratione predicti sui monasterii compulsus sit et compellatur decimam iuxta taxationem antiquam ex fructibus, etc., ipsius monasterii tam domino terre quam Ordinario exsolvere, que hiis temporibus ascendunt verum valorem eiusdem monasterii modernis temporibus provenieñ ex fructibus, etc., adeo quod soluta decima secundum huiusmodi taxationem antiquam, dictus administrator, seclusis omnibus ex fructibus ipsius monasterii provenieñ paululum sibi, ymmo modicum superest nec sufficit dumtaxat pro ipsius administratoris vita, supplicatur igitur pro parte dicti administratoris humiliter et devote eidem S. quatinus sibi pio [ac] (8) paterno compatientes affectu, super premissis provideri, attento, Pater Sancte, quod prefatus exponens Aymarus, episcopus, de presenti agit contra infideles ultra mare ad debellandum eos in quodam loco qui vocatur Cepta, que est regis Portugalie, et quod non habet de dicto suo episcopatu nisi unam marcham argenti vel circa, una cum dicta abbatia, que (9) modici valoris existit (10) ut premittitur et cum sit tanta pensio (11) seu taxa illius monasterii quod nullo modo vita substentari (12) potest nec illam solvere et ipse et sui [fl. 155v] monachi qui pauci sunt, moriuntur fame vel quasi, et plures abbates dicti monasterii obierunt excommunicati et extra sacratum (13) sepulti propter non solutionem, quia non potuerunt solvere debitum per eos dicte camere apostolice promissum, in quo dicto monasterio solebant esse viginti monachi et nunc non sunt nisi octo, idcirco supplicatur S. V. pro parte dicti episcopi, administratoris dicti monasterii, quatinus dignemini committere et mandare in partibus tribus vel quatuor prelatis aut personis ecclesiasticis ut de premissis per bonos et probos viros sufficienter et diligenter plenarie se informent et si premissa fore vera repererint, auctoritate apostolica prefatum monasterium iuxta facultatem vivorum modernis temporibus ex ipsius fructibus, etc., proventuum taxent et moderent, illius taxam seu moderationem in libris camere apostolice taxarum scribi (14) mandare a prefato administratore eiusque successoribus in dicto monasterio permaneñ ultra taxam ut premittitur veram repertam seu inventam imposterum recte taxatam peti alio modo non possint nec solvere alio modo teneantur coartari et compelli per aliquem nisi iuxta predictam taxam ultimam ordinatam non possint. Constitutionibus, ordinatio-

nibus, statutis, consuetudinibus, tam apostolicis quam omnibus aliis quibuscumque que in contrarium obstare possint, non obstantibus. — *Committatur archiepiscopo Bracarensi. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, pridie Idus Julii, anno undecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1199.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão de *pro*.
(4) No ms. *Brachariensem*, com sinal de erro.
(5) No ms. sinal de erro.
(6) No ms. sinal de erro.
(7) No ms. *solebat*, com sinal de erro.
(8) No ms. *piis*, sem *ac*, com sinal de erro.
(9) No ms. sinal de erro.
(10) No ms. *existat*, com sinal de erro.
(11) No ms. sinal de erro.
(12) No ms. *non* a mais, mas com sinal de erro.
(13) No ms. *secratum*, com sinal de erro.
(14) No ms. *scripbi*, com sinal de erro.

1259-1265

1428, Julho 14

Súplicas de D. Garcia, bispo de Viseu, sobre a confirmação das letras apostólicas de Inocêncio VII, anulando transferências do direito de padroado de certas igrejas a favor de alguns nobres tiranos, na diocese de Viseu; sobre a isenção do juramento que prestara na reunião com o arcebispo de Braga e outros bispos, feita para defesa da liberdade eclesiástica, de se não ausentarem da respectiva diocese e província bracarense sem consentimento do arcebispo e dos outros bispos da reunião; sobre o indulto de fazer testamento; e sobre a isenção da visita ad sacra limina *de dois em dois anos. Mendo Rodrigues de Magalhães, nobre e cónego de Viseu, renova pedido sobre a chantria de Viseu, vacante por morte de Pedro Anes, e solicita o indulto de receber os proventos de seus benefícios, sem a obrigação da residência pessoal, enquanto residir na Cúria ou frequentar o Estudo Geral. Diogo Gonçalves de Arcos, reitor da igreja paroquial de S. Miguel de Nogueira da Montanha (?) da diocese de Braga, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede mais seis benefícios.*

Reg. Suppl. 227, fl. 205v-207v.

Beatissime Pater. Dudum felicis recordationis Innocentius papa septimus (1), predecessor vester, quasdam translationes iuris patronatus sive nominandi rectores ad certas parrochiales ecclesias Visensis diocesis quod se parrochiani earumdem habere pretendebant quodque quibusdam potentibus seu nobilibus illarum partium fecerunt atque etiam concesserunt necnon diversas confirmationes quas a sede apostolica ipsi nobiles impetrasse dicuntur, considerans, inter alia, ex translationibus huiusmodi animarum pericula et multa alia inconvenientia propter ipsorum nobilium tyrannidem et potentiam provenire, auctoritate apostolica cassavit et irritavit ac decrevit nullius existere firmitatis necnon ecclesias predictas in eumdem statum, in quo erant ante translationes et confirmationes huiusmodi, eadem auctoritate reduxit et reintegravit, eisdem nobilibus et quibusvis aliis inhibendo ne

deinceps pretextu translationum et confirmationum predictarum in preiudicium ecclesiarum necnon episcopi Visensis et aliorum, quorum intererat, aliquid attemptare aut eisdem translationibus et confirmationibus quomodolibet uti presumerent nec deinceps de ecclesiis et bonis eisdem et possessionibus earumdem et quarumcumque aliarum ecclesiarum aliquid disponendo de illis pro tempore se aliquatenus intromitterent, quod si contrafacerent, predicti nobiles et quicumque alii ipsos excommunicationis sententiam incurrere voluit ipso facto, a qua preterquam in mortis articulo, nisi per summum pontificem absolvi non possent terrasque et loca ipsorum nichilominus ecclesiastico supposuit interdicto, prout hec alia suis litteris apostolicis desuper ad firmam rei memoriam confectis, quarum tenorem de verbo [fl. 206] ad verbum hic habere dignemini pro specialiter et sufficienter expressis, plenius continetur. Quibus quidem litteris episcopi Visenses et alii, quorum interest, pro tempore hactenus usi (2) fuerunt atque utuntur etiam de presenti, supplicat igitur S. V. humilis et devota factura vestra Garsias, episcopus Visensis modernus (3), quatinus cassationem et irritationem et omnia alia et singula in prefatis litteris contenta sic ut premittitur per prefatum dominum Innocentium facta grata habentes et rata, ex vestra certa scientia approbare et confirmare in forma speciali, cum insertione litterarum predictarum, si sit opus, et pro eorum subsistentia (4) firmiori patrocinio apostolico communire dignemini de gratia speciali, supplentes nichilominus omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur.* O.

1260. Exponitur S. V. pro parte humilis et devote facture vestre Garsie, episcopi Visensis, quod cum pridie S. V. reverendissimo in Christo patri domino Fernando, archiepiscopo Bracharensi (5), per suas litteras iniungerat ut, convocatis suis suffraganeis, causam libertatis ecclesiastice in regno Portugalie una cum eisdem atque communibus consiliis et expensis cleri prosequerentur eamdem, verum, Pater Sancte, cum idem exponens ob predictam causam ad civitatem Bracharensem a prefato archiepiscopo vocatus, veniret atque ibidem in congregatione aliorum episcoporum et cleri existeret, prefatus dominus archiepiscopus tunc quoddam fecit statutum inter alia continens ne quis ipsorum archiepiscopi et episcoporum exiret de sua diocesi et provincia Bracharensi sine consensu, licentia dictorum archiepiscopi et episcoporum qui fuerunt in congregatione predicta pluraque alia sunt in dicto statuto contenta, que absque difficultate servari non possint, ad cuius statuti observantiam idem archiepiscopus exponentem aliosque episcopos iuramenti religione inducit. Cum autem, Pater Sancte, huiusmodi statutum per eum archiepiscopum, licet ipsum etiam iuraverit observare, minime observetur sitque alias preter ius et difficile observari, supplicat eidem S. exponens iam dictus quatinus ipsum ab ipsius statuti observantia ac iuramento sic ut premittitur prestito misericorditer absolvere dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, etiam pro aliis de congregatione.* O.

1261. Supplicat S. V. humilis et devota factura vestra Garsias, episcopus Visensis, quatinus sibi de fructibus, etc., dicti sui episcopatus usque ad summam duorum millium (5) [fl. 206v] florenorum auri de camera suis familiaribus et servitoribus vel alias ad pias causas testandi libere licentiam et facultatem concedere dignemini ut in forma. — *Fiat.* O.

1262. Supplicat S. V. humilis et devota factura vestra Garsias, episcopus Visensis, quatinus sibi, ne ad visitandum per se, per alium limina apostolorum singulis bienniis ulte-

rius sit astrictus, concedere et indulgere dignemini de gratia speciali. Et nichilominus a iuramenti religione desuper in sua promotione prestiti absolventes ut in forma. — *Fiat. O.*

1263. Beatissime Pater. Nuper cantoria ecclesie Visensis, que sine cura dicitur, inibi dignitas existit, per obitum quondam Petri Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, devotus orator vester Menendus Roderici de Magalhanes, de nobili genere procreatus, canonicus ecclesie predicte, qui tunc vicesimum sue etatis annum compleverat, secum ut huiusmodi etatis defectu non obstante, dictam cantoriam obtinere valeret per reverendum patrem dominum Garsiam, etiam tunc episcopum Visensem, dispensari et sibi de eadem cantoria auctoritate ordinaria obtinuit provideri, quarum dispensationis et provisionis vigore, Menendus prefatus possessionem cantorie predicte extitit assecutus ipsamque possidet de presenti. Verum, Pater Sancte, idem M[enendus] dubitat provisionem et dispensationem huiusmodi viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. quatinus dispensationem, provisionem et possessionis assecutionem predictas et omnia inde secuta grata habentes et rata ac ex vestra certa scientia approbantes et confirmantes, supplentes etiam omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, de huiusmodi cantoria, etiam si dignitas curata et electiva existat, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem que incipit *Execrabilis* aut liberam resignationem, etiam coram notario et testibus factam, aut per religionis ingressum seu contractum matrimonii vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias dicta cantoria specialiter dispositioni apostolice reservata vel affecta existat et super ipsa in dicta Curia vel extra eam inter aliquos lis, cuius statum presentibus habere dignemini pro expresso, pendeat indecisa, [fl. 207] eidem M[enendo] dignemini misericorditer providere de gratia speciali, dispensantes misericorditer cum eodem M[enendo] quoad id super defectu predicto, cum potestate permutandi vel simpliciter dimittendi pro alio beneficio ecclesiastico, simili vel dissimili, quotiens sibi placuerit, etc., dicto defectu, canonicatu et prebenda ecclesie Visensis predicte ac perpetua portione, medio canonicatu in ecclesia Lamecensi vulgariter nuncupata, quos obtinet quorumque fructus, etc., sexaginta librarum similium eadem extimatione valorem non excedunt annuatim, et gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis statutis et consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, etc., roboratis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus. O.*

1264. Supplicat S. V. devotus vester Menendus Roderici de Magalhanes, cantor ecclesie Visensis, de nobili genere procreatus, quatinus ipse in Romana Curia residendo, aut Studio generali insistendo, fructus, etc., omnium beneficiorum suorum, que nunc obtinet et in posterum in quibusvis locis et ecclesiis obtinebit, etiam si parrochiales ecclesie aut dignitates, personatus, perpetue administrationes vel officia similiter cum cura vel sine cura in metropolitanis aliis cathedralibus vel collegiatis et dignitates ipse in metropolitanis vel cathedralibus post pontificales maiores aut collegiatis ecclesiis principales fuerint, et ad illos, illas vel illa consueverint qui per electionem assumi, cum ea integritate percipere, qua ipsos perciperet, si in ipsis ecclesiis et beneficiis personaliter resideret ipsosque fructus, etc., quibusvis personis etiam laycis, cum quibus suam et beneficiorum conditionem facere poterit meliorem, arrendare valeat quodque ne interim a quoquam

invitus ad residendum in beneficiis ipsis, etiam prima residentia nondum facta, in huiusmodi beneficiis coartari possit, licentiam et facultatem sibi concedere et indulgere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus apostolicis et provincialibus et synodalibus constitutionibus et ordinationibus necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint, etiam iuramento, confirmatione apostolica, etc., roboratis, et aliis contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

1265. Supplicat S. V. devotus vester Didacus Gundissalvi de Arcos, rector [fl. 207v] parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Nogueyra de Montenigro Bracharensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret apostolica auctoritate extitit dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad dyaconatus ordinem rite promotus et parrochialem ecclesiam supradictam, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, fuit pacifice assecutus, quatinus secum ut alia sex beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, se invicem et cum predicta parrochiali ecclesia compatientia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, perpetue administrationes vel officia in cathedralibus et metropolitanis vel collegiatis ecclesiis existant, et ad illas, illos vel illa consueverint qui per electionem assumi eisque cura immineat animarum, si sibi alias canonice conferantur, aut assumatur vel eligatur ad illa, recipere et retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium ecclesiasticum seu beneficia ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam recipere ac retinere libere et licite valeat de uberioris dono gratie dignemini misericorditer dispensare, defectu predicto ac Pictavensis concilii et quibuscumque aliis apostolicis constitutionibus necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint, etiam iuramento, confirmatione apostolica, etc., roboratis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus. — *Fiat. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, pridie Idus Julii, anno undecimo.

---

(1) Cosme Gentil de Sulmona, bispo de Bolonha, criado cardeal do título de Santa Cruz de Jerusalém por Bonifácio IX a 18 de Dezembro de 1389 e eleito papa a 17 de Outubro de 1404, tendo morrido em Roma no dia 6 de Novembro de 1406. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 25-26, 41, 141.

(2) No ms. *visi.*

(3) Cf. nota 3 do n.º 955.

(4) No ms. *susestentia*, com sinal de erro.

(5) Cf. nota 1 do n.º 840.

(6) No ms. *duo millia*, com sinal de erro.

1266

1428, Julho 15

Renovação do pedido do mosteiro de Santa Maria de Lorvão da diocese de Coimbra, a favor de Maria da Cunha, a vagar pela resignação da abadessa Mícia, por se ter omitido a circunstância de o mosteiro ser sujeito directamente à Igreja Romana.

Reg. Suppl. 223, fl. 287-287v.

Beatissime Pater, ex inadvertentia in petitione per quam S. V. de persona devote creature vestre Marie de Cunha, monialis monasterii sancte Marie de Lorvano Cisterciensis ordinis Colimbriensis diocesis eidem monasterio per liberam resignationem Micie, illius abbatisse, vacaturo gratiose provideri concessit, quod monasterium ipsum Romane Ecclesie immediate subiectum sit expressum non existit, dignetur igitur S. V. litteras super dicta petitione conficiendas cum expressione quod ipsum monasterium Romane Ecclesie immediate subiectum existat expediri mandare de gratia speciali. Cum omnibus in eadem petitione contentis ac aliis non [fl. 287v] obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, Idus Julii, anno undecimo.

1267

1428, Julho 15

Leonor Afonso, viúva de Vasco Esteves, comendador de Almada da Ordem de S. Tiago da Espada, pede a confirmação do arrendamento que o arcebispo de Lisboa D. João lhe fizera de certa possessão do lugar da Charneca durante vinte anos e que Álvaro Afonso, deão de Coimbra, procurador e administrador do arcebispado, estendera à vida da suplicante, quando o dito arcebispo fora a Roma como embaixador do rei de Portugal.

Reg. Suppl. 227, fl. 261.

Beatissime Pater, S. V. pro parte devote oratricis vestre Leonoris Alfonsi, mulieris relicte quondam Valasci Stephani, commendatoris de Almatana ordinis sancti Jacobi de Spata Ulixboneñ, humiliter exponitur quod, cum olim Johannes, quondam archiepiscopus Ulixbonensis, dum esset archiepiscopus (1), arrendasset dicte Leonori quamdam quintianam seu possessionem sitam in loco de Charneca mense archiepiscopalis ad viginti annos, pro annuo censu centum librarum monete antique vel viginti duplarum moriscas boni auri et iusti ponderis, quod dicta Leonor malet, et quatuor paribus caponum et viginti quatuor ovis, deinde dum dictus archiepiscopus esset Rome missus per regem Portugalie in ambasiatam, Alvarus Alfonsi, decanus Colimbriensis, procurator et administrator dicti archiepiscopi et totius archiepiscopatus, videns meliorationes quas dicta Leonor fecerat in dicta possessione et cotidie faciebat, dictam possessionem sibi arrendavit in vita sua seu quamdiu viveret, supplicat eidem S. V. dicta Leonor que senex et in antiqua etate constituta ac vidua existit et utilis dicte possessioni, quatinus dictam arrendationem, sic ut premittitur per ipsos dominos archiepiscopum et decanum factam ad vitam dicte Leonoris seu quamdiu viveret dumtaxat, ratam et gratam habentes, ipsamque arrendationem et inde secuta confirmare (2) [dignemini] de gratia speciali. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, si in evidentem. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, Idus Julii, anno undecimo.

---

(1) D. João de Azambuja, bispo de Silves em 1389, transferido para a sé do Porto em Fevereiro de 1391 e daqui para Coimbra cerca de 1399 e finalmente para Lisboa em Maio de 1402. Foi criado cardeal do título presbiteral de S. Pedro *ad Vincula* a 6 de Junho de 1411 pelo antipapa João XXIII. Tomou parte no Concílio de Constança. Ausentou-se do Concilio e veio a morrer em Bruges a 23 de Janeiro de 1415. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, pp. 33, 196, 406, 452, 507.

(2) No ms. *confirmari*, com sinal de erro.

1268

1428, Julho 15

Álvaro Vasques de Almada, cavaleiro, capitão do reino de Portugal, que acompanhara o Infante D. Pedro nas suas viagens contra os infiéis, com grandes despesas e perigos, pede dispensa do voto que fizera de visitar o Santo Sepulcro, por estar impedido de o cumprir, entre outras razões, por o seu ofício de capitão do reino de Portugal o não permitir.

Reg. Suppl. 227, fl. 261-261v.

Beatissime Pater. Cum devotus filius S. V. Alvarus Vallasci de Almatana, miles, capitaneus regni Portugalie, qui alias de visitando personaliter Sanctum Sepulchrum votum emisit, negotiis regni predicti si[bi] (1) ratione capitaneatus sui incumbentibus impeditus et etiam ex certis aliis causis votum huiusmodi commode nequeat adimplere, supplicat S. V. idem Alvarus quatinus sibi qui etiam alias devotissimum eiusdem S. filium dominum Petrum infantem Portugalie contra infideles proficiscentem, non sine gravibus periculis, laboribus et expensis concomitatus fuit, specialem [fl. 261v] gratiam facientes, expensas, labores et pericula predicta in partem satisfactionis voti huiusmodi deducentes seu commutantes, ipsum qui etiam partem expensarum quas in itinere dictum Sepulcrum visitando facere dispositus erat, in utilitatem alicuius ecclesie predicti regni convertere paratus existit, a voto predicto absolvere seu illud relaxare necnon eumdem Alvarum adimplendum votum huiusmodi non teneri decernere dignemini, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, Idus Julii, anno undecimo.

(1) No ms. *si*, com sinal de erro.

1269

1428, Julho 17

Rodrigo Anes, monge do mosteiro de Rendufe, pede o priorato de S. Miguel de Sosa da diocese de Coimbra, vacante por morte de Frei Vasco Pereira, religioso da Ordem de S. Francisco.

Suppl. 227, fl. 267v. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV*, Braga 1967, *Documentos*, n.º 82.

Supplicat S. V. devotus orator vester Rodericus Johannis, monachus monasterii sancti Andree de Randufe, ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, quatinus sibi de prioratu sancti Michaelis de Soza ordinis predicti Colimbriensis diocesis, in quo, licet conventualis et electivus sit, nullus tamen ibidem monachus existit, cuiusque fructus, etc., ducentorum florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod quondam Valaschus Perieyra, professor ordinis sancti Francisci, eumdem prioratum, tunc certo modo vacantem, in commendam sibi collatum obtinens, extra Romanam

Curiam diem suum clausit extremum, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si a monasterio alio dependet, ac curatus, devolutus, litigiosus vel reservatus existat, eidem Roderico misericorditer providere dignemini, dispensando cum eodem Roderico ut, non obstante defectu natalium quem patitur de monacho professo monasterii predicti sancti Andree genitus et soluta, dictum prioratum recipere et retinere libere et licite possit et valeat, defectu predicto, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. —*Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, sextodecimo Kalendas Augusti, anno undecimo.

1270

1428, Julho 18

Porque o papa encarregara o arcebispo de Braga de se informar sobre os rendimentos e taxas do mosteiro de Santa Maria de Pombeiro, o bispo de Ceuta, administrador do mesmo, pede que tal assunto seja confiado antes ao bispo do Porto, familiar do papa, ou ao bispo de Viseu, com os mesmos poderes, visto o arcebispo de Braga, o qual frequentemente impunha contribuições, estar interessado no assunto e como tal ser suspeito.

Reg. Suppl. 226, fl. 238v-239.

Beatissime Pater, nuper ad supplicationem devote creature vestre Aymari (1) episcopi Ceptensis (2), super diminutione taxe monasterii sancte Marie de Palumbario Bracharensis diocesis fuit commissio facta archiepiscopo Bracharensi, si constaret de dilapidatione bonorum dicti monasterii, etc., se informaret idem archiepiscopus Bracharensis et de premissis V. S., prout plenius in dicta commissione, vestra beatissima manu signata, continetur (3) et [cum], Pater Beatissime, dictus episcopus habeat suspectum dictum Bracharensem archiepiscopum ex eo quia ipse archiepiscopus decimas, synodos, impositiones dicto monasterio multotiens imponit et per taxam antiquam dicto monasterio oposita (4) dictas decimas, etc., [fl. 239] habere et obtinere vult, ex eo suspectum ipsum habet, dignetur igitur S. [V.] (5) in loco dicti archiepiscopi committere dictum negotium, prout et cum tanta potestate, prout S. V. commisit dicto archiepiscopo, episcopo Portugalensi, familiari V. S., vel episcopo Visensi committere dignemini de gratia speciali, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Commitatur episcopo Portugalensi. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, quintodecimo Kalendas Augusti, anno undecimo.

---

(1) No ms. *Aymeri*, com sinal de erro.

(2) D. Aimaro, franciscano, nomeado bispo de Marrocos por João XXIII a 10 de Maio de 1413, o qual passou a bispo de Ceuta depois que o arcebispo de Braga D. Fernando e o arcebispo de Lisboa D. Diogo transformaram a mesquita de Ceuta em catedral a 6 de Setembro de 1420, em virtude da bula de Martinho V de 4 de Abril de 1417. A transferência data de 5 de Março de 1421. Sucedeu-lhe Frei João da Ordem do Carmo, bispo eleito de Tiberiades, no ano de 1444. Cf. *Monumenta Henricina*, II, Coimbra, 1960, nn. 15, pp. 58-59, n. 192, pp. 383-385; III, Coimbra, 1961, nn. 4-5, pp. 5-10; EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 327, nota 11; II, p. 125.

(3) No ms. sinal de erro.

(4) No ms. sinal de erro.

(5) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão de *V.*

1271

1428, Julho 20

Álvaro Peres de Guar, clérigo de Évora, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a graça de ser promovido a todas as Ordens sacras e de receber quatro benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 228, fl. 43.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus orator vester Alvarus Petri de Guar, clericus Elborensis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante defectu, ad omnes minores ordines et beneficium sine cura obtinere valeret extitit auctoritate ordinaria dispensatum, quatinus secum ut ad omnes sacros ordines promoveri et quatuor beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende vel officia in cathedralibus, metropolitanis vel collegiatis ecclesiis fuerint, si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia, etc., etiam recipere et retinere libere et licite valeat de uberioris dono gratie dispensare dignemini, defectu predicto, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, tertiodecimo Kalendas Augusti, anno undecimo.

1272

1428, Julho 20

João Rodrigues do Casal, já dispensado do impedimento de ilegitimidade e reitor da igreja paroquial de S. Mamede de Évora, em litígio com Álvaro Ferreira sobre o canonicato e prebenda de Évora, aos quais se dizia nenhum deles ter direito, tanto mais que ao tempo das letras apostólicas, a favor do suplicante, Álvaro Ferreira ainda não tinha contraído matrimónio, mas só cerca de dois meses depois, pelo que o canonicato e prebenda ainda não eram vacantes, renova o pedido sobre a concessão e declaração da validade das ditas letras, como se nelas não fosse expresso que o canonicato e prebenda eram vacantes, em virtude do matrimónio contraído por Álvaro Ferreira.

Reg. Suppl. 231, fl. 193v-194.

Beatissime Pater. Dudum canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis ex eo quod Alvarus Ferreira, dictos canonicatum et prebendam obtinens, ad laicalia vota aspirans, matrimonium cum quadam muliere per verba legitime de presenti contraxit, vacantibus, S. V. devoto oratori vestro Johanni Roderici de Casal, rectori parrochialis ecclesie sancti Mametis (1) Elborensis de dictis canonicatu et prebenda provideri mandavit, ut in litteris

desuper confectis plenius continetur, et deinde lite in Romana Curia coram devoto oratore vestro Bartholomeo Guichardi, causarum palatii apostolici auditore, inter Johannem et Alvarum predictos mota, idem auditor in causa huiusmodi citationem ad partes decrevit, virtute cuius, in eisdem partibus ad aliquos actus processum extitit. Cum autem, Pater Sancte, ab aliquibus asseratur neutri dictorum litigantium ius in dictis canonicatu et prebenda competere necnon litteras prefatas ex eo potissime quod in illis expressum fuit quod dicti canonicatus et prebenda vacaverant et vacabant, licet non, cum revera tempore dictarum litterarum huiusmodi matrimonium contractum non foret, sed postea per duos menses vel circa fuit, supplicatur S. V. pro parte dicti Johannis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero professo ordinis sancti Augustini genitus et soluta, ut ad omnes ordines et beneficia obtinenda diversimode et sufficienter dispensatum est, quatinus, si per eventum litis [fl. 194] huiusmodi, cuius statum et dispensationis tenores hic pro expressis habentes, constiterit neutri eorumdem litigantium ius competere, de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, per huiusmodi matrimonium contractum vacantibus, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si devoluti vel alias litigiosi aut reservati existant, eidem Johanni misericorditer providere necnon litteras predictas cum omnibus inde secutis, in quibus expressum fuit quod dicti canonicatus et prebenda per contractum matrimonii huiusmodi vacabant, licet revera non, sed expost perinde in omnibus et per omnia valuisse et valere ac si tempore date earumdem dictum matrimonium contractum fuisset decernere et declarare dignemini. Non obstañ parrochiali ecclesia sancti Mammetis et quadam perpetua portione in ecclesia sancti Petri de Ferreyra Portugalensis diocesis, quorum fructus, etc., centum viginti librarum similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, gratiis expectativis, dispensatione super defectu natalium predicto et ad incompatibilia in cancellaria exprimendis, necnon omnibus illis que in dictis litteris non obstare voluimus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, tertiodecimo Kalendas Augusti, anno undecimo.

---

(1) No ms. *Manimetis.*

1273

1428, Julho 22

Súplica de Gonçalo Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, sobre a igreja paroquial de Santa Maria de Rosem da diocese do Porto que passara para Martinho Gonçalves de Alcoforado, quando Álvaro Vasques, seu reitor, conseguiu a igreja paroquial de Santa Marinha do Zézere, e a seguir, pelo facto de o dito Martinho Gonçalves de Alcoforado não ter recebido as Ordens sacras dentro do tempo requerido, para outro Martinho Gonçalves, o qual aliás a ocupara até à morte, sem se ordenar de sacerdote dentro do tempo requerido dum ano.

Reg. Suppl. 227, fl. 242v-243.

Beatissime Pater, olim vacante parrochiali ecclesia beate Marie de Roosen Portugalensis diocesis, que de iure patronatus laicorum et ecclesiasticorum existit, ex eo quod quidam Alvarus Valasci, tunc ipsius ecclesie rector, parrochialem ecclesiam beate Marinhe (1) de Ozezer dicte diocesis extitit assecutus, quidam Martinus Gundissalvi Alcoforado, pro clerico dicte diocesis se gerens, illam fuit ut dicitur canonice assecutus, qui postquam eamdem ecclesiam per aliquot annos tenuit sine dispensatione apostolica, absque hoc quod se faceret saltem infra tempus debitum ad sacros ordines promoveri, dimisit ipsam et fuit quidam alius Martinus Gundissalvi, etiam pro clerico dicte diocesis se gerens, ut etiam dicitur, auctoritate ordinaria assecutus, qui etiam illam tenuit per aliquot annos usque ad eius obitum sine dispensatione apostolica absque hoc quod se faceret infra annum ad sacerdotium promoveri, supplicat igitur S. V. devotus vester Gundissalvus Gundissalvi (2), clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicta parrochiali ecclesia beate Marie de Roosen, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, [fl. 243] per obitum prefatorum Alvari Valasci, Martini Gundissalvi Alcoforado aut alterius Martini Gundissalvi aut alterius cuiuscumque aut per contractum matrimonii ipsius Martini Gundissalvi Alcoforado aut per non promotionem alicuius eorum ut prefertur aut ingressum religionis aut alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* et *Ad regimen* vel per liberam resignationem alicuius de illa extra vel intra dictam Curiam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacet, et alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta et affecta aut litigiosa existat, cuius litis statum, litigantium nomina et iudicum hic habere dignemini pro expressis, eidem providere, etiam per modum si neutri dignemini, gratia expectativa et eius extensione (3) aut as[s]ecutione (4), si quas habet, aut facta sit, in cancellaria declarandis, aliisque in contrarium facientibus ac quod de iure patronatus sit, ut prefertur, non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Genezani Penestrine diocesis, undecimo Kalendas Augusti, anno undecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. *stensio*, com sinal de erro.
(4) No ms. *asecutio*.

1274

1428, Julho 25

Gonçalo de Cidade Rodrigo, à frente do mosteiro de Santa Maria da Caridade dos Premonstratenses da diocese de Cidade Rodrigo, em litígio com o bispo de Mégara D. André Dias, a quem o papa concedera o mosteiro em comenda, pede ao papa revogue a comenda e o nomeie a ele abade do mosteiro.

Reg. Suppl. 228, fl. 6v. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n. 84.

Beatissime Pater, dudum S. V. Andree, ordinem sancti Benedicti professo, nunc episcopo Maiorensi (1), monasterium sancte Marie de Caritate Premonstratensis ordinis Civitatensis diocesis, cui tunc devotus orator vester Gundissalvus de Civitate Roderici ordinaria extitit auctoritate prefectus, usque ad beneplacium eiusdem S. duxit commendandum sive mandavit commendari et deinde, pendente lite et causa in Romana Curia inter Gundissalvum ac episcopum predictos super regimine et administratione dicti monasterii, eadem S. monasterium sancti Johannis de Pendurato dicti ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, tunc certo modo vacans, eidem episcopo motu proprio commendavit sibique etiam ut alia beneficia ecclesiastica, commendas, pensiones et gratias expectativas cum dicto monasterio sancti Johannis retinere posset gratiose concessit, prout in litteris desuper confectis sive concessionibus gratiarum huiusmodi, quarum tenores necnon statum litis et cause huiusmodi habentes presentibus pro expressis, plenius continetur. Verum, Pater Sancte, nisi ipsi monasterio beate Marie de persona ipsius Gundissalvi vel alterius ydonei religiosi, qui illic resideat, provideatur, de ipsius destitutione in divino cultu et desolatione temporalium verisimiliter formidatur. Supplicat igitur S. V. humiliter prefatus Gundissalvus qui ipsum ordinem Premonstratensem expresse professus extitit, quatinus commendam de monasterio beate Marie huiusmodi et illius beneplacitum ex nunc revocare et annullare dictumque monasterium beate Marie vacare decernere litemque et causam huiusmodi penitus extinguere necnon de persona ipsius Gundissalvi eidem monasterio beate Marie, cuius, deductis oneribus consuetis, fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive adhuc eo modo quo ipsi episcopo commendatum extitit, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si affectum, devolutum et ex quacumque causa dispositioni apostolice generaliter vel specialiter reservatum existat, auctoritate apostolica provideri ipsumque illi preficere in abbatem, curam, regimen et administrationem illius in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, cum surrogatione et abilitatione, quatinus indigeat, dignemini, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, octavo Kalendas Augusti, anno undecimo.

(1) Cf. nota 2 do n.º 851 e nota 1 do n.º 717.

1275

1428, Julho 26

Rodrigo Anes, monge do mosteiro de Santo André de Rendufe da diocese de Braga, renova súplica sobre o priorato de S. Miguel de Sosa da diocese de Coimbra.

Reg. Suppl. 227, fl. 251v. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n.º 85.

Reformatio Roderici Johannis, monachi monasterii sancti Andree ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, super prioratu sancti Michaelis de Soza Colimbriensis diocesis (1).

Beatissime Pater, quia prioratus in petitione (2), cuius copia premittitur, expressus,

ecclesia parrochialis ordinis sancti Benedicti regi consueta (3), dignetur S. V. litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas expediri mandare, cum expressione quod devoto vestro Roderico suprascripto de dicta parrochiali ecclesia, prioratu nuncupata, provideatur, cum aliis non obstañ et clausulis in dicta petitione contentis. — *Fiat. O. Fiat.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, septimo Kalendas Augusti, anno undecimo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.
(2) No ms. *petitionem*, com sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro.

1276

1428, Agosto 7

Súplica do Infante D. Pedro, a favor do nobre Fernando Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Abragão da diocese do Porto, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, sobre outra igreja paroquial.

Reg. Suppl. 228, fl. 95v.

Supplicat S. V. devotissimus eiusdem S. filius Petrus, dux Colimbriensis, serenissimi principis domini Johannis, Portugalie et Algarbii regis, secundogenitus, quatinus cum Fernando Alfonsi, rectore parrochialis ecclesie sancti Petri de Abregon Portugalensis diocesis, de nobili genere procreato, cum quo alias super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante defectu, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam curatum, recipere et retinere valeret extitit apostolica auctoritate dispensatum, ut una cum dicta ecclesia parrochiali unam aliam parrochialem ecclesiam, si sibi alias canonice conferatur, recipere et quoad vixerit retinere illasque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere, quotiens voluerit, et permutare, etc., libere et licite possit misericorditer et de speciali gratia dispensare dignemini, non obstañ predicta parrochiali ecclesia sancti Petri ac perpetua portione in ecclesia sancti Cristofori Colimbrieñ, quarum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, defectu predicto, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur ad sex menses. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, septimo Idus Augusti, anno undecimo.

1277

1428, Agosto 7

João de Pinhel, clérigo da diocese de Viseu, com a igreja paroquial de S. Lourenço de Pena, à qual estava anexa a de Santa Marinha, da diocese de Orense, vacante por morte de Domingos Anes, pede nova provisão sobre essa igreja e anexos.

Reg. Suppl. 228, fl. 97-97v.

Beatissime Pater, alias parrochiali ecclesia sancti Laurentii de Pena et sancte Marine, eidem annexa, Auriensis diocesis, per obitum quondam Dominici Johannis, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, devotus vester Johannes de Pynel, clericus Visensis diocesis, eamdem parrochialem ecclesiam [fl. 97v] cum eius annexis, ordinaria auctoritate sibi collatam, extitit (1) assecutus, dubitat tamen idem Johannes collationem et assecutionem huiusmodi cum inde secutis certis ex causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. prefatus Johannes quatinus collationem et assecutionem huiusmodi ratas habentes et gratas necnon eamdem parrochialem ecclesiam sancti Laurentii cum eius annexis, cuius fructus, etc., ducentarum sexaginta florenorum auri de Arragonia secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur per obitum dicti quondam Dominici Johannis, sive alio quovis modo et per quamcumque aliam personam vel constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias dispositioni sedis predicte generaliter vel specialiter reservata, affecta vel litigiosa existat et super ea in Curia vel extra, lis cuius statum placeat habere pro expresso, pendeat seu remanserit indecisa, eidem Johanni de novo providere ac per modum gratie si neutri cum in partibus coram certo subexecutore pretense gratie expectative cuiusdam Alvari de Muero, asserti clerici dicte [diocesis] (2) Auriensis, inter ipsum Johannem et prefatum Alvarum de et super dicta parrochiali ecclesia et illius occasione materia questionis orta et ad nonnullos actus processum fuerit, cuius litis ac cause statum, etiam si sententia aliqua lata et ab eadem appellatum existat, S. V. hic habere dignetur pro sufficienter expressis ac neutrum Johannis et Alvari predictorum in dicta ecclesia seu etiam ad illam ius habere provideri mandare dignemini misericorditer de gratia speciali. Non obstante gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria S. V. exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, septimo Idus Augusti, anno undecimo.

---

(1) No ms. *extit*, com sinal de erro.

(2) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *diocesis*.

1278

1428, Agosto 12

João de Pinhel, clérigo da diocese de Viseu, pede a confirmação da igreja de S. Lourenço de Pena, com a igreja anexa de Santa Marinha da diocese de Orense, vacante por morte de Domingos Anes.

Reg. Suppl. 228, fl. 186-186v.

Beatissime Pater, alias parrochiali ecclesia sancti Laurentii de Pena et sancte Marine, eidem annexa, Auriensis diocesis, per obitum quondam Dominici Johannis, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, devotus vester Johannes de Piinel, clericus Visensis diocesis, eamdem parrochialem cum eius annexis auctoritate

ordinaria sibi collatam extitit assecutus, dubitat tamen idem Johannes collationem et assecutionem huiusmodi cum inde secutis certis ex causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. prefatus Johannes quatinus collationem et assecutionem huiusmodi ratas habentes et gratas sibique de parrochiali ecclesia eiusque annexis huiusmodi, cuius fructus, etc., ducentarum quinquaginta florenorum auri de Arragonia secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, [fl. 186v] sive ut premittitur, per obitum dicti quondam Dominici, sive alio quovis modo et per quamcumque aliam personam vel constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias dispositioni sedis predicte generaliter vel specialiter reservata, affecta vel etiam litigiosa existat et super ea in Curia vel extra, inter aliquos lis, cuius statum presentibus habere dignemini pro expresso, pendeat seu remanserit indecisa, eidem Johanni de novo providere ac per modum gratie si neutri, cum in partibus coram certo subexecutore pretense gratie expectative cuiusdam Alvari de Muero, asserti clerici [dicte diocesis Auriensis] inter ipsum Johannem et dictum Alvarum de et super dicta ecclesia et eius occasione, materia questionis orta et in ea ad nonnullos actus processum fuerit, litis et cause statum, etiam si sententia aliqua lata et ab eadem appellatum causaque devoluta ad Curiam predictam existat, S. V. hic similiter habentes pro sufficienter expressis ac neutrum Johannis et Alvari predictorum in dicta ecclesia seu etiam ad illam ius habere, provideri mandare dignemini misericorditer de gratia speciali. Non obstante gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria S. V. exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, pridie Idus Augusti, anno undecimo.

1279

1428, Agosto 16

Frei João Vasques Peixoto, freire da Ordem do Hospital, filho de Vasco Peixoto e de Aldôncia Garcia, com a qual este casara na idade de quatorze anos per verba de presenti, *negando depois tal matrimónio para se casar com a concubina do bispo do Porto Maria Arias, conforme ele próprio confessara em perigo de morte e declarara pùblicamente perante um notário, pede ao papa providências sobre o assunto, porque alguns, desconhecendo tais factos, diziam que o suplicante era ilegítimo, quando era filho de legítimo matrimónio.*

Reg. Suppl. 228, fl. 137v-138.

Exponit S. V. devotus vester frater Johannes Velasci Peixoto, miles professus ordinis fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani Portuensis, quod cum olim Velascus Peixoto, eius genitor, in etate decem et octo annorum vel quasi constitutus existeret, quamdam Aldonciam Garcie, puellam etatis quatuordecim annorum vel quasi adamavit et illius amoris occasione eam in uxorem propriam per verba de presenti in presentia trium personarum recepit et habuit et expost ipsi Velascus et Aldoncia [fl. 138] dictum matrimonium carnali copula consummarunt et dictum exponentem genuerunt et procrearunt. Tandem diu postquam dicta Aldoncia peperit, dictus Velascus Peixoto eamdem Aldon-

ciam suam esse uxorem denegavit et cum quadam Maria Arie, concubina episcopi Portuensis, propter divitias acquirendas matrimonium per verba de presenti, licet de facto, contraxit et ex ea prolem procreavit. Postmodum vero dictus Velascus Peixoto ad articulum mortis deveniens, sacerdoti suum reatum confessus fuit, declarando et confitendo predictam Aldonciam matrem predicti exponentis suam fuisse veram et legitimam uxorem. Demum etiam dictus Velascus pater exponentis, a dicto articulo mortis superveniens, iterum coram notario publico et testibus publice confessus fuit dictam Aldonciam matrem dicti exponentis suam fuisse uxorem legitimam. Deinde post plures annos dictus Velascus fuit vita functus. Verum, Beatissime Pater, a multis nescientibus dictum matrimonium inter dictos Velascum et Aldonciam fuisse contractum, dicitur quod dictus exponens sit de soluto genitus et soluta, cum revera sit de legitimo matrimonio procreatus, idcirco supplicat S. V. dictus exponens quatinus si constiterit per publica instrumenta per notarium fidelem ac coram fidedignis testibus confecta et facta vel per depositiones fidedignorum testium de confessionibus predictis per dictum Velascum Peixoto super dicto matrimonio factis et habitis, ipsum exponentem legitimum ac de legitimo matrimonio procreatum fuisse et esse declarari dignemini mandare. Cum clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, decimo septimo Kalendas Septembris, anno undecimo.

1280

1428, Agosto 16

Beatriz de Meneses, da diocese de Coimbra, descendente das casas reais de Portugal e de Castela, pede dispensa do impedimento de consanguinidade e afinidade para casar com qualquer varão consanguíneo ou afim no terceiro ou quarto grau.

Reg. Suppl. 228, fl. 208v.

Beatissime Pater. Cum devota vestra Beatrix de Meneses Colimbriensis diocesis, de regali videlicet Portugalie et Algarbii ac Castelle domorum regum prosapia procreata, desideret matrimonium cum aliquo viro contrahere et non reperiat sibi similem neque parem in conditione et exordio nativitatis, nisi ei consanguinitate aut affinitate coniunctos, igitur ut desiderium suum in hac parte que mater filiorum cupit effici, queat adimplere et ne cogatur nativitatis sue exordio degeneologia (1) derogare, in (2) matrimonio contrahendo, supplicat S. V. ut cum quocumque maluerit viro, ei in tertio vel quarto consanguinitatis gradu seu affinitatis coniuncto, matrimonium libere contrahere et in eo postquam contractum fuerit licite remanere possit, licentiam dignemini concedere de gratia speciali, prolem suscipiendam exinde legittimam decernentes, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur infra annum. O.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, decimo septimo Kalendas Septembris, anno undecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro.

(2) No ms. *ut*, com sinal de erro.

1281

1428, Setembro 2

João Fernandes, clérigo da diocese de Braga, pede a absolvição de infâmia e inabilidade por ter possuído durante cinco anos a igreja paroquial de Santa Maria de Vila Fria sem dispensa apostólica para não ser obrigado a ordenar-se de sacerdote.

Reg. Suppl. 228, fl. 212.

Supplicat S. V. humilis et devotus orator vester Johannes Fernandi, clericus Bracharensis diocesis, quod ipse olim parrochialem ecclesiam sancte Marie de Villa Fria dicte diocesis auctoritate ordinaria assecutus extitit illamque per quinquennium absque dispensatione apostolica tenuit et pos[s]edit (1) et se non fecit impedimento cessante legitimo et nulla super hoc canonica dispensatione obtenta ad sacerdotium promoveri ipsamque ecclesiam ex tunc (2) detinuit, prout detinet indebite occupatam, fructus percipiendo ex eadem, licet de facto. Quare supplicat eidem S. V. quatinus omnem infamie et inhabilitatis maculam, per eum occasione premissorum contractam, auctoritate apostolica abolere ipsamque ecclesiam realiter et cum effectu in manibus S. V. dimittit, de gratia speciali. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, quarto Nonas Septembris, anno undecimo.

---

(1) No ms. *posedit*, com sinal de erro.
(2) No ms. *ex nuc*, com sinal de erro.

1282

1428, Setembro 3

Gonçalo Anes, clérigo da diocese de Braga, pede a igreja paroquial de S. Tiago de Mouquim da diocese bracarense, vacante pelo ingresso em religião de Vicente Martins.

Reg. Suppl. 223, fl. 218v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Gundissalvus Johannis, clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Mouquin Bracharensis diocesis, cuius triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum fructus, [etc.], non excedunt, per ingressum religionis Vincentii Martini, ultimi rectoris eiusdem, extra Romanam Curiam vacante, que de iure patronatus laicorum dicitur esse et tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii vel alias ad sedem apostolicam devoluta aut alias gene-

raliter vel specialiter reservata sit, sive ut premittitur, sive per dimissionem vel resignationem dicti Vincentii vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* et c. *De multa* vacet, et super ea inter aliquos lis in prefata Curia vel extra eam, cuius statum habentes pro expresso, pendeat indecisa et cum modis et clausulis in talibus apponi consuetis, eidem G[undissalvo] dignemini misericorditer providere. Non obstantibus gratiis expectativis cum dispensatione ad duo incompatibilia, si quas habet, in cancellaria S. V. exprimendis, [cum] ceteris (1) non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, tertio Nonas Septembris, anno undecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *cum*.

1283-1284

1428, Setembro 19

Luís, deão de Lamego, pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre o deado, vacante por resignação de Diogo Peres. Este, a quem fora concedido o deado, vacante por morte de Lopo Gonçalves, mas não tinham sido expedidas as respectivas letras apostólicas por falta de dinheiro, estando ele ausente e longe da sua pátria, pede a prorrogação do tempo, para a apresentação das mesmas aos executores.

Reg. Suppl. 229, fl. 52-52v.

Beatissime Pater, dudum S. V. devoto oratori vestro Lodovico, clerico Lamacensis diocesis, de decanatu ecclesie Lamacensis, per liberam resignationem de eo per devotum oratorem vestrum Didacum Petri, ipsius possessione non habita, in vestris manibus factam, vacante provideri [fl. 52v] concessit, prout in supplicatione desuper confecta plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, tempus de expediendis litteris iuxta constitutionem S. eiusdem super dicta gratia conficiendis de proximo instet ipseque Lodovicus easdem litteras expedire non possit, supplicatur S. V. pro parte dicti Ludovici quatinus terminum de huiusmodi litteris expediendis usque ad duos menses prorogare dignemini. Constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

1284. Beatissime Pater, dudum S. V. devoto oratori vestro Didaco Petri, clerico Lamacensis diocesis, de decanatu ecclesie Lamecencis, tunc per obitum quondam Luppi Gundissalvi, ipsius ecclesie decani, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, provideri mandavit, prout in litteris desuper confectis plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, littere predicte que in camera apostolica existunt, non sint propter defectum pecuniarum expedite et presentate executoribus cumque tempus de presentando in brevi labi dubitetur, supplicatur S. V. pro parte dicti Didaci qui propter distantiam (1) patrie et regni sui Portugalie non potuit pecunias pro solutione (2) curare recuperare et dictas lit-

teras ex eadem camera extrahere, quatinus sibi ut terminum de presentando dictas litteras executoribus suis usque ad duos menses prorogare dignemini, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Fiat pro utroque. O.

Datum Genezani Penestrine diocesis, tertiodecimo Kalendas Octobris, anno undecimo.

---

(1) No ms. *distantionem*, com sinal de erro.
(2) No ms. *prosolut.* com sinal de erro.

1285

1428, Setembro 20

Vasco Rodrigues, doutor em ambos os direitos e clérigo de Lisboa, ao qual fora concedida a provisão de certos canonicato e prebenda e arcediagado do Porto, pede o canonicato e prebenda da igreja colegiada de Santo Emetério e S. Celedónio de Santander, vacantes por morte de João de Scalanter.

Reg. Suppl. 223, fl. 262v. Referenciada por EDUARDO NUNES, *Parecer do Doutor «Velasco di Portogallo» sobre o beneplácito régio (Florença, 1454)*, p. 101, nota 21.

Dignetur S. V. acceptationem et provisionem per devotum vestrum Valascum Roderici, utriusque iuris doctorem, clericum Ulixbonensem, de canonicatu et prebenda secularis et collegiate ecclesie sanctorum Emeterii et Celidoni de Sancto Anderio dicte diocesis, per obitum quondam Johannis de Scalantẽ, ultimi possessoris eorumdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacantibus, litterarum apostolicarum vigore, factas et quecumque ex ipsis secuta rata habere et grata necnon de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu [per] renuntiationem de ipsis coram notario publico et testibus factam, vacent, etiam si specialiter vel generaliter reservati et devoluti existant, super eis quoque lis, cuius statum, etc., in dicta Curia vel extra ipsam pendeat indecisa, eidem Valasco dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Velascus in certis canonicatu et prebenda ac archidiaconatu in ecclesia Portugalensi curato et electivo, quorum fructus, etc., ducentarum quinquaginta librarum similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, de quibus sibi per S. V. concessum fuit provideri, se asserit ius habere, ac gratia expectativa, in cancellaria declaranda. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus dicte ecclesie aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Genezani Penestrine diocesis, duodecimo Kalendas Octobris, anno undecimo.

1286

1428, Setembro 26

As clarissas do mosteiro de Santa Clara de Estremôz, fundado, havia seis anos quase, por Frei Afonso do Paraíso, franciscano da província de Portugal, com licença do ministro provincial, duvidando terem incorrido em alguma pena pelo facto de não terem pedido licença à sé apostólica, pedem a absolvição de qualquer pena ou irregularidade, para si e para Frei Afonso, bem como a confirmação da fundação.

Reg. Suppl. 229, fl. 44.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte humilium et devotarum vestrarum abbatisse et conventus monialium monasterii sancte Clare de Stremos ordinis eiusdem sancte Elborensis diocesis, quod olim, sunt fere sex anni, Alfonsus de Paradiso, ordinis fratrum Minorum professor, provincie Portugalie, ad instantiam nonnullarum devotarum mulierum in ordine sancte Clare Deo servire cupientium, de Ordinarii loci et ministri provincialis licentia, dictum monasterium fundavit et erexit cum ecclesia, cimiterio, campanili et campana et aliis oficinis ibique fere usque ad numerum xxv mulierum successive ad ordinem de novo recepit et admisit, que tractu temporis suam debitam fecerunt professionem et inibi ad presens vivunt secundum morem dicti ordinis, ut minus male possunt, in observantia regulari dictumque monasterium taliter dotatum habent quod per Dei gratiam de fructibus hereditatum suarum una cum elemosinis christifidelium commode sustentari possunt. Cum autem, Pater Sancte, dicta abbatissa et moniales dubitant, ex eo quod in premissis auctoritas sedis apostolice non intervenit, ipsas et dictum Alfonsum aliquam excommunicationis sententiam incurrisse ac ipsum monasterium debite fundatum non existere ipsasque etiam propter diuturnam moram irregularitatis maculam contraxisse, supplicatur eidem S. V. pro ipsarum parte humiliter quatinus ipsas et dictum Alfonsum ab huiusmodi excommunicationis sententia absolventes, cum eis super irregularitate predicta dispensantes eamque circa eas penitus abolentes, fundationem et erectionem huiusmodi monasterii cum ecclesia, campana et campanili, dotatione ac oficinis receptionemque monialium predictarum et omnia ex eis secuta rata habentes et grata, illa ex vestri certa scientia approbare et confirmare misericorditer dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Octobris, anno undecimo.

1287-1290

1428, Setembro 30

Várias súplicas do Infante D. Duarte a favor do mosteiro de Santa Maria das Virtudes, construído para os franciscanos dentro dos limites da igreja paroquial de Aveiras da diocese de Lis-

boa, outrora pertencente ao mosteiro de Santos da Ordem de S. Tiago da Espada, pedindo a confirmação da fundação e várias graças para os mesmos e para os visitantes da igreja do convento e albergaria aí fundada.

Reg. Suppl. 229, fl. 61-62.

Beatissime Pater. Dudum pro parte devoti et humilis servitoris vestri nobilis viri Eduardi, illustris principis Johannis, Portugalie et Algarbii regis illustris, primogeniti, S. V. exposito quod ipse de terrenis eternos cupiens amplecti thesauros heremitorium sancte Marie de Virtutibus Ulixbonensis diocesis infra limites consistens parrochie parrochialis ecclesie de Aaveyras dicte diocesis, ad monasterium de Sanctis militie sancti Jacobi de Spata eiusdem diocesis pleno iure pertinens, pro aliquorum fratrum ordinum (*sic*) Minorum de Observantia nuncupatorum habitatione et usu deputari et applicari dictisque monasterio et ecclesie, quibus oblationes singule in eodem heremitorio per christifideles erogari solite cedere consueverint, hucusque pro ipsis de possessionibus aliisque bonis suis recompensationem congruam facere desiderabat, si sibi super hiis apostolice sedis favor et auctoritas impenderetur, eadem S. cantori ecclesie Colimbriensis per suas litteras dedit in mandatis ut postquam ipse Eduardus recompensationem fecisset eamdem, heremitorium ipsum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis fratribus predictis pro huiusmodi usu et habitatione perpetuo deputare et applicare necnon conferre et assignare procuraret ipsaque S. fratribus ipsis, si deputationem, etc., huiusmodi fieri contingeret, heremitorium predictum recipiendi et retinendi ac apud illud ecclesiam, etc., construendi facultatem quodque privilegiis aliorum dicti ordinis domorum concessis gaudere valerent concessit, prout in dictis litteris plenius continetur. Verum, Pater Sancte, dictus Eduardus, postquam prefate littere ad eius notitiam pervenerunt, credens id sibi licere, heremitorium predictum, antequam ad litterarum earumdem, que etiam ex eo quod heremitorium predictum non pleno iure, sed dumtaxat quoad eius presentationem vacationis tempore ad prefatum monasterium pertinet, surreptitie censebantur, per dicti cantoris (1) debitam fuerat executionem processum ipseque Eduardus recompensam faceret antedictam, in domum fratrum predictorum erexit nonnullique ex fratribus ipsis de ordinatione dicti Eduardi ex tunc heremitorium huiusmodi pro suis usu et habitatione receperunt et apud illud ecclesiam cum campana, campanili, ortis, ortalitiis [fi. 61v] et aliis necessariis officinis ipsius Eduardi ope construxerunt (2) et construi fecerunt, in quibus hactenus etiam divina officia laudabiliter celebrarunt. Et licet prior parrochialis ecclesie predicte, quem postmodum dictus Eduardus per certarum assignationem terrarum, ex quibus duodecim modia tritici percipit annuatim, pro recompensa predicta, reddidit contentum, premissis non contradixerit, sed ad ea potius suum consensum prestiterit, quia tamen Eduardus et fratres prefati super hoc a cantore predicto in vim litterarum earumdem nulla fuerant suffulti licentia aliasque earum forma non servata, Eduardus et fratres predicti premissa viribus non subsistere ipsique fratres propterea excommunicationis sententiam incurrisse et irregularitatis maculam dubitant contraxisse. Cum autem, Beatissime Pater, dictus Eduardus ut premissa que in non modicum divini cultus augmentum cedere noscuntur, firma permaneant, affectibus sumnis exoptet ac priori predicto ut pro recompensa huiusmodi certior reddatur magisque se reddat contentum, nonnullas decimas ex certis terris ab ipso heremitorio per quinque leucas distantibus, quas quidem terras a memoria hominum penitus steriles et inutiles idem Eduardus novissime ad culturam reduxit, deputare et assignare

cupiat, si super hoc dicte sedis favor et licentia sibi suffragentur, supplicat S. V. dictus Eduardus quatinus erectionem, receptionem, constructionem et alia premissa rata habentes et grata, ea cum quorumcumque defectuum suppletione dictorumque fratrum, si qua opus sit, a sententiis quibusvis absolutione et super irregularitate dispensatione confirmare ipsisque fratribus ut in domo prefata remanere ipsamque pro suis usu et habitatione retinere ac necessaria officina huiusmodi construere et construi facere ut prefertur necnon ut privilegiis, etc., dicto ordini et aliis illius domibus concessis iuxta formam litterarum predictarum gaudere valeant indulgere ipsique Eduardo decimas predictas, ita quod de illis terris primo dictis ex tunc liberis ut prius remanentibus priori prefato huiusmodi duodecim modia tritici annuatim persolvere et si ad hoc non sufficerent de propriis bonis adiungere, si vero aliqua ex eis restabunt, ad alios usus pro suo libito committere possit et teneatur concedere atque donare dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus [fl. 62] apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis.

1288. Item, Beatissime Pater, cum prefatus Eduardus zelo devotionis accensus, quoddam prope heremitorium seu domum huiusmodi pro pauperum infirmorum et miserabilium personarum receptione et consolatione hospitale fundaverit seu fundari fecerit, quod a parrochiali ecclesia per tria miliaria vel circa distat, ad quam pro sacramentis ecclesiasticis suscipiendis grave nimis redditur necessitatis tempore habere recursum, supplicat S. V. dictus Eduardus quatinus fratribus in dicta domo pro tempore degentibus ut personarum in eodem hospitali pro tempore degentium et ad illud confluentium confessiones, quotiens opus fuerit, audire eisque pro commissis debitam absolutionem impendere et Eucaristie et alia sacramenta, sepulturam quoque ecclesiastica[m] (3) in eodem hospitali et apud illud ministrare libere et licite valeant de gratia speciali. Cum non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque et committatur.* O.

1289. Item, Beatissime Pater, ut fratres dicti ordinis ad habitandum in domo prefata que in loco humido et paludoso sita est, ferventius animentur, dignetur S. V. omnibus et singulis fratribus aliisque personis in domo et hospitali prefatis pro tempore degentibus *provenit in mortis articulo* concedere ut in forma. — *Fiat pro presentibus in forma.* O.

1290. Item, Beatissime Pater, ut christifideles ad visitandum et conservandum domum et hospitale predicta eo reddantur ferventius quo exinde maius se speraverint animarum commodum adipisci, dignetur S. V. omnibus christifidelibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam domus (4) seu hospitalis predictorum in festis, per cancellariam dari consuetis, devote visitaverint annuatim et ad eius conservationem pro pauperum quoque et miserabilium personarum sustentatione manus porrexerint adiutrices, septem annos et totidem quadragenas de vera indulgentia perpetuo duratura concedere de benignitatis vestre gratia speciali, cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Octobris, anno undecimo.

---

(1) No ms. *dictum cantorem*, com sinal de erro.
(2) No ms. *construerunt*, com sinal de erro.
(3) No ms. *ecclesiastica*, com sinal de erro.
(4) No ms. um *et* antes de *seu*.

1291

1428, Outubro

Diogo Gonçalves de Arcos, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a expedição das letras apostólicas, a confeccionar com a extensão a canonicatos e prebendas em catedrais e colegiadas.

Reg. Suppl. 229, fl. 117-117v.

Beatissime Pater, S. V. cum devoto vestro Didaco Gundissalvi de Arcos super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad duo alia beneficia, etc., gratiose dispensavit, prout in petitione desuper confecta plenius continetur. Ut igitur, Pater Sancte, gratia huiusmodi fructuosior eidem Didaco reddatur, supplicat S. V. idem Didacus quatinus litteras super dicta petitione conficiendas ad canonicatus et prebendas ac dignitates curatas et electivas in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis, prout petitum fuit, expediri mandare de gratia speciali. Cum omnibus [fl. 117v] in eadem petitione expressis ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat et sub prima data. O.*

1292

1428, Outubro 4

Pedro de Góis, freire professo da Ordem do Hospital, pede declare válidas a provisão e letras apostólicas sobre as preceptorias de Santa Cruz e de Moura da diocese de Évora e de S. Brás de Lisboa, que o papa lhe concedera, apesar de as não ter podido apresentar aos executores dentro do tempo estabelecido.

Reg. Suppl. 229, fl. 92v.

Beatissime Pater, dudum videlicet de mense Septembris anni pontificatus vestri decimi S. V. ad supplicationem serenissimi principis Eduardi Portugalie et Algarbii infantis primogeniti de preceptoriis sancte Crucis ac opidi de Moura Elborensis diocesis necnon sancti Blasii Ulixboneñ ordinis sancti Johannis Jherosolimitani devoto vestro Petro de Goyos, militi expresse professo ordinis predicti, de novo mandavit provideri, prout in litteris apostolicis super hoc confectis et in plumbo eiusdem S. existentibus, quarum tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expresso, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, prefatus Petrus litteras apostolicas predictas executoribus super eisdem deputatis infra tempus per eamdem S. de presentandis litteris apostolicis suis executoribus statutum presentare minime potuit sive potest et propterea dubitat dictas provisionem et litteras inutiles sibi existere, nisi per eamdem S. pie sibi succurratur, supplicat igitur S. V. infans predictus quatinus sibi in personam prefati Petri gratiam facientes specialem et in

premissis pie consulentes, provisionem et litteras apostolicas huiusmodi et processus earum vigore habendos in omnibus et per omnia valere et suum debere sortiri effectum perinde ac si tempore debito executores earumdem presentate forent et intimate decernere et mandare dignemini. Constitutionibus de presentandis litteris predictis et aliis apostolicis in contrarium editis necnon omnibus in dictis litteris apostolicis contentis et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat de prorogatione ad tres menses. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Octobris, anno undecimo.

1293

1428, Outubro 5

O bispo de Viseu D. Garcia renova a súplica de dispensa da visita ad sacra limina, *mesmo por meio de outrem.*

Reg. Suppl. 229, fl. 112.

Beatissime Pater, licet alias devota creatura vestra Garsias, episcopus [Visensis] (1), ex certis causis S. V. supplicaverit ut eadem S. sibi quod apostolorum limina iuxta iuramentum per eum in sua promotione prestitum singulis bienniis per se vel alium visitare minime teneretur, gratiose indulgeret, reperitur tamen petitio ipsa per *Fiat. O.* signata, in loco seu [per] (2) alium per S. V. correctum ita ut loco *seu sed* existat adiunctum, ex hoc enim nichil eidem episcopo conceditur, cum iam per alium de iure communi et consuetudine limina huiusmodi possit, prout consuevit, visitare; dignetur igitur S. V. litteras super dicta petitione conficiendas cum expressione quod etiam per alium limina huiusmodi ut premittitur visitare non teneatur expediri mandare de gratia speciali, cum clausulis oportunis. — *Fiat ad quadriennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Octobris, anno undecimo.

(1) No ms. sinal de erro, a indicar talvez a omissão da palavra *Visensis*. D. Garcia Rodrigues de Magalhães, antes bispo de Lamego, transferido para Viseu em Abril de 1426, tendo morrido à volta de 1430. Cf. nota 3 do n.º 955.

(2) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *per*.

1294

1428, Outubro 6

Para evitar despesas, Diogo Gonçalves de Santarém, dispensado do impedimento de ilegitimidade para receber dois benefícios e as Ordens sacras e depois para se ordenar de sacerdote, além

da extensão dos benefícios a prebendas das catedrais, pede a graça de não ser obrigado à confecção de todas as letras apostólicas, mas só à expedição das relativas à primeira dispensa, com menção da última sobre o sacerdócio.

Reg. Suppl. 229, fl. 120v.

Beatissime Pater, postquam S. V. cum devoto vestro Didaco Gundissalvi de Sanctaren, clerico Ulixbonensis diocesis, cum habilitatione super certo tunc expresso casu, etiam super defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluto, super quo tunc certo modo secum fuerat dispensatum, ut ad omnes sacros ordines citra sacerdotium promoveri et duo beneficia, etc., retinere, dispensaverit, eadem S. secum super premissis etiam ad prebendas cathedralium et prestimonia, etc., obtinenda primo et successive ut etiam ad sacerdotium promoveri possit dispensari concessit, prout in petitionibus desuper confectis plenius continetur. Ne igitur, Beatissime Pater, idem Didacus gravioribus prematur expensis, si eum super singulis petitionibus singulas litteras confici facere oporteat, dignetur S. V. litteras super prima petitione conficiendas cum expressione etiam ultime dispensationis ad sacerdotium expediri mandare de gratia speciali. Cum omnibus in ipsis petitionibus expressis ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Octobris, anno undecimo.

1295

1428, Outubro 9

D. Afonso, conde de Barcelos, pede a confirmação do direito de padroado que D. João I, rei de Portugal, lhe doara de várias igrejas existentes nos Coutos de Neiva, Aguiar de Neiva, Faria, Penafiel de Bastuço e Várzea da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 229, fl. 130v-131.

Beatissime Pater, dudum Johannes, illustris rex Portugalie et Algarbii, iura patronatus ecclesiarum in terra de Neyva, de Aguiar de Neyva, de Faria, de termo de Penafiel (1) de Bastuso, de Varzea, iudicaturis et coutis nuncupatis, in diocesi Bracharensi consistentibus, ad prefatum regem legitime pertinentia, devoto vestro Alfonso, comiti de Barcellos, eius filio, pure et irrevocabiliter in perpetuum pro se, filiis et heredibus suis donavit ac concessit, cum potestate permutandi dicta iura patronatus cum aliis huiusmodi iuribus quarumcumque ecclesiarum ac prout sibi videtur disponendi, prout in litteris auctenticis desuper confectis eiusdem regis manu et sigillo munitis, plenius continetur, ac subsequenter dictus Alfonsus, vigore huiusmodi donationis, possessionem seu quasi dictorum iurium patronatus legitime extitit assecutus ac ius patronatus quod obtinebat in ecclesia sancti Juliani de Paçoos (2) cum suis pertinentiis et sancte Cristine de Algoso de Penafiel (3) et sancti Mathei de Guuna (4) et Avellos terre de Faria predicte diocesis et

archiepiscopus Bracharensis ius patronatus sancte Marie de Faria et sancte Marie de Germundi et sancti Pellagii de Principalar, quod ipse archiepiscopus asserebat in solidum ad suam presentationem ratione sue dignitatis pertinere et spectare, cum consensu sui capituli, invicem permutaverunt in perpetuum pro se et suis successoribus ac promiserunt non contra venire sub pena mille coronarum monete Francie nomine pene et interesse, quibus quidem exactis vel non, dictus contractus remaneret validus et firmus, cum omnibus clausulis et conditionibus in eo expressis, prout in diversis litteris autenticis desuper confectis, signis ac sigillis munitis, dicitur plenius contineri. Supplicat igitur S. V. humiliter dictus comes quatinus donationem et permutationem predictas et litteras desuper [fl. 131] confectas et omnia et singula in eis contenta pro eorum subsistentia firmiori rata habentes et grata, ea dignemini ex certa scientia confirmare, supplentes, si forsan ex eo quod dicta donatio sine auctoritate et assensu dicti archiepiscopi facta extitit, et singulos alios defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Octobris, anno undecimo.

---

(1) No ms. *Xenafie.*
(2) No ms. *Xaçoos.*
(3) No ms. *Xenafiel.*
(4) No ms. sinal de erro.

1296

1428, Outubro 11

Diogo Peres da Silva, provido do deado de Lamego, vacante por morte de Lopo Gonçalves, pede que as respectivas letras apostólicas continuem a valer, apesar de não ter podido apresentá-las aos executores dentro do prazo determinado, por falta de dinheiro.

Reg. Suppl. 229, fl. 200-200v.

Beatissime Pater, dudum devoto oratori vestro Didaco Petri de Silva Lamecensis diocesis de decanatu ecclesie Lamecensis, qui in ea dignitas maior post pontificalem curata et electiva existit, per obitum quondam Luppi Gundissalvi, ipsius ecclesie decani, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, provideri mandavit, prout in litteris desuper confectis plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, dictus Didacus prefatas litteras que in camera apostolica usque in presentem diem propter defectum pecuniarum ad solvendam annatam [fl. 200v] remanserunt infra tempus debitum executori in partibus iuxta constitutionem per vos editam non presentaverit et propterea gratia dicte littere invalide reputentur, supplicatur S. V. pro parte dicti Didaci quatinus gratiam et litteras prefatas in omnibus et per omnia perinde valere necnon executor deputatus ad executionem dictarum litterarum procedere possit et valeat perinde ac si littere ipse sibi infra tempus prefatum presentate fuissent, statuere et decernere sibique de dicto decanatu, cuius fructus, etc.,

centum quinquaginta florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si devolutus, litigiosus vel reservatus existat, eidem Didaco misericorditer providere dignemini. Non obstantibus omnibus illis que in dictis litteris non obstare voluimus (1) ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et aliis non obstañ et clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Octobris, anno undecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro.

1297

1428, Outubro 23

João Rodrigues, cónego de Lisboa e bacharel em decretos, procurador do rei de Portugal na Cúria pontifícia, pede o priorato de S. Miguel de Sosa, vacante por renúncia do bispo de Mégara D. André Dias que dele fora provido por morte de Gonçalo Domingues.

Reg. Suppl. 230, fl. 41v-42. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n.º 89.

Beatissime Pater. Cum devota creatura vestra Andreas, episcopus Megarensis (1), commende dudum sibi de parrochiali ecclesia alias capella sive prioratu nuncupata sancti Michaelis de Soza [fl. 42] Colimbriensis diocesis, tunc per obitum quondam Gundissalvi Dominici, olim ipsius rectoris, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, apostolica auctoritate facte, illius possessione huiusmodi commende vigore per eum non habita, sponte et libere cedere et renuntiare proponat, sive ex nunc in manibus S. V. cedit et renuntiat, supplicat igitur eidem S. humiliter devotus orator vester Johannes Roderici, canonicus Ulixbonensis, bacallarius in decretis, illustris principis regis Portugalie in dicta Curia procurator, quatinus sibi predictam ecclesiam que a monasterio beate Marie de Rochamador ordinis sancti Benedicti Tullensis (2) diocesis ut asseritur, dependet et per illius monachos gubernari consuevit, cuiusque fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum per huiusmodi cessionem sive renuntiationem vacare contigerit, etiam si actu per obitum dicti Gunsalvi vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata, affecta, devoluta seu litigiosa sit, cuius litis statum, etc., dignemini misericorditer sibi per eum quoad vixerit tenendam, regendam et gubernandam commendare. Non obstañ quod canonicatum et prebendam ecclesie Ulixbonensis, quorum octuaginta, obtinet et dudum sibi de parrochiali ecclesia sancti Martini de Sidofacta, cuius ducentarum, predicta fuit auctoritate provisum, cuius possessionem non habet, Portugalensis diocesis, tunc certo modo vacante, ac perpetua portione in parrochiali ecclesia de Lourinha Ulixbonensis diocesis,

cuius viginti librarum similium, fructus, etc., secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, cum dispensatione de duobus incompatibilibus ad vitam in cancellaria declaranda. Et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad beneplacitum sedis apostolice. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Novembris, anno undecimo.

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 851.

(2) No ms. *Tuellensis* com sinal de erro.

1298

1428, Outubro 27

João Vasques Peixoto, freire da Ordem do Hospital e preceptor da casa da Faia da mesma Ordem, solicita a confirmação da sua eleição pelo cabido de Braga a administrador da perpétua capela que Gonçalo Gonçalves Peixoto, cónego de Braga, instituiu no mosteiro de Santa Maria de Pombeiro, deixando como administrador Gomes Gonçalves Peixoto, com poder de designar outro administrador, após a morte do qual, o cabido de Braga poderia eleger administrador idóneo, como de facto elegeu o dito suplicante depois da morte de Diogo Gil.

Reg. Suppl. 230, fl. 111v-112v.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devoti vestri fratris Johannis Valasci Peyxoto, militis professi, preceptoris domus da Faya, ordinis fratrum Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani Bracharensis, quod cum olim quondam Gundissalvus Gundissalvi Peyxoto, canonicus Bracharensis, in monasterio sancte Marie de Poombeyro ordinis sancti Benedicti dicte diocesis quamdam capellam perpetuam instituerit et illam pluribus possessionibus, hereditatibus, casalibus et aliis bonis dotaverit et in suo ultimo testamento seu ultima voluntate mandavit inter alia et voluit quod post ipsius obitum quidam Gometius Gundissalvi Peyxoto fuisset ad vitam suam administrator et gubernator omnium et singulorum bonorum et possessionum per eum dicte capelle datorum et quod dictus Gometius posset deputare alium administratorem post mortem suam dictis bonis et possessionibus ex suo vel certorum aliorum genere et quod post mortem illius deputati [fl. 112] per dictum Gometium capitulum ecclesie Bracharensis infra certum tempus posset administratorem ydoneum dictis bonis et possessionibus deputare seu eligere, etc., prout in testamento seu ultima voluntate predicti quondam Gundissalvi Gundissalvi dotatoris premissa et plura alia plenius continentur, cuius testamenti seu ultime voluntatis tenorem presentibus habere dignemini pro sufficienter expresso. Verum, Beatissime Pater, nunc ultimo post mortem quondam Didaci Egidii, ultimi administratoris dictorum bonorum, venerabiles viri capitulum et canonici ecclesie Bracharensis prefatum exponentem in administratorem ydoneum dictis bonis tamquam ex genere dicti quondam Gometii Gundissalvi provenientem seu descendentem iuxta voluntatem predicti dotatoris seu testatoris elegerunt et deputarunt, cuius electionis seu deputationis vigore, dictus exponens electus

possessionem pacificam dicte administrationis bonorum et possessionum predictorum extitit assecutus, prout possidet de presenti. Nichilominus tamen idem exponens dubitat electionem seu deputationem ac possessionis assecutionem huiusmodi ex aliquibus causis viribus non subsistere, idcirco supplicat S. V. dictus exponens quatinus electionem seu deputationem ac possessionis assecutionem huiusmodi et omnia alia exinde secuta rata et grata habere et ex certa scientia confirmare et eidem fratri Johanni, militi, de dicta administratione, cuius fructus, etc., oneribus deductis, quindecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per obitum dicti quondam Didaci Egidii, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius deputatio seu electio dispositioni eiusdem sedis specialiter vel alias generaliter reservata, affecta seu devoluta aut inter quosvis litigiosa, cuius litis statum, etc., presentibus eadem S. habere dignetur pro sufficienter expresso, existat, providere dignemini et dictam administrationem sibi conferre. Non obstantibus iuribus, constitutionibus et ordinationibus [fl. 112v] apostolicis statutisque et consuetudinibus contrariis quibuscumque et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Novembris, anno undecimo.

1299

1428, Outubro 28

João Anes, clérigo da diocese do Porto, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Gove da diocese do Porto, vacante pela resignação de Afonso Anes, reitor da dita igreja paroquial.

Reg. Suppl. 230, fl. 107v.

Beatissime Pater, cum devotus vester Alfonsus Johannis, rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Gobe Portugalensis diocesis, ecclesiam ipsam quam obtinet sponte et libere resignare proponat vel ex nunc in manibus S. V. resignet, supplicat S. V. devotus vester Johannes Johannis, clericus Portugalensis [diocesis] (1), quatinus resignationem huiusmodi admittentes sive admitti mandantes, sibi de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., viginti duarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum importat. non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, et specialiter vel generaliter reservata, devoluta vel litigiosa existat, litis statum, etc., pro expresso dignemini misericorditer providere, gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Novembris, anno undecimo.

(1) Cf. súplica do n.º 1312.

1300

1428, Outubro 29

João Vasques Peixoto, freire da Ordem do Hospital e preceptor da preceptoria de Faia da diocese de Braga, na posse pacífica da preceptoria de Ansemil da diocese de Viseu, tendo concordado com o prior da Ordem D. Nuno em ceder a dita preceptoria de Ansemil em troca da casa de Leça da diocese do Porto, renunciou a essa preceptoria, mas revogou na presença de notário público a renúncia, ao ver que o prior faltara ao compromisso, conferindo a preceptoria de Ansemil a outro freire de nome Rodrigo, a quem removeu finalmente da mesma, em castigo de suas culpas, mandando que o seu primeiro legítimo possuidor tomasse posse da mesma. Temendo, porém, ser molestado no futuro, o suplicante, presente na Cúria pontifícia, pede ao papa encarregue alguém de examinar o assunto e de o reintegrar nos seus direitos e posse da preceptoria de Ansemil.

Reg. Suppl. 230, fl. 112v-113v.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devoti vestri Johannis Valasci Peixoto, fratris militis Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani ac preceptoris preceptorie de Faya Bracharensis diocesis et dicitur quod ipse olim, cum in possessione pacifica et quieta cuiusdam preceptorie domus de Ansimil nuncupate Visensis diocesis existeret, Nunus prior dicti Hospitalis in regno Portugalie cum eodem fratre Johanne Valasci tractatum (1) fecit sive concordiam in effectu continentem videlicet quod predictus frater Johannes Valasci predicte sue preceptorie de Ansimil ac possessioni et iuri suo in eadem sibi competenti in manibus suis renuntiaret et quod dictus Nunus prior pro emenda sive satisfactione dicte domus de Ansimil eidem Johanni daret et concederet quamdam domum dicti Hospitalis, Leça nuncupatam, Portugalensis diocesis, cum omnibus suis iuribus, redditibus et proventibus ac cum omnibus aliis sibi pertinentibus, servatis tamen sibi pecuniis antique monete, dicte domui pertinentibus. Verumtamen, Beatissime Pater, postquam concordatus fuerit tractatus inter predictos priorem et fratrem Johannem Valasci ut premittitur, idem Johannes Valasci bona fide agere credens, etc., quod dictus prior veritatem sibi promissam servaret, in manibus eiusdem prioris dicte preceptorie (2) de Ansimil ac possessioni sue (3) sponte renuntiavit, tamen, Pater Beatissime, dictus prior postquam dictus Johannes dictam suam preceptoriam causa promissionis, etc., renuntiavit, eidem Johanni Valasci predictam domum de Leça sibi promissam dare et concedere recusavit, dictus Johannes postquam vidit quod dictus prior sibi veritatem non servabat, immo sic eum deceperat ut prefertur, videns se deceptum, predictam renuntiationem per eum factam coram notario publico et testibus revocavit et annullavit, de qua quidem revocatione sufficienter potest docere, tamen prefatus Nunus dictam preceptoriam de Ansimil cuidam Roderico [fl. 113] fratri dicti Hospitalis sancti Johannis contulit ipseque Rodericus eam extitit assecutus et per nonnulla tempora tenuit, licet de facto, rursus dictus Nunus prior ipsum Rodericum, suis culpis et demeritis exigentibus, a dicta preceptoria de Ansimil amovit ac prefatum Johannem ad possessionem dicte preceptorie mandavit accedere. Cum autem, Pater Sancte, dictus Johannes timens ne premissa sic de facto attemptata sibi essent imposterum nocitura, postquam in possessione dicte preceptorie extitit, a premissis per ipsum Nunum gestis, ad Sanctitatem Vestram et sedem apostolicam appellasset, dictus Nunus postquam sibi de appellatione constitit, prefatum Johannem ipsum aliter

non vocato nec audito (4), prefata preceptoria de Ansimil, non obstante appellatione, de facto expoliavit ac dictum Rodericum iterum in dicta preceptoria induxit per suas litteras et mandatum intrusit, cumque, Pater Sancte, dictus Johannes propterea ad S. V. et sedem apostolicam se contulerit, pro parte dicti Johannis S. V. humiliter supplicatur quatinus sibi in premissis paterno compatientes affectu, alicui probo viro committere et mandare dignemini qui de premissis se informet et, si ea vera esse repererit et dictum Johannem (5) dicta preceptoria expoliatum invenerit, ante omnia ipsum Johannem ad eiusdem preceptorie possessionem reintegret, restituat et reponat, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac renuntiationem dicti Johannis et omnia alia inde secuta tamquam de facto, non servata fide, casset, revocet et annullet et primam suam promissionem, non obstañ provisione, impetrationibus, confirmationibus quibuscumque, auctoritate apostolica confirmet et sibi de preceptoria predicta, cuius fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per huiusmodi renuntiationem vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet et si generaliter vel specialiter reservata, devoluta aut litigiosa existat, cuius litis statum, etc., pro expresso, eidem Johanni eadem auctoritate de novo provideat et confirmet. Non obstañ dicta preceptoria de Faya, quam obtinet, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium similium eadem extimatione valorem annuum [fl. 113v] non excedunt, ac premissis necnon constitutionibus apostolicis, stabilimentis quoque et consuetudinibus ac privilegiis dicti Hospitalis, etiam iuramento, etc., roboratis et aliis contrariis quibuscumque, cum clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat prout de iure. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Novembris, anno undecimo.

---

(1) No ms. *tractum*, com sinal de erro.
(2) No ms. *dictam preceptoriam*, com sinal de erro.
(3) No ms. *possessionem suam*, com sinal de erro.
(4) No ms. um *a* a mais, com sinal de erro.
(5) No ms. um *a* a mais, com sinal de erro.

1301

1428, Novembro 2

Fernando Gonçalves, possuidor da igreja paroquial de Santo Aleixo de Lagares da diocese de Braga, vacante pela resignação de João Vasques, pede nova provisão da dita igreja a seu favor.

Reg. Suppl. 230, fl. 75v-76.

Dignetur S. V. collationem, provisionem, possessionis adeptionem rectorie sive parrochialis ecclesie sancti Alexi[i] de Lagares Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., viginti trium librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, per devotum oratorem vestrum Fernandum Gundissalvi, presbyterum, ipsius rectorie possessorem, causa permutationis et per resignationem cuiusdam Johannis

Valacii in manibus Ordinarii sponte factam, sibi factas et per dictum Ordinarium admissas et omnia inde secuta ratas et gratas habere et ex certa scientia ratificare et approbare, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint [fl. 76], sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex cuiuscumque persona vacet, etiam si per constitutionem *Execrabilis* et c. *De multa* vel *Ad regimen* et si per resignationem vel renuntiationem de ipsa in Curia Romana vel extra coram notario et testibus vel alias quovis modo factam, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio, etc., ad sedem apostolicam legitime devoluta, affecta vel litigiosa, cuius litis statum, etc., existat, eidem Ferdinando dignemini misericorditer providere de novo, in quantum opus est. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie collegiate beate Marie Vimarañ dicte Bracharensis diocesis ac iure quod habere pretendit in canonicatu et prebenda ecclesie cathedralis Colimbriensis, cuius possessionem non habet, quorum omnium fructus, etc., centum et triginta librarum similium valorem annuum non excedunt, ac quadam gratia expectativa, per eum in cancellaria V. S. declaranda. Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Novembris, anno undecimo.

1302

1428, Novembro 2

Lopo Vasques, acólito do papa e nobre, pede o deado de Braga que esperava viesse a vagar pela futura consecução pacífica do deado de Lisboa por autoridade apostólica da parte de Rui Dias, deão de Braga.

Reg. Suppl. 230, fl. 224v-225.

Beatissime Pater. Cum decanatus ecclesie Bracharensis per assecutionem pacificam decanatus ecclesie Ulixbonensis per devotum vestrum Rodericum Didaci, auctoritate apostolica faciendam, vacare speretur, supplicat S. V. devotus vester Luppus Valasci, eiusdem S. acolitus, ex utroque parente de nobili genere procreatus, quatinus sibi decanatum predictum ecclesie Bracharensis, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, [fl. 225] reservantes, de illo, cum ut premittitur vacaverit, etiam si actu quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si ipse decanatus ecclesie Bracharensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem curata et electiva existit, specialiter vel generaliter reservatus, devolutus vel litigiosus, curatus et electivus sit, eidem Luppo dignemini misericorditer providere ac secum, cui nuper S. V. de archidiaconatu de Barroso in dicta ecclesia Bracharensi, qui inibi dignitas, non tamen maior post pontificalem curata et electiva existit, cuius centum, ac parrochiali ecclesia beate Marie de Lourinhã Ulixbonensis diocesis, cuius centum viginti librarum gratiose provideri concessit, quique monasterium sancti Andree de Randuphe (1) ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, cuius centum viginti florenorum auri de camera fructus, etc., eadem extimatione valorem annuum non excedunt, in commendam quoad vixerit, obtinet, ut decanatum ecclesie Bracharensis et parrochialem

ecclesiam predictos quoad vixerit cum licentia permutandi, etc., retinere valeat dignemini misericorditer dispensare, premissis ac gratiis expectativis et dispensationibus ad duo vel plura incompatibilia, cum licentia permutandi, etc., in cancellaria apostolica exprimendis et aliis in contrarium non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. Paratus est enim idem Luppus in eventum assecutionis dicti decanatus ecclesie Bracharensis archidiaconatum predictum, si eum (2) assequatur, aut omne ius sibi in eo vel ad eum quomodolibet competens dimittere quam primum, etc. —*Fiat ut petitur et dispensamus ad annum. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Novembris, anno undecimo.

(1) No ms. *Radulphe.*
(2) No ms. *eam.*

1303

1428, Novembro 6

O bispo de Mégara e administrador do mosteiro de S. João de Alpendurada D. André Dias solicita a perpétua porção da igreja de S. Leonardo da Lourinhã, a que se propunha resignar, em seu favor, João Rodrigues, cónego de Lisboa e procurador dos negócios do rei de Portugal na Cúria pontifícia.

Reg. Suppl. 230, fl. 263. Publicada por SOUSA COSTA, OFM. A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n.º 91.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Johannes Roderici, canonicus Ulixbonensis, devotissimi filii S. V. Johannis, Portugalie et Algarbii regis illustris, in Romana Curia procurator, quamdam perpetuam portionem in ecclesia sancti Leonardi de Lourinhaam Ulixbonensis diocesis, quam obtinet, in favorem devote creature vestre Andree pauperis, episcopi Megarensis (1) qui de presenti nullos fructus percipit, ut aliquale pro sua sustentatione suffragium habeat, sponte et libere resignare proponat et ex nunc in manibus S. V. resignet, supplicat eidem S. dictus episcopus humiliter et devote quatinus sibi portionem ipsam, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo vacet, et specialiter vel generaliter reservata, devoluta vel litigiosa sit, eidem episcopo per eum quoad vixerit una cum Megarensi aut alia, ad quam ipsum forsitan transferri contigerit, ecclesia cathedrali ac monasterio sancti Johannis de Pondorata ordinis sancti Benedicti dicte diocesis, cuius fructus, etc., sexingentarum librarum Turonensium similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, sibi per eamdem S. commendato, si eius possessionem assequetur, tenendam, regendam et gubernandam commendare dignemini de gratia speciali. Non obstantibus gratiis expectativis una cum aliis non obstañ, si quas habeat, in cancellaria apostolica exprimendis, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad beneplacitum sedis apostolice. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Novembris, anno undecimo.

(1) Cf. nota 2 do n.º 851.

1304

1428, Novembro 8

O conde de Barcelos D. Afonso pede ao papa a colação da igreja paroquial de S. Paio de Principais para Estêvão Lourenço, sacerdote da diocese de Braga, que ele na qualidade de patrono apresentava ao papa, tendo sido espoliado da igreja de Santa Eulália de Lanheses pelo administrador do território português da diocese de Tui D. João, deão de Viseu.

Reg. Suppl. 230, fl. 152-152v.

Supplicat S. V. devotus eiusdem filius Alfonsus, domini Johannis, regis Portugalie, filius, comes de Barcelos, in persona dilecti sui Stephani Laurentii, presbyteri Bracharensis diocesis, quatinus eidem Stephano specialem gratiam facientes, ipsum Stephanum, quem prefatus comes tamquam patronus seu presentator parrochialis ecclesie sancti Pelagii de Principaes dicte diocesis, dum illam vacare contingit et cui de persona ydonea ad ipsam ecclesiam presentatio dignoscitur pertinere, ad dictam ecclesiam pro presenti vacantem per pacifice possessionis parrochialis ecclesie sancte Eulalie de Lanheses Tudensis diocesis assecutionem per dictum Stephanum factam, quamquam illa ecclesia sancte Eulalie expost per quemdam Johannem, assertum decanum Visensem et administratorem ecclesie Tudensis in partibus regni Portugalie de facto privatus extiterit et illam dimiserit per procuratorem dicti comitis ad hoc ab eo legitime constitutum eidem S. V. presentat, ad huiusmodi presentationem recipere et admittere ipsamque ecclesiam sancti Pelagii, cuius fructus, etc., sedecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* aut per liberam resignationem alicuius in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacet, etiam si devoluta aut dispositioni apostolice alias specialiter vel generaliter reservata aut inter aliquos in dicta Curia vel extra eam litigiosa, litis, cuius statum, etc., existat, eidem Stephano conferre et assignare et de eadem sibi providere ipsumque ad illam instituere misericorditer dignemini de gratia speciali, premissis, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis [fl. 152v] non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Novembris, anno undecimo.

MARTINHO V

(EL. 11 NOV., COR. 21 NOV. 1417, + 20 FEV. 1431)

SÚPLICAS

ANO DÉCIMO SEGUNDO

(21 NOV. 1428 – 20 NOV. 1429)

AV, REG. SUPPL., VOL. 232 A 247

1305

1428, Novembro 22

Vasco Rodrigues, clérigo de Lisboa, renova súplica sobre certa dispensa de dois benefícios incompatíveis, devido a erros ocorridos no primeiro pedido.

Reg. Suppl. 236, fl. 66v. Referenciada por EDUARDO NUNES, *Parecer do Doutor «Velasco di Portogallo» sobre o beneplácito régio (Florença 1454)*, p. 101, nota 22.

Reformatio Velasci Roderici, clerici Ulixbonensis, super quadam dispensatione duorum incompatibilium (1).

Beatissime Pater. Cum in supplicatione, cuius copia prescribitur, per errorem scribentis fuerit scriptum loco huius dictionis Ulixbonensis fuerit scriptum Vrisbonensis, dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas cum expressione dicte dictionis Ulixbonensis in cancellaria eiusdem V. S. et alibi expediri mandare, cum non obstañ in dicta supplicatione contentis et clausulis opportunis. — *Concessum G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Decembris, anno duodecimo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

1306

1428, Novembro 23

O bispo de Mégara D. André Dias, abade comendatário do mosteiro de S. João de Alpendurada, solicita indulgências para os visitantes da igreja e mosteiro, que ajudarem a reconstruir o mosteiro.

Reg. Suppl. 233, fl. 11-11v. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n.º 93.

Beatissime Pater. Cum monasterium sancti Johannis de Pendorada ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, propter malos et negligentes ac dilapidatores eiusdem monasterii abbates et rectores patiatur in suis edificiis ruinam ac in domibus eidem perti-

nentibus et magna indigeat reparatione, que propter defectum bonorum eiusdem monasterii reparari seu fieri non potest, nisi christifidelium elemosinis adiuvetur, supplicat humiliter S. V. devota creatura vestra Andreas, episcopus Megarensis (1) et dicti monasterii commendatarius, quatinus in sancti Johannis Baptiste et cancellarie S. V. festivitatibus quibuscumque christifidelibus dictum monasterium seu ecclesiam eiusdem visitantibus et ad fabricam eiusdem adiutrices manus seu elemosinas dantibus [fl. 11v] aut porrigentibus quinque annos et totidem quadragenas eis dignemini misericorditer concedere de gratia speciali, perpetuis temporibus duraturas, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Decembris, anno duodecimo.

(1) Cf. nota 2 do n.º 851.

1307

1428, Novembro 24

Súplica de D. André Dias, abade comendatário do mosteiro de S. João de Alpendurada, sobre indulgências para os visitantes do mosteiro que ajudarem na reconstrução do mosteiro.

Reg. Suppl. 233, fl. 20-20v. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n.º 94.

Beatissime Pater. Cum monasterium sancti Johannis de Pendorata ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis sit notabiliter colapsum [fl. 20v] in edificiis et diminutum in possessionibus et bonis et timeatur de ruina eiusdem, nisi per sedem apostolicam eidem provideatur et christifidelium elemosinis adiuvetur, supplicat humiliter S. V. Andreas Megarensis episcopus (1) et prefati monasterii commendatarius, quatinus quibuscumque christifidelibus dictum monasterium et ecclesiam ac loca eiusdem visitantibus in die sancti Johannis Baptiste et in festis S. V. cancellarie et suas manus adiutrices porrigentibus, quinque annos et totidem quadragenas dignemini perpetuis temporibus misericorditer largiri et concedere de gratia eiusdem S. speciali. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Decembris, anno duodecimo.

(1) Cf. nota 2 do n.º 851.

1308

1428, Novembro 25

Súplica de João Caminha, cónego de Tui, sobre o arcediagado de Montes, vacante por morte de Lopo Rodrigues.

Reg. Suppl. 233, fl. 24v-25.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto vestro Johanni Cammina, canonico [fl. 25] ecclesie Tudensis, de archidiaconatu de Montibus in eadem ecclesia, qui curatus et dignitas, non tamen maior post pontificalem existit, tunc per obitum quondam Lupi Roderici, ipsius archidiaconatus ultimi possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, vacante gratiose concessit provideri, prout in supplicatione super hoc signata continetur. Verum, Pater Sancte, cum a nonnullis asseratur quod dictus archidiaconatus vacaverit et vacet ad presens, per assecutionem decanatus eiusdem ecclesie, dignetur eadem S. V. litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas, cum adiectione clausule etiam si dictus archidiaconatus per huiusmodi assecutionem et auctoritate apostolica facta fuerit, vacet, expediri mandare gratiose. — *Fiat. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Decembris, anno duodecimo (1).

---

(1) Apesar de se referir à diocese de Tui, esta súplica também está relacionada com Portugal.

1309

1428, Novembro 27

João Caminha, cónego de Tui, renova súplica sobre a redução do mosteiro de S. Salvador de Alveos a igreja paroquial, por ter confundido o nome do mosteiro com outro.

Reg. Suppl. 233, fl. 50-50v.

Beatissime Pater. S. V. devoto vestro Johanni Cammina, canonico ecclesie Tudensis, de quodam monasterio monialium ordinis sancti Benedicti Tudensis, in quo sola abbatissa cum quodam presbytero inhabitat, per eamdem S. V. in parrochialem ecclesiam certo modo redigi commisso provideri et alia in supplicatione super hoc signata, cuius tenorem, etc., content., fieri gratiose concessit. Verum, Pater Sancte, per inadvertentiam dictantis ipsam [fl. 50v] supplicationem vel alias post illud vocabulum monialium et ante illud nomen ordinis inserta sunt illa vocabula sancte Marie de Tuminio, loco quorum inseri debuissent illa verba sancti Salvatoris de Alveos. Dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super huiusmodi supplicatione conficiendas cum insertione illarum dictionum sancti Salvatoris de Alveos loco illarum sancte Marie de Tuminio in cancellaria apostolica et ubique expediri mandare gratiose. Cum non obstañ et clausulis in dicta supplicatione contentis et petitis et sub prima data. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Decembris, anno duodecimo (1).

---

(1) As freiras desta súplica, como se pode ver por outros documentos, estão relacionadas com outros mosteiros de Portugal.

1310

1428, Novembro 30

O bispo de Mégara D. André Dias, comendatário do mosteiro de S. João de Alpendurada, solicita indulgências para os visitantes da capela de Santa Maria de Escamarão da diocese de Lamego, imediatamente sujeita ao mosteiro.

Reg. Suppl. 233, fl. 109v.

Beatissime Pater. Cum heremitorium sive capella sancte Marie de Schamaron Lamecensis diocesis, ad quam multi fideles christiani causa peregrinationis confluunt, sit multum collapsa in suis edificiis et domibus circumvicinis et indigeat magna reparatione, supplicat S. V. devota creatura vestra Andreas Megarensis episcopus (1) et monasterii sancti Johannis de Pendorata ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis (2), cui dicta capella est immediate subiecta, commendatarius, quatinus in sancti Michaelis archangeli et aliorum sanctorum festivitatibus cancellarie S. V. omnibus christifidelibus dictam capellam et loca eiusdem visitantibus et suas manus adiutrices porrigentibus, quinque annos et totidem quadragenas dignemini perpetuo concedere de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Decembris, anno duodecimo.

(1) Cf. nota 2 do n.º 851.

(2) No ms. um *a* a mais, com sinal de erro.

1311

1428, Dezembro 1

O bispo do Porto D. Antão Martins, familiar do papa, e o seu cabido pedem o indulto de criar mais um canonicato e prebenda e uni-lo à chantria da sé do Porto que possuia João Fernandes, bacharel em decretos e vigário da igreja portuense.

Reg. Suppl. 233, fl. 157-157v.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devotorum vestrorum Anthonii, episcopi Portugalensis (1), familiaris eiusdem S., necnon decani capituli singulorumque canonicorum et personarum eiusdem Portugalensis ecclesie quod in dicta ecclesia est quedam dignitas cantoria, sive ecclesiastica nominata, quam nunc ad presens quidam Johannes Fernandi, in decretis bacallarius, vicarius predicte ecclesie obtinet, que dicta cantoria aliis temporibus retroactis in magno valore erat reputata et imposterum propter guerras, mortalitates aliasque plurimas et diversas sterilitates que in partibus illis diu vigue-

runt et vigent adeo quod dicta cantoria in tam magnam paupertatem iuxta valorem primitivum est deducta quod nunc ultra centum libras Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt et dictus Johannes Fernandus (*sic*), bacallarius prefatus, prout dicta dignitas et eius conditio alias requirunt, ex fructibus eiusdem statum suum nequit sustinere, quapropter S. V. predicti exponentes humiliter supplicant quatinus unum alium canonicatum et prebendam cum alio canonicatu et prebenda, quos obtinet, qui duo canonicatus et prebenda reputantur, de novo creari dignemini [et] (2) dicte cantorie auctoritate apostolica imperpetuum unire, annectere et incorporare ac erigere in prefata Portugalensi ecclesia, non obstañ de certo canonicorum numero ac litteris apostolicis, in quibus continetur quod nullus tam apostolicis litteris quam auctoritate ordinaria canonicatum et prebendam in dicta ecclesia impetrare nec obtinere possit donec ad certum numerum diminuantur, cuius tenorem hic habere pro sufficienter expresso, ac etiam concedere et mandare dignemini de gratia speciali. Non obstañ quadam perpetua parrochiali ecclesia sancti Felicis de Belino Bracharensis diocesis ac canonicatu [fl. 157v] et prebenda eiusdem Bracharensis ecclesie, quos una cum dictis cantoria et prebenda, quorum omnium fructus, etc., centum sexaginta librarum similium Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, et cum omnibus ordinationibus, statutis, consuetudinibus et privilegiis, etiam iuramento, etc., in contrarium editis, si que sint, et cum aliis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Decembris, anno duodecimo.

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 840.

(2) No ms. sinal de erro, talvez a indicar qualquer omissão.

1312

1428, Dezembro 3

João Anes, clérigo da diocese do Porto, renova súplica anterior sobre a igreja paroquial de Santa Maria de Gove da diocese do Porto, por se ter declarado simplesmente clérigo do Porto, quando era da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 238, fl. 268v-269.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto vestro Johanni Johannis, clerico Portugalensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Gobe dicte diocesis, tunc certo modo vacante, gratiose concessit provideri, sed quia, Beatissime Pater, in dicta supplicatione per inadvertentiam expressum fuit quod dictus Johannes erat clericus Portugalensis et ipse sit Portugalensis diocesis, dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas cum expressione quod ipse Johannes clericus Portugalensis diocesis existit expediri mandare de gratia speciali, cum non obstañ et clausulis in dicta petitione contentis. — *Concessum.* [fl. 269] *G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Decembris, anno duodecimo.

1313

1428, Dezembro 3

Estêvão Dias, escolar da diocese de Lisboa, pede um canonicato, na expectativa da prebenda ou dignidade, de qualquer igreja catedral ou colegiada, existente na diocese ou província eclesiástica de Lisboa e um benefício da colação de pessoas da província, cidade e diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 241, fl. 297.

Supplicat S. V. devotus vester Stephanus Didaci, scolaris Ulixboñ diocesis, qui clericali caractere insigniri desiderat, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu sub expectatione prebende ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii alicuius cathedralis vel collegiate ecclesie in provincia et diocesi Ulixboñ consisten. necnon de beneficio ecclesiastico sine cura, etiam si canonicatus et prebenda, dignitas, personatus, administratio vel officium aut decanatus vel archipresbyteratus ruralis fuerit, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collationem, etc., omnium et singulorum collatorum et collatricum provincie, civitatis et diocesis Ulixboñ, etiam ratione dignitatum, etc., eidem Stephano dignemini misericorditer providere, dispensantes cum eodem Stephano qui in nono sue etatis anno dumtaxat constitutus existit, ut quam primum quintumdecimum eiusdem sue etatis annum attingerit, huiusmodi beneficium ecclesiasticum sine cura, si sibi vigore presentium conferatur, recipere et retinere libere et licite possit et valeat de gratia speciali, deffectu etatis predicto necnon generalis concilii ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus. Cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Decembris, anno duodecimo.

1314

1428, Dezembro 9

João Vasques Peixoto, preceptor da preceptoria da Faia da diocese de Braga da Ordem do Hospital, solicita a confecção das letras apostólicas sobre certa administração de bens eclesiásticos, com menção do seu valor, que não indicara na súplica respectiva.

Reg. Suppl. 238, fl. 273v-274.

Beatissime Pater. Nuper S. V. mandavit confirmari [fl. 274] certam deputationem administrationis bonorum ecclesiasticorum in partibus factam devoto eiusdem S. Johanni Valasci Peixoto, preceptori domus da Faya Bracharensis diocesis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, prout in supplicatione super hoc signata plenius continetur. Verum, Pater Sancte, quia in huiusmodi concessione facta mentio non fuit de preceptoria dicte domus, quam idem Johannes obtinet, et cuius octuaginta, neque de valore dictorum bonorum,

quorum decem librarum Turonensium parvorum fructus, etc., secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, dignetur prefata Sanctitas litteras apostolicas conficiendas super dicta supplicatione sive concessione expediri mandare cum vera ratione obtente dicte preceptorie ac illius necnon bonorum huiusmodi valoribus ac aliis inibi contentis, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Decembris, anno duodecimo.

1315

1428, Dezembro 16

João Anes, clérigo da diocese do Porto, solicita a confecção das letras apostólicas sobre a igreja paroquial de Santa Maria de Gove que em súplica anterior fora designada erròneamente como Santa Maria de Bebe.

Reg. Suppl. 232, fl. 42v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto vestro Johanni Johannis, clerico Portugalensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Gobe dicte diocesis, tunc certo modo vacante, gratiose concessit provideri, sed quia, Beatissime Pater, in dicta supplicatione per inadvertentiam scriptoris scriptum fuit beate Marie de Bebe et ipsa ecclesia dicitur beate Marie de Gobe, dignetur igitur S. V. mandare litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas, cum expressione quod dicta ecclesia beate Marie de Gobe nuncupata extitit, expediri (1) de gratia speciali, cum non obstañ et clausulis in dicta supplicatione contentis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Januarii, anno duodecimo.

(1) No ms. vem a mais a palavra *dignemini*, mas com sinal de erro.

1316

1429, Janeiro 12

João Álvares, clérigo do Porto, solicita a confecção das letras apostólicas sobre a concessão da igreja de S. Martinho de Rio de Moinhos da diocese do Porto, que em súplica anterior fora designada como de Santa Maria de Rio de Moinhos.

Reg. Suppl. 232, fl. 230v.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto oratori S. eiusdem Johanni Alvari, clerico Porthugalensi, de parrochiali ecclesia sancti Martini de Rio de Moin[h]os Portugalensis

diocesis, tunc certo modo vacante, gratiose providit, prout in supplicatione desuper (1) confecta et manu V. S. per *Fiat ut petitur* signata, cuius tenorem, etc., hic habere dignemini pro sufficienter expresso, plenius continetur. Cum igitur, Beatissime Pater, propter defectum formantis supplicationem fuerit in dicta supplicatione expressum quod huiusmodi parrochialis ecclesia beate Marie de Rio de Moin[h]os diocesis predicte esset, cum non sit verisimile, sed sancti Martini dicta parrochialis ecclesia nuncupetur ut prefertur, dignetur igitur eadem S. V. litteras apostolicas de et super huiusmodi parrochiali ecclesia conficiendas cum expressione videlicet quod huiusmodi parrochialis ecclesia sancti Martini de Rio de Moin[h]os diocesis Porthugalensis predicte et non beate Marie existat in cancellaria et ubique expediri mandare misericorditer dignemini [de gratia] (2) speciali. Cum non obstañ et clausulis in dicta supplicatione contentis. — *Concessum, constito de aliis circunstantiis. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Januarii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *de et*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão das palavras *de gratia.*

1317

1429, Janeiro 18

Rodrigo Afonso, clérigo da diocese de Tui, em litígio com Martinho Anes, clérigo da diocese de Braga, solicita do papa a provisão, a seu favor, da igreja de S. Martinho de Salreu da diocese de Coimbra, se constar que nenhum dos contendentes tem direito à dita igreja, à qual fora apresentado o sobredito suplicante depois da morte do reitor Estêvão Afonso.

Reg. Suppl. 232, fl. 109v-110.

Beatissime Pater. Orta dudum in partibus coram certo iudice inter devotum vestrum Rodericum Alfonsi, clericum, et Martinum Johannis, assertum clericum Tudensis et Bracharensis diocesum, super parrochiali ecclesia sancti Martini de Sarleu Colimbriensis diocesis, ad quam tunc per obitum quondam Stephani Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, vacantem Rodericus predictus canonice presentatus extitit et eius occasione materia questionis et diffinitiva adiudicatoria contra prefatum Martinum et pro dicto Roderico promulgata idem Martinus ab ipsa sententia ad sedem apostolicam appellavit seu saltem pro parte illius appellatum fuit. Cum autem a nonnullis asseratur neutri litigantium predictorum in prefata ecclesia seu ad eam ius competere, supplicat S. V. Rodericus prefatus quatinus statum cause huiusmodi, si commissa sit, presentibus habentes pro expresso, iudici eiusdem cause vel quatinus commissa non sit, illam venerabili viro domino Johanni Walling, palatii apostolici causarum auditori, committere audiendam et fine debito terminandam, cum omnibus et singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis et si per eventum litis huiusmodi constiterit sibi neutri litigantium

eorumdem in prefata ecclesia seu ad eam ius habere, illam, cuius fructus, etc., quinquaginta (1) librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, sive ex alterius cuiuscumque persona, sive per liberam resignationem alicuius (2) de illa in dicta Curia vel extra eam, etiam coram notario et testibus sponte factam, seu assecutionem alicuius alterius beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati seu constitutionem *Execrabilis* vacet, ac specialiter vel generaliter reservata, devoluta seu in dicta Curia vel extra eam alias litigiosa sit, litis statum, etc., presentibus habentes pro expresso, dicto Roderico conferat et etiam provideat [fl. 110] de novo de illa, non obstañ quod unum perpetuum beneficium, bachalariatus nuncupatum, in ecclesia Portugalensi, cuius fructus, etc., decem librarum Turonensium parvorum et similium communi extimatione valorem annuum non excedunt, obtinet, ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria exprimenda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Februarii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *quaquaginta.*
(2) No ms. *alicus.*

1318

1429, Janeiro 22

Vasco Anes, sacerdote do Porto, solicita a confirmação da igreja paroquial de S. Martinho de Ariz da diocese do Porto, vacante por Pedro Anes, último possuidor da dita igreja, ter conseguido a igreja paroquial de Vila Franca da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 232, fl. 137v.

Beatissime Pater, nuper vacante parrochiali ecclesia sancti Martini dAriz Portugalensis diocesis per assecutionem parrochialis ecclesie de Villa Franca Bracharensis diocesis per quemdam Petrum Johannis, ipsius parrochialis sancti Martini predicte ultimum possessorem, devotus orator vester Velascus Johannis, presbyter Portugalensis, vigore cuiusdam gratie apostolice expectative, cuius tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expresso, dictam parrochialem ecclesiam sancti Martini acceptavit. Cum igitur, Beatissime Pater, prefatus Velascus Johannis dubitet huiusmodi acceptationem [et] provisionem viribus non subsistere, dignetur igitur S. V. acceptationem et provisionem huiusmodi et omnia exinde secuta ratas et gratas rataque et grata habere easque et ea ex vestra certa scientia confirmare et eidem Velasco Johannis de dicta parrochiali ecclesia, cuius, etc., viginti trium librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ut premittitur, sive alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vel [per] liberam resignationem de ea hic in Romana [Curia] (1) vel extra eam, coram notario publico et testibus sponte et libere factam, aut

per constitutionem *Execrabilis* vel c. *De multa* vacet, et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta seu affecta aut alias generaliter vel specialiter reservata, etiam si litigiosa, cuius litis statum, etc., hic habere dignemini pro sufficienter expresso, existat, dignemini misericorditer de novo providere. Non obstante gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria declaranda, ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Februarii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *Curia*.

1319

1429, Janeiro 25

Rodrigo Anes, sacerdote da diocese de Tui e reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Oliveira, da Vila de Ribadavia, pede a igreja paroquial de Santo Adrião de Beyte da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 235, fl. 90v-91.

Supplicat S. V. devotus orator vester Rodericus Johannis, presbyter diocesis Tudensis, quatinus ut ipse una cum parrochiali ecclesia sancte Marie de Oliveyra, extra muros ville Ripeavie diocesis predicte, quam obtinet, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, parrochialem ecclesiam sancti Adriani de Beeyte Tudensis diocesis predicte, super qua in Romana Curia litigat de presenti, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, seu unum aliud beneficium ecclesiasticum cum dicta parrochiali ecclesia incompatibile, etiam si parrochialis ecclesia aut dignitas vel personatus aut perpetua [fl. 91] administratio vel officium [...] aut collegiata, etiam si huiusmodi dignitas, etc. [...] immineat animarum [cura], apostolica seu quavis alia auctoritate ei conferenda, per decennium licite recipere, retinere et obtinere valeat cum potestate huiusmodi incompatibilia simul vel successive, totiens quotiens, etc., ex causa permutationis vel alias dimittendi et alia similia vel dissimilia recipiendi cum eodem Roderico dignemini dispensare de dono gratie uberioris. Non obstante simplici beneficio sine cura, sexta parte vulgariter nuncupato, in parrochiali ecclesia sancti Thome de Oyames diocesis Compostellane, quod obtinet, cuius etiam fructus, etc., sex librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt et cum aliis non obstañ in cancellaria apostolica declarandis et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 91v]

... ...

Fiat ut petitur pro utroque ad sex menses. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Februarii, anno duodecimo (1).

---

(1) Apesar de se referir a igrejas da diocese de Tui, em Espanha, esta súplica está de certo modo relacionada com Portugal.

1320-1330

1429, Janeiro 26

O prior geral e os outros priores e frades da Ordem de S. Jerónimo pedem indulto para nos capítulos gerais da Ordem poderem reformar o breviário, já que as festas dos Santos eram muitas e o ofício da féria estava reduzido a pouquíssimos dias. Solicitam também faculdade de reformar o martirológio da Ordem quanto às festas dos Santos da Península, a celebrar por toda a Ordem. Pedem dispensa para dormir sem o escapulário; que todos os mosteiros possam usufruir das indulgências concedidas aos mosteiros de Santa Maria de Sisla da diocese de Toledo e de Santa Maria de Montamarta da diocese de Samora; que os clérigos religiosos ou seculares presentes nos seus mosteiros possam dizer o breviário da Ordem; que os frades e priores da Ordem possam celebrar Missa imediatamente depois de Matinas; que os priores e vigários possam dispensar e comutar o Ofício divino aos frades idosos ou enfermos; que os priores possam absolver os frades, inclusive novícios, da Ordem de qualquer irregularidade e penas eclesiásticas, nos casos reservados aos bispos, e delegar tal poder a seus frades e que todos os frades possam ser absolvidos pelos confessores que escolherem, em artigo de morte, da pena e culpa.

Reg. Suppl. 233, fl. 258v-259v.

Supplicant S. V. devoti oratores vestri prior generalis atque priores et fratres ordinis sancti Jeronimi quatinus sibi et successoribus suis imperpetuum specialem gratiam facientes, concessiones, privilegia, indulta et indulgentias infrascriptas de benignitate apostolica concedere dignemini. Cum non obstañ et clausulis oportunis.

1321. Primum quia secundum Breviarium Romanum, quod dictus ordo tenet, de singulis sanctis faciunt novem lectiones et additis festis sanctorum propriarum diocesum, in quibus monasteria dicti ordinis sita sunt, restant paucissime ferie in anno, de quibus dicant officium ita quod quandoque contingit in adventu et in quadragesima quasi semper de sanctis et de nulla feria ecclesiasticum dici officium, quod in capitulo seu capitulis generalibus dicti ordinis possint prefati priores et fratres circa dicendas et cantandas horas ordinare, mutare, addere, minuere ac statuere, prout sibi videbitur expedire ad Dei servitium et salutem animarum suarum.

1322. Item quia in Ispaniarum diocesibus diversorum sanctorum festivitates celebrantur et sepe ob hoc contingit inter fratres predictos diversitas et diformitas in dicen-

dis horis, quod capitulum generale predictum possit de novo componere et ordinare martirologium quantum ad festa sanctorum Ispanie que debeant per totum dictum ordinem celebrari.

1323. Item propter securitatem conscientiarum aliquorum fratrum quod omnes et singuli fratres predicti ordinis possint dormire sine scapulari, dum tamen illud in lecto teneant prope capud suum et dormiant cum tunica.

1324. [fl. 259] Item quod omnia monasteria et omnes et singuli priores et fratres dicti ordinis gaudeant, potiantur, utantur omnibus et singulis gratiis, indultis et indulgentiis per Romanos pontifices sub quibuscumque verbis, modo et forma beate Marie de Sisla Toletane atque beate Marie de Montamartha Zamorensis diocesum monasteriis prefati ordinis atque omnibus et singulis prioribus et fratribus predictorum de Sisla et de Monte Martha monasteriorum concessis, que et quas quidem gratias, indulta et indulgentias hic habere dignemini pro sufficienter expressis.

1325. Item quod fratres clerici vel laici dicti ordinis, dum in ecclesia vel in capellis ecclesie contiguis vel infra monasterium de mandato prioris vel vicarii in prioris absentia vel prioratu vacante interfuerint missis et horis divinis obtineant et habeant omnes et singulas gratias et indulgentias concessas fratribus clericis qui huiusmodi missis et horis interfuerint.

1326. Item quod clerici religiosi vel seculares seu alii quicumque, dum fuerint in monasteriis dicti ordinis, causa serviendi monasterio vel probandi religionem, satisfaciant de horis ad quas tenentur dicendo eas in choro cum fratribus predicti ordinis vel per Briviarium dicti ordinis per semetipsos, etiam si beneficiati existant, in ecclesiis quibuscumque.

1327. Item quod fratres et priores dicti ordinis possint ex devotione vel alia iusta (1) causa in dictis monasteriis celebrare missas statim post expletum officium matutinum vel saltem per horam ante ortum aurore, habito respectu ad horologium, tempore alicuius necessitatis (2).

1328. Item quod priores vel vicarii in priorum absentia vel prioratu vacante prefati ordinis cum senibus, debilibus vel infirmis fratribus suis valeant dispensare in dicendis horis, iniungendo eis pro satisfactione horarum psalmos vel orationes, prout sibi videbitur.

1329. Item quod omnes et singuli (3) priores dicti ordinis et in eorum absentia [fl. 259v] vel prioratu vacante vicarii possint tam a sententiis censure ecclesiastice quam a peccatis absolvere fratres, etiam novitios, dicti ordinis atque super quibusvis irregularitatibus cum ipsis dispensare in casibus, in quibus Ordinarii (4) possunt de iure vel consuetudine, etiam si inciderint, dum tamen ignoranter, in casus *Clement. religiosi*, item quod possint huiusmodi potestatem committere aliquibus fratribus in suis monasteriis, de quibus sibi visum fuerit, quos etiam mutare liceat, cum sibi videbitur expedire, dum tamen huiusmodi novitii non fecerint in fraudem se absolvi ut ad seculum revertantur.

1330. Item quod omnes et singuli fratres dicti ordinis per confessores, quos elegerint, possint absolvi plenarie a culpa et pena in mortis articulo quodque, ut melius

cum aliis fratribus in comestionibus et religiosis actibus se conforment, penitentia pro huiusmodi absolutione iniungatur eisdem in psalmis, orationibus, missis aliisque honestis et non in ieiuniis.

Fiat de omnibus. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Februarii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *iuxta.* com sinal de erro.

(2) As palavras *tempore alicuius necessitatis* foram acrescentadas pelo papa, segundo a seguinte anotação marginal à esquerda do texto: *Ista verba sunt de manu domini nostri pape. P.*

(3) No ms. *singule*, com sinal de erro.

(4) Esta palavra foi acrescentada na entrelinha, por cima das palavras *minores penitentiarii sedis apostolice*, por ter sido acrescentada na súplica original pelo papa. As primeiras duas foram riscadas pelo papa, segundo anotação marginal à esquerda do texto: *Sic cass. in originali et de manu pape est supra. P.* Sobre as palavras *sedis apostolice* vem sinal de erro.

1331

1429, Janeiro 26

O conde de Barcelos D. Afonso, patrono da igreja paroquial de S. Paio de Principais da diocese de Braga, pede a anexação a esta igreja da paróquia de Santa Maria de Gilmonde, também pertencente ao seu direito de padroado e diocese bracarense, vacante pela renúncia de Vasco Afonso.

Reg. Suppl. 235, fl. 29v-30.

Beatissime Pater, cum in diocesi Bracarensi quedam parrochialis ecclesia sancti Pelagii de Principaas predicte diocesis, cuius presentatio et iurispatronatus, exemptio ad illustrem principem Alfonsum, comitem de Barcellos et regis Portugalie filium, spectat (1) et pertinet et ad quam ecclesiam parrochialem idem comes, cum sit in loco devotissimo et honesto, singularem gerit devotionem, exigua, tenuis et pauper in fructibus et redditibus existat, sic et in tantum quod vix potest clericus pro tempore inibi ad divina officia ministrandum aliqualiter sustentari cupiatque prefatus comes ut in divinis administrationibus [fl. 30] et aliis divinis officiis magis assidue [ac] copiosius quam hactenus in dicta parrochiali ecclesia, que nedum guerrarum turbinibus sed etiam pestiferis mortalitatibus (2) et aliis fere depopulata et destructa existat in tantum quod iam minatur ruinam, insistatur, predictam parrochialem ecclesiam sancti Pelagii in huiusmodi fructibus aliquantulum augmentari, supplicat igitur S. V. prefatus Alfonsus, comes de Barcellos (3), regis Portugalie filius predictus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, quamdam aliam parrochialem ecclesiam sancte Marie de Girmundi dicte diocesis, que etiam sui iuris patronatus existit et sibi dicte ecclesie et non alteri pertinet presentatio, que etiam non minus prefata ecclesia sancti Pelagii est depopulata, sic quod fructus eiusdem ultra decem et septem librarum Turonensium parvorum secundum valorem communem annuum non excedunt, vacantem per renuntiationem causa permutationis in manibus loci Ordinarii per quemdam Valascum Alfonsi factam, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, etiam si per obitum dicti

Valasci vel per quamcumque aliam personam vel per liberam aliam resignationem, coram notario et testibus sponte et libere factam, vel constitutionem *Execrabilis* aut c. *De multa* vacet, etiam si devoluta vel generaliter aut specialiter reservata seu affecta aut litigiosa, cuius litis statum, etc., hic habere dignemini pro sufficienter expresso, existat, prenominate ecclesie sancti Pelagii de Principaas dicte diocesis, cui est confinis, cum omnibus suis fructibus, iuribus et obventionibus ac emolumentis annexare, unire et imperpetuum incorporare misericorditer dignemini de gratia speciali. Constitutionibus apostolicis ac loci Ordinarii minime licentia requisita, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de consensu. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Februarii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *expectat.*
(2) No ms. *mortalibus*, com sinal de erro.
(3) No ms. *Bar.los*, com sinal de erro.

1332

1429, Janeiro 26

João Anes, prior conventual do mosteiro de S. Salvador de Grijó da diocese do Porto, imediatamente sujeito à Santa Sé, o qual depois da morte do prior Gonçalo Peres Ferreira fora eleito prior antes de Martinho V ter subido ao papado e depois conseguira o priorato por letras do mesmo Sumo Pontífice, conservando-o por mais de nove anos até que Vasco Peres, prior do mosteiro de Santa Maria de Baltar da mesma Ordem de Santo Agostinho, da diocese de Lamego, sob pretexto de que ele estava excomungado e retinha uma concubina e cometera outras faltas, alcançou letras apostólicas com o fim de o privar do priorato, pede ao papa designe pessoa proba que examine o assunto, declarando nulas tais letras apostólicas, e solicita a provisão do mosteiro a seu favor.

Reg. Suppl. 235, fl. 44v-45.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte humilis et devoti vestri Johannis Johannis, prioris prioratus conventualis sancti Salvatoris de Ecclesiola, Romane Ecclesie immediate subiecti, ordinis sancti Augustini Portugalensis diocesis, quod licet ipse prioratum predictum dudum ante assumptionem S. V. ad papatum per obitum quondam Gundissalvi Petri Ferreyra vacantem et ad quem concorditer per illius conventum electus fuerat, postmodum auctoritate litterarum vestrarum assecutus fuerit, tamen dudum, postquam ipse per novem annos et ultra prioratum ipsum pacifice possederat, quidam Valascus Petri, assertus prior monasterii beate Marie de Baltar predicti ordinis Lamacensis diocesis inter alia suggerens eidem S. quod idem [fl. 45] [...]. in excommunicatione existens divina celebraverat et se illis immiscuerat ac concubinam tenuerat ac duo casalia ad prioratum predictum spectantia illi ad vitam suam dederat ac bona alia eiusdem prioratus plurimum dilapidaverat et destruxerat, eadem S. certo iudici in partibus dedit in mandatis per suas litteras certo modo ut in scriptione premissa litteras huiusmodi seu collationem et pro-

visionem et quecumque inde secuta nullius existere firmitatis declararet aut eumdem Johannem prioratu predicto privaret, prout in eisdem litteris ab eodem Valasco obtentis, quarum tenorem, quantum expediat, in confectione litterarum exprimendum, hic habere dignemini pro sufficienter expresso, plenius continetur. Verum, Pater Sancte, quamquam prefatus Valascus, in petitione seu supplicatione sua per eamdem S. signata, ex qua huiusmodi sue littere processisse creduntur, dispositive narraverit quod idem Johannes Johannis prioratum predictum nondum per decennium possederat seu detinuerat, tamen in litteris desuper confectis id minime reperitur expressum. Supplicat igitur eidem S. prefatus Johannes qui tempore impetrationis prefati Valasci prioratum ipsum nondum per decennium, quinymo circa decennium possederat quique in Romana Curia presens existit et se ab huiusmodi per prefatum Valascum expositis insentem (1) et innocentem sentit et ita in eadem Curia probationes ad hoc habens, probare intendit, quatinus alicui probo viro in dicta Curia committere dignemini et mandare ut super innocentia eiusdem Johannis se diligenter informet ipsumque Johannem iuxta merita probationum coram eo per ipsum Johannem faciendarum innocentem fore pronuntiet et declaret ac etiam si expediat eidem iudici committere et mandare dignemini ut si sibi constiterit quod in supplicatione pro eodem Valasco super hec impetrata sit specialiter expressum quod idem Johannes prioratum predictum nondum per decennium possederat et hoc in litteris superinde confectis specialiter exprimi sit obmissum, litteras ab eodem Valasco impetratas [fl. 45v] [...] et declaret invalidas, irritas et inanes ac irrita et inania et invalida nulliusque extitisse vel existere roboris vel momenti et insuper, prout in confectione litterarum idem Johannes duxerit eligendum ex habundanti cautela de dicto prioratu sancti Salvatoris, cuius fructus, etc., trecentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur quocumque premissorum modorum, sive alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem, etiam coram notario publico et testibus vel assecutionem incompatibilis vacet vel dispositioni apostolice specialiter vel quomodolibet generaliter reservatus, devolutus, curatus, electivus, litigiosus in Curia vel extra, cuius statum, etc., existat, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus, etc., ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur auditori camere. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Februarii, anno duodecimo.

(1) No ms. *impositis insentem*, com sinal de erro.

1333

1429, Janeiro 30

D. Afonso, conde de Barcelos, patrono da igreja paroquial de S. Paio de Principais da diocese de Braga, pertencente ao seu direito de padroado, pede a incorporação e união a esta igreja da igreja paroquial de Santa Maria de Gilmonde da dita diocese de Braga, vacante por renúncia de Vasco Afonso.

Reg. Suppl. 244, fl. 164-164v.

Beatissime Pater. Cum in diocesi Bracharensi quedam parrochialis ecclesia de Sant Paes de Principaas predicte diocesis, cuius ecclesie parrochialis presentatio et ius patronatus (1) ad illustrem principem, comitem de Barcelos, regis Portugalie filium, exempte spectat (2) et ad quam prefatus comes, cum dicta ecclesia sit in loco honesto et devoto, singularem gerit devotionem, necnon et eamdem ecclesiam, cum pauper et in facultatibus exigua existat in tantum quod vix valet clericus inibi residens nec potest de facto aliqualiter sustentari, cupiat in maioribus facultatibus, ut in divinis copiosius quam hactenus et frequentius in dicta ecclesia, que nedum guerrarum turbinibus, sed etiam mortalitatibus, est destructa et fere depopulata, deserviatur in divinis, et per clericum magis in divinis inibi pro tempore existens insistatur, prefatam ecclesiam et in redditibus aliquantulum meliorari, supplicat igitur eidem S. V. predictus comes de Barcelos, regis Portugalie filius, quatinus sibi specialem gratiam facientes, quamdam aliam parrochialem ecclesiam beate Marie de Girmundi dicte Bracharensis diocesis, que non minus predicta ecclesia sancti Payo anichilata (3) quasi est et destructa in tantum quod vix in facultatibus decem et octo librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacantem per renuntiationem de ea ex causa permutationis in manibus Ordinarii per quondam Velascum Alfonsi dum viveret factam, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per obitum dicti Valasci Alfonsi vel constitutionem *Execrabilis* aut c. *De multa* vel per liberam resignationem coram notario et testibus in partibus per quamcumque personam aliam factam vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii (4) ad sedem apostolicam legitime devoluta, affecta aut alias generaliter vel specialiter reservata, etiam si litigiosa, cuius litis statum, etc., hic habere dignemini pro sufficienter expresso, existat, prefate ecclesie de Sant Payo dicte diocesis, cuius fructus, etc., ultra sedecim libras valorem [fl. 164v] annuum non excedunt Turonensium similium, annexare, unire et perpetuo incorporare misericorditer dignemini de gratia speciali, quibuscumque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis in contrarium facientibus non obstantibus et clausulis oportunis, attento, Pater Beatissime, quod dicte parrochialis ecclesie presentatio et ius patronatus (5) ad dictum comitem pertinet et est alteri de Sant Paays convicina et propinqua. — *Fiat ut petitur de consensu. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Februarii, anno duodecimo.

(1) No ms. *patronatum.*
(2) No ms. *expectat.*
(3) No ms. *anichi.ta*, com sinal de erro.
(4) No ms. *consilii.*
(5) No ms. *patronatum.*

1334

1429, Fevereiro 7

Rodrigo Afonso, clérigo da diocese de Tui, em litígio com Martinho Anes, clérigo da diocese de Braga, sobre a igreja paroquial de S. Martinho de Salreu da diocese de Coimbra, pede que o ouvidor das causas do palácio apostólico João de Mella seja encarregado da causa e solicita a provisão a seu favor, se constar que nenhum dos contendentes tem direito a ela.

Suppl. 235, fl. 76-76v.

Beatissime Pater. Orta dudum in partibus coram certo iudice inter devotum vestrum Rodericum Alfonsi, clericum, et Martinum Johannis, assertum clericum Tudensis et Bracharensis diocesum, super parrochiali eclesia sancti Martini de Sarleu Colimbriensis diocesis, ad quam tunc per obitum quondam Stephani Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, vacantem, Rodericus predictus canonice presentatus extitit, et eius occasione materia questionis et diffinitiva adiudicatoria contra prefatum Martinum et pro dicto Roderico promulgata, idem Martinus ab ipsa sententia ad sedem apostolicam appellavit seu saltem pro parte illius appellatum fuit. Cum autem a nonnullis asseratur neutri litigantium predictorum in prefata ecclesia seu ad eam ius competere, supplicat humiliter S. V. Rodericus prefatus quatinus statum huiusmodi cause, si commissa sit, presentibus habentes pro expresso, iudici eiusdem cause, vel quatinus commissa non sit, illam venerabili viro domino Johanni de Mella (1), palatii apostolici causarum auditori, committere audiendam et fine debito terminandam, cum omnibus et singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis et si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri litigantium eorumdem in prefata ecclesia seu ad eam ius habere, illam, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem alicuius de illa in dicta Curia vel extra eam coram notario et testibus sponte factam seu assecutionem alicuius alterius beneficii ecclesiastici, quavis auctoritate collati, seu constitutionem *Execrabilis* vacet ac specialiter vel generaliter reservata, devoluta seu in dicta Curia vel extra eam alias litigiosa sit, litis statum, etc. (2), presentibus habentes pro expresso, dicto Roderico conferat et provideat etiam de illa. Non obstañ quod unum perpetuum beneficium, bacalariatus nuncupatum, in ecclesia Portugalensi, cuius fructus, etc., decem librarum Turonensium similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, obtinet, ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria exprimenda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. [... *Fiat ut petitur. O.*].

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Februarii, anno duodecimo.

---

(1) João de Mela, deão de Cória, nomeado ouvidor a 30 de Janeiro de 1423, bispo de Leão em Abril de 1434, transferido em Abril de 1440 para a sé de Samora, referendário da Signatura, regente da chancelaria, nomeado em Abril de 1455, e criado cardeal do título de Santa Prisca por Calisto III a 17 de Dezembro de 1456, passado depois ao título de S. Lourenço in Damaso. Morreu a 12 de Outubro de 1467. Cf. KATTERBACH, OFM, B., *Referendarii utriusque signaturae a Martino V ad Clementem IX et praelati signaturae supplicationum a Martino V ad Leonem XIII*, Bibl. Apost. Vaticana, 1931, pp. 16-17; EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, II, Monasterii, 1914, p. 12, 63, 64, 174, 271.

(2) No ms. *et*, com sinal de erro.

1335

1429, Fevereiro 11

João Álvares, clérigo do Porto, pede nova provisão da igreja paroquial de S. Martinho de Rio de Moinhos da diocese do Porto, por se duvidar da validade da primeira provisão feita pelo papa.

Reg. Suppl. 237, fl. 168v-169.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto oratori vestro Johanni Alvari, clerico Portugalensi, de parrochiali ecclesia sancti Martini de Rio de Moinhos (1) Portugalensis diocesis, vacante per liberam resignationem de ea factam per quemdam Velascum Alfonsi [fl. 169] in manibus eiusdem S. vel fiendam gratiose providit, prout in supplicatione desuper confecta et vestra beatissima manu signata, cuius tenorem etiam hic habere dignemini pro sufficienter expresso, plenius continetur. Verum, Beatissime Pater, cum ab aliquibus asseratur prefatam ecclesiam quoad mediam partem iuris (2) patronatus existere et propterea idem Johannes Alvari predictus dubitet huiusmodi provisionem viribus non subsistere, dignetur igitur eadem S. V. provisionem, etc., et quecumque exinde secuta ratas et gratas rataque et grata habere et ea ex vestra certa scientia confirmare necnon de dicta parrochiali ecclesia sancti Martini predicti, que iuris patronatus ut premittitur existit et cuius fructus quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ut premittitur vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel [per] liberam resignationem hic in Romana Curia vel extra eam coram notario et testibus sponte factam vel per constitutionem *Execrabilis* aut capitulum *De multa* vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta seu affecta aut alias generaliter vel specialiter reservata, etiam si litigiosa existat, eidem Johanni dignemini de novo misericorditer providere. Non obst. gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria eiusdem S. exprimenda, et aliis non obstañ et cum clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Februarii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *Ros de Mondes.*

(2) No ms. *ius*, com sinal de erro.

1336

1429, Fevereiro 12

Nova súplica de Estêvão Lourenço, sacerdote da diocese de Braga, sobre a igreja paroquial de S. Paio de Principais da dita diocese, por se ter omitido na súplica anterior que esta igreja vagava pela consecução da igreja paroquial de Santa Eulália de Lanheses da diocese de Tui, que ele abandonara em seguida.

Reg. Suppl. 235, fl. 139.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto oratori vestro Stephano Laurentii, presbytero Bracharensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancti Pelagii de Principaes dicte diocesis gratiose providit, prout de huiusmodi provisione in quadam supplicatione, manu vestra beatissima signata per *Fiat ut petitur*, latius patet, in cancellaria S. V. exprimenda, cumque, Beatissime Pater, propter errores formantis supplicationem fuerit omissum quod huiusmodi parrochialis ecclesia de Principaes vacabat per assecutionem parrochialis ecclesie sancte Eulalye de Lanehises Tudensis diocesis, eidem Stephano vigore gratie expectative,

auctoritate apostolica facte, quam demum dimisit, spoliatus eadem, dignetur igitur eadem S. V. litteras apostolicas super huiusmodi provisione faciendas cum expressione dictorum verborum omissorum ut prefertur expediri mandare dignemini in cancellaria et ubique de gratia speciali, cum non obstañ et clausulis in dicta supplicatione contentis et petitis. — *Fiat. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Februarii, anno duodecimo.

1337

1429, Fevereiro 13

Nova súplica de João Caminha, cónego de Tui, sobre o mosteiro de S. Salvador de Alveos, para reduzi-lo a simples benefício secular sem cura e não a igreja paroquial, porque o mosteiro situado na paróquia de S. João de Alveos não tinha paróquia nenhuma nem paroquianos.

Reg. Suppl. 235, fl. 74-74v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto vestro Johanni Ca[m]mina, canonico ecclesie Tudensis, de monasterio monialium sancti Salvatoris de Alveos ordinis sancti Benedicti [fl. 74v] [...] parrochialem ecclesiam redigi concedendo, provideri gratiose concessit, prout in supplicatione et reformatione desuper confectis, quarum tenores, etc., plenius continetur. Verum, Pater Sancte, dictum monasterium infra parrochiam ecclesie sancti Johannis de Alveos dicte diocesis constitutum nullos habet parrochianos nec parrochiam. Supplicat igitur eidem S. V. dictus Johannes quatinus litteras apostolicas super dictis supplicatione et reformatione conficiendas in cancellaria apostolica et ubique quod dictum monasterium non in parrochialem sed in simplex beneficium seculare sine cura reddigatur expediri (1) mandare dignemini gratiose, cum non obstañ et clausulis aliis in dictis supplicatione et reformatione contentis et petitis et sub prima data. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Februarii, anno duodecimo (2).

---

(1) No ms. *expedire*, com sinal de erro.

(2) Além dos documentos de 25 e 27 de Nov. de 1428 (cf. n. 1308-1309), que são súplicas deste João Caminha, neste ano, temos outras súplicas de clérigos ou benefícios de Tui, como a de Afonso Fernandes, perpétuo porcionário na igreja de Tui, com data de *Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Decembris, anno duodecimo* (Reg. Suppl. 233, fl. 126v-127). Do ano anterior registamos a do Reg. Suppl. 231, fl. 3, de *Gundissalvus de Brandariz*, monge do mosteiro de Santa Maria de Oya, para transitar a outra Ordem, a do Reg. Suppl. 223, fl. 59, de *Valascus Laurentii* com data de *Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Aprilis, anno undecimo*, a de *Johannes de Basseio, canonicus Tudensis* (Reg. Suppl. 223, fl. 130-130v), com data *Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Julii, anno undecimo*, outras no mesmo Reg. Suppl. 223, fl. 115, 173. Registamos ainda as de *Johannes Cammina, canonicus Tudensis* sobre o most. *monialium sancte Marie de Tuminio ordinis sancti Benedicti Tudensis diocesis*, com data de *Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Julii, anno undecimo* (Reg. Suppl. 227, fl. 18v-19v) e com data de *Genezani, Penestrine diocesis, undecimo Kalendas Augusti, anno undecimo* (Reg. Suppl. 227, fl. 178). Ainda do mesmo Reg. Suppl. 227, fl. 214v-215 a de *Valascus Laurentii Lasso, canonicus Tudensis*, com data de *Genezani, Penestrine diocesis, pridie Idus Julii, anno undecimo*. Do Reg. Suppl. 225, fl. 45, 116v, registamos duas sobre a igreja de Santa Maria de *Tolperit Tudensis*

diocesis, a última das quais com data de *Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Maii, anno undecimo*. Do Reg. Suppl. 226, fl. 99v-100, 150, as de *Johannes Cammina de Lira, canonicus Tudensis*, com datas de *Rome, apud Sanctos Apostolos*, respectivamente *decimo Kalendas Julii* e *quintodecimo Kalendas Junii, anno undecimo* e outra de *Valascus Laurentii Lasso, canonicus Tudensis* (Reg. Suppl. 226, fl. 252). Do Reg. Suppl. 229, fl. 83-83v, 85-85v, recordamos as de *Johannes Cammina, canonicus Tudensis* sobre o arcediagado de Montes, com data de *Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Nonas Octobris, anno undecimo* e a de *Velascus Fernandi, presbyter Tudensis diocesis* com data de *Genezani Penestrine diocesis, tertio Nonas Septembris, anno undecimo*. Do Reg. Suppl. 230, fl. 98, 126, registamos as de *Valascus Laurentii, canonicus Tudensis*, com data de *Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonis Aprilis, anno undecimo* e de *Rodericus Johannis, presbyter, rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Oliveyra Tudensis diocesis*, com data de *Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Novembris, anno undecimo*. Ainda do mesmo Reg. Suppl. 230, fl. 144v-145, 160-160v, as de *Johannes Cammina de Lira, canonicus ecclesie Tudensis de soluto barone genitus et soluta*, sobre o arcediagado de Minhor, com data respectivamente de *Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Novembris* e *sexto Idus Novembris, anno undecimo*.

1338

1429, Fevereiro 14

O Infante D. Pedro pede autorização para transferir a vila de Buarcos, sujeita a inundações do mar e sem muralhas, para lugar mais alto, pertencente ao mosteiro de Santa Cruz de Coimbra, dando em troca ao mosteiro outras terras e bens.

Reg. Suppl. 235, fl. 232v-233.

Beatissime Pater. Cum habitatores et incole ville de Buarcos Colimbriensis diocesis, devotissimi filii vestri Petri, ducis Colimbriensis et regni Portugalie secundogeniti, temporali ditioni subiecte, propter tempestates crebrasque maris apud villam ipsam decurrentis inundationes varia quotidie patiantur pericula et incommoda possentque propterea, cum villa ipsa muris circumdari non possit, per infideles et inimicos, in quorum sunt confinibus, de facili expugnari et invadi, idem infans hoc provide considerans, villam ipsam ad quamdam terram in loco alto sitam et ad hoc bene congruam, ad monasterium sancte Crucis Colimbriensis ordinis sancti Augustini legitime pertinentem transferre et muris aliisque munitionibus etiam pro communi reipublice bono circumdari et vallari necnon abbati et conventui ipsius monasterii alia possessiones et bona eis longe magis utilia fructuosa realiter tradere et consignare proponit, si super hoc apostolice sedis auctoritas et licentia suffragentur eidem, supplicat igitur S. V. dictus infans quatinus alicui prelato in partibus illis et si placet reverendo patri domino episcopo Colimbriensi committere et mandare dignemini ut si, diligenti per eum (1) super premissis informatione recepta, premissa vera esse idque in evidentem utilitatem dicti monasterii redundare sibi constiterit, ipsi infanti, si et postquam abbati et conventui prefatis alia possessiones et bona evidenter magis utilia ut prefertur realiter cum effectu consignaverit, villam predictam cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, franchisiis, libertatibus, iuribus et pertinentiis suis ad dictam [fl. 233] [...] faciat [...] Non obstantibus constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, si in evidentem.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Martii, anno duodecimo.

(1) No ms. *eam*.

1339

1429, Fevereiro 16

Certo espanhol de nome Luís pede o perpétuo benefício da igreja paroquial de S. Salvador de Corregana da diocese de Sevilha, a que o bispo de Mégara D. André Dias renunciara, sem dele tomar posse, embora fosse dele provido quando vagara por morte de Toríbio Martins.

Reg. Suppl. 235, fl. 284v. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n.º 97.

[...] quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetuo simplici beneficio servitorio nuncupato in parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Corregana Ispalensis diocesis, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, per liberam resignationem domini Andree, episcopi Megarensis (1), qui illud dudum per obitum quondam Toribii Martini, extra Romanam Curiam defuncti, vacans, vigore certe gratie expectative per eamdem S. eidem episcopo concesse, infra tempus legitimum acceptavit et de illo sibi provideri fecit, possessione per eum de illo non habita, in manibus eiusdem S. per se vel procuratorem legitimum sponte factam et per eamdem S. admissam, vacante, sive ut premittitur, sive alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, seu per liberam resignationem dicti episcopi vel alterius, coram notario et testibus [factam] vel assecutionem alterius incompatibilis vacet, ac specialiter vel alias generaliter reservatum, devolutum, aut in Curia vel extra litigiosum, cuius statum, etc., existat, eidem L[udovico] dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod dictus Ludovicus aliud beneficium ecclesiasticum simplex servitorium sine cura parrochialis ecclesie sancti Johannis de la Palma dicte diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, constitutionibus et ordinationibus seu consuetudinibus ecclesie, civitatis et diocesis Ispaleñ, presertim quibus caveri dicitur quod nullus in eadem ecclesia, civitate et diocesi duo beneficia ecclesiastica, etiam simplicia et se invicem compatibilia simul obtinere possit, super quo cum eodem Ludovico (2) dignemini misericorditer dispensare, et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque, in confectione litterarum, in cancellaria exprimendis, cum clausulis oportunis. — *Fiat* [O.].

... ...

[fl. 285v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus et dispensamus ad sex menses. O. Fiat.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quartodecimo Kalendas Martii, anno duodecimo.

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 851.

(2) No ms. *Ludovici.*

1340

1429, Fevereiro 18

Nova súplica de Fernando Peres, clérigo da diocese de Évora, a pedir a confirmação da consecução de certos rendimentos destinados por Nuno Pais para certas missas na igreja paroquial de Santa Maria de Avis, a administrar pelo parente mais chegado.

Reg. Suppl. 232, fl. 242v.

Pater Beatissime. Nuper S. V. devoto vestro Fernando Petri, clerico Elborensis diocesis, confirmationem assecutionis per eum facte de nonnullis redditibus per quondam Nonium Payez pro certis missis in parrochiali ecclesia beate Marie d'Avis dicte diocesis ordinatis et per propinquiorem eius parentem ministrandis gratiose concessit, prout in supplicatione, cuius copia suprascribitur, latius continetur. Cum autem, Pater Sancte, in dicta supplicatione inadvertenter fuerit expressum dictos redditus perpetuam capellaniam et sic ecclesiasticum beneficium existere, supplicat igitur eidem S. V. dictus Fernandus quatinus litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas cum expressione videlicet quod non beneficium, sed dumtaxat fructus preinsertum valorem non excedentes, ad dictum opus iuxta intentionem supradicti testatoris exponendi fuerint quodque dictus Fernandus illos alias ut petit retinere valeat in cancellaria apostolica et ubique expediri mandare dignemini de gratia speciali, omnibus in dicta supplicatione contentis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Concessum, servata voluntate fundatoris. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Martii, anno duodecimo.

1341

1429, Fevereiro 18

D. João, conde de Fuxo, pede o indulto para Álvaro Fernandes de Almeida, do reino de Portugal e bacharel em medicina, seu médico cirurgião, receber o grau do magistério em qualquer Estudo Geral, apesar de não ter concluído todos os cursos universitários.

Reg. Suppl. 246, fl. 36-36v.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devoti filii vestri Johannis, comitis de Fuxo, quod cum devotus orator vester Alvarus Fernandi dAlmeyda regni Portugalie, Aquitaniensis diocesis, bacallarius in medicina, medicus et cirurgicus (1) ipsius comitis, propter servitium ipsius comitis omnes suos cursus non potuerit in studio medicine facere neque complere, licet fecerit aliquos, supplicatur eidem S. pro parte dicti comitis [fl. 36v] quatinus eidem Alvaro ut licentie et magisterii gradus in quocumque Studio generali

recipere possit et illis insigniri (2), non obstañ quod non compleverit ut prefertur cursus suos. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus Studii, in quo fuit bacallarius, et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Martii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *surgicus*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

1342

1429, Fevereiro 21

Pedro Gonçalves, reitor da igreja paroquial de S. Félix da Marinha da diocese do Porto, pede outro benefício eclesiástico.

Reg. Suppl. 237, fl. 13.

Beatissime Pater. Dignetur S. V. cum devoto vestro Petro Gundissalvi, rectore abbate nuncupato parrochialis ecclesie sancti Felicis de Marina Portugalensis diocesis, ut unum aliud beneficium ecclesiasticum curatum, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium in cathedrali vel collegiata ecclesia aut parrochialis ecclesia fuerit, si sibi alias canonice conferatur, recipere et una cum dicta ecclesia, cuius fructus, redditus et proventus quadraginta florenorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, quoad vixerit retinere et tam sancti Felicis quam beneficium predicta pro alio simili vel dissimili etiam curato permutare et illam vel illud, duo tantum incompatibilia, etiam recipere et insimul quoad vixerit retinere libere et licite valeat, generalis concilii (1) et aliis constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque nequaquam obstantibus, misericorditer dispensare. Non obstañ portionaria quam in ecclesia sancti Egidii de Arganil Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., decem florenorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, obtinet, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria vestra exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 13v]

... ...

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Martii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *consilii.*

1343

1429, Fevereiro 23

Pedro Anes, clérigo do Porto, solicita a igreja paroquial de S. Martinho de Rio de Moinhos da diocese do Porto que João XXIII concedera em comenda a Vasco Afonso, prior do mosteiro de S. Salvador de Freixo da Ordem de Santo Agostinho e diocese de Braga, durante dez anos, a qual igreja vagava então por morte de Gonçalo Afonso, visto que o tempo da concessão estava para expirar.

Reg. Suppl. 246, fl. 9-9v.

Beatissime Pater. Dudum bone memorie Baldassar, episcopus Tusculanus, in eius obedientia Johannes vicesimus tertius nuncupatus (1), parrochialem ecclesiam sancti Martini de Rio de Moinhos Portugalensis diocesis, tunc per obitum quondam Gunsalvi Alfonsi, in Romana Curia defuncti, vacantem Valasco Alfonsi, priori monasterii sancti Salvatoris de Freixo ordinis sancti Augustini Bracharensis diocesis, per eum usque ad decennium, postquam regiminis et administrationis bonorum ipsius monasterii possessionem assecutus foret, tenendum commendavit, prout in ipsius Baldassaris, tunc Johannis vicesimi tertii, litteris desuper confectis, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, finis eiusdem decennii in brevi instare noscatur et propterea quam primum illud expiraverit, dicta ecclesia ut prefertur vacare censeatur, supplicat S. V. devotus vester Petrus Johannis, clericus Portugalensis, quatinus sibi de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione [fl. 9v] valorem annuum non excedunt et cuius medietas de iure patronatus laicorum existit, cum dicta commenda lapsa fuerit, sive ex tunc adhuc ut premittitur vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacet et specialiter vel generaliter reservata, devoluta vel litigiosa in dicta Curia aut extra eam sit, cuius litis statum, etc., pro expresso, providere seu provideri mandare dignemini de gratia speciali. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Martii, anno duodecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 836.

1344

1429, Fevereiro 23

Nova súplica de Estêvão Lourenço, sacerdote da diocese de Braga, sobre a igreja paroquial de S. Paio de Principais da dita diocese, vacante pela consecução da igreja paroquial de Santa Eulália de Lanheses da diocese de Tui, que ele abandonara em seguida.

Reg. Suppl. 246, fl. 65.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto vestro Stephano Laurentii, presbytero Bracharensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancti Pelagii de Principaaes dicte diocesis gra-

tiose (1) providit, prout de huiusmodi provisione in quadam supplicatione, manu vestra beatissima signata per *Fiat ut petitur*, latius (2) patet, in cancellaria eiusdem S. V. exprimenda, cumque, Beatissime Pater, propter errorem formantis supplicationem fuerit omissum quod huiusmodi parrochialis ecclesia de Principaes vacabat per assecutionem parrochialis ecclesie sancte Eulalie de Lanhises Tudensis diocesis eidem Stephano vigore gratie expectative auctoritate apostolica factam, quam demum dimisit, spoliatus eadem, dignetur igitur eadem S. V. litteras apostolicas super huiusmodi provisione conficiendas cum expressione dictorum verborum omissorum ut prefertur expediri mandare (3), in cancellaria et ubique de gratia speciali. Cum non obstañ et clausulis in dicta [supplicatione] (4) contentis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Martii, anno duodecimo.

(1) No ms. *gracro*, com sinal de erro.
(2) No ms. *latuit*, com sinal de erro.
(3) No ms. a mais a palavra *dignemini*, mas com sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *supplicatione*.

1345

1429, Fevereiro 25

Renovação do pedido da união da igreja de Santa Maria de Gilmonde da diocese de Braga, feito pelo conde de Barcelos, à igreja paroquial de S. Paio de Principais da mesma diocese, por se duvidar do valor da permuta de Vasco Afonso que a ela resignara por esse motivo, mas continuara na posse da mesma até à morte.

Reg. Suppl. 232, fl. 234-234v.

Beatissime Pater, alias S. V. super unione parrochialis ecclesie beate Marie de Germundi Bracarensis diocesis parrochiali ecclesie sancti Pelagii de Principaas eiusdem diocesis fienda certam supplicationem, in qua continetur quod ipsa ecclesia beate Marie per liberam resignationem quondam Velasci Alfonsi ex causa permutationis extra Romanam Curiam facte vacet, ad instantiam Alfonsi comitis de Barcellos (1), dictarum ecclesiarum patroni laici, gratiose signavit. Verum, Pater Sancte, de huiusmodi permutationis viribus, cum dictus V[elascus] semper possessor pacificus dicte ecclesie beate Marie etiam tempore obitus sui fuerat, plurimum hesitatur et sic ipsam ecclesiam per obitum ipsius Velasci, extra dictam Curiam defuncti, vacare est verisimilis coniectura, dignetur igitur eadem S. litteras [fl. 234v] apostolicas super ipsa supplicatione conficiendas cum expressione quod eadem ecclesia per obitum huiusmodi vacat ut prefertur et cum clausula etiam si ipsa ecclesia per dictam resignationem vacet, expediri mandare de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum non obstañ et clausulis in dicta supplicatione contentis et aliis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Martii, anno duodecimo.

(1) No ms. *Bar.los*, com sinal de erro.

1346

1429, Fevereiro 28

Súplica de Rodrigo Afonso, clérigo da diocese de Tui, em litígio com Martinho Anes, clérigo da diocese de Braga, sobre a igreja de S. Martinho de Salreu da diocese de Coimbra, a corrigir a exposição da anterior.

Reg. Suppl. 232, fl. 250v.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto vestro Roderico Alfonsi, clerico Tudensis diocesis, tunc asserenti quod Martinus Johannis, assertus clericus Bracharensis diocesis, a quadam diffinitiva sententia contra eum in causa que inter ipsos Rodericum et Martinum super parrochiali ecclesia sancti Martini de Sarleu Colimbriensis diocesis et eius occasione in partibus ventilata fuerat, ad sedem apostolicam appellaverat, cum commissione cause huiusmodi in Curia, gratiam concessit de si neutri, ut in supplicatione desuper signata, cuius tenorem hic habere placeat pro expresso, plenius continetur. Verum Martinus predictus non a diffinitiva sententia, cum nulla in dicta causa lata sit, sed tantum a quibusdam gravaminibus, que sibi, ut in cancellaria exprimetur, pretendit illata, ad sedem apostolicam appellavit eamdem. Supplicat igitur humiliter S. V. Rodericus prefatus quatinus litteras super dicta supplicatione conficiendas secundum hoc, prout opus fuerit, expediri mandare dignemini de gratia speciali. Cum non obstañ et clausulis in dicta supplicatione expressis atque aliis necessariis et oportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Martii, anno duodecimo.

1347

1429, Março 5

Rodrigo Afonso, clérigo da diocese de Tui, corrige súplica anterior sobre a igreja paroquial de S. Martinho de Salreu da diocese de Coimbra.

Reg. Suppl. 232, fl. 272-272v.

Reformatio Roderici Alfonsi, clerici, super parrochiali ecclesia de Sarleu Colimbriensis diocesis (1).

Beatissime Pater. Cum in supplicatione suprascripta fuerit ex inadvertentia petita committi in Romana Curia causa appellationis huiusmodi, dignetur S. V. ut partibus ipsis parcatur laboribus et expensis, litteras super huiusmodi supplicatione conficiendas cum commissione cause huiusmodi alicui probo viro in partibus et non in Curia expediri misericorditer mandare de gratia speciali, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apos-

tolicis etiam de una ac duabus dietis, stilo cancellarie ac aliis in dicta supplicatione contentis ceterisque [fl. 272v] in contrarium facientibus non obstantibus et cum clausulis opportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Martii, anno duodecimo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

1348

1429, Março 8

Súplica de Gonçalo Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, sobre a igreja paroquial de Santo André de Telões, vacante por João Gonçalves Pereira não se ter ordenado de sacerdote dentro do prazo requerido.

Reg. Suppl. 237, fl. 153v.

Supplicat S. V. devotus vester Gundissalvus Gundissalvi, clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Andree de Tollões dicte diocesis, cuius fructus, etc., ducentorum florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod Johannes Gundissalvi Pereyra dictam ecclesiam per annum et ultra possidens, se non fecit, impedimento legitimo cessante et nulla super hoc canonica dispensatione obtenta, ad sacerdotium promoveri, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* aut assecutionem parrochialis ecclesie sancte Senorine de Basto eiusdem diocesis aut alterius beneficii incompatibilis, auctoritate qualibet sibi collati, vacet, etiam si devoluta, litigiosa, litis statum, etc., aut reservata specialiter vel generaliter existat, eidem Gundissalvo misericorditer providere dignemini aut provideri mandare, non obstañ gratia expectativa et dispensatione ad incompatibilia, in cancellaria exprimendis, et aliis non obstañ et clausulis oportunis; ex nunc autem in parrochiali ecclesia sancte Marie de Roosen Portugalensis diocesis, de qua sibi concessum est provideri, sponte et libere cedit. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Martii, anno duodecimo.

1349

1429, Março 8

D. João I, rei de Portugal, pede ao papa encarregue o arcebispo de Lisboa ou o bispo de Évora de reformar os Estatutos da Ordem de S. Tiago da Espada.

Reg. Suppl. 237, fl. 247v-248.

Beatissime Pater. Cum ordinationes et statuta ordinis militie sancti Jacobi de Spata plerumque propter diuturnitatem temporis in dissuetudinem conversa ac quedam minus necessaria et confusa nonnullaque ex eis minus rationabilia existant et propterea reformationis ministerio plurimum indigere noscantur, supplicat S. V. devotissimus eiusdem S. filius Johannes, rex Portugalie illustris, quatinus alicui prelato in illis partibus et si placet reverendis (1) patribus archiepiscopo Ulixbonensi et episcopo Elborensi committere et mandare dignemini ut, vocatis et sibi adiunctis aliquibus, de quibus sibi videbitur, dicti ordinis professoribus, ordinationes et statuta huiusmodi auctoritate apostolica examinet (2) et recenseat (3) diligenter [fl. 248] necnon iuris et equitatis insecuto tramite, illa ex eis que utilia et rationabilia seu condecentia fore innoverit (4), eadem auctoritate approbet et confirmet, reliqua vero minus utilia necessaria vel supportabilia supprimat, tollat atque casset, aliis vero debite reductionis et moderaminis presidiis addat vel detrahat, nova quoque ordinationes et statuta edat novaque et approbata ordinationes et statuta ab omnibus professoribus huiusmodi inviolabiliter observari per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia faciat (5), prout secundum Deum salubrem quoque et felicem statum religionis dicti ordinis ac professorum eiusdem cognoverit expedire, oportunam facultatem prelato (6) et episcopo huiusmodi in premissis omnibus et eorum singulis largientes. Non obstantibus constitutionibus apostolicis, antiquis statutis et consuetudinibus necnon privilegiis et indultis dicti ordinis et illius professoribus concessis, etiam si de eis et eorum totis tenoribus in presentibus plena et expressa mentio facienda foret, ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur infra biennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Martii, anno duodecimo.

(1) No ms. *reverendo*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro.
(5) No ms. sinal de erro.
(6) No ms. sinal de erro.

1350

1429, Março 8

D. João I, rei de Portugal, e seu filho o Infante D. João pedem ao papa indulto para o filho de nome João do dito Infante, com dois anos de idade, poder aceitar quaisquer preceptorias ou comendas da Ordem de S. Tiago da Espada.

Reg. Suppl. 237, fl. 248v.

Supplicant S. V. devotissimi filii vestri Johannes, rex Portugalie illustris, ac Johannes, ipsius regis quartogenitus, quatinus cum devoto vestro Johanne, eiusdem quartogeniti nato, in secundo etatis anno constituto, ut quascumque preceptorias sive commendas ordinis militie sancti Jacobi de Spata, que alias iuxta ipsius ordinis instituta invicem possent obtineri et quas sibi alias canonice commendari contigerit, in commendam huiusmodi recipere et

retinere libere et licite valeat dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ defectu etatis predicto ac constitutionibus apostolicis et statutis ac consuetudinibus dicti ordinis ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur de consensu. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Martii, anno duodecimo.

1351

1429, Março 10

O Infante D. Duarte pede o mosteiro de S. Salvador da Torre da Ordem de S. Bento e da diocese de Tui para Gonçalo Gomes, clérigo da diocese de Évora, dispensando-o de qualquer irregularidade e inabilidade por ter participado e matado infiéis em várias guerras contra os Sarracenos.

Reg. Suppl. 237, fl. 263-263v.

Beatissime Pater. Cum monasterium sancti Salvatoris de Turre ordinis sancti Benedicti Tudensis diocesis quod in suis edificiis et structuris destructum existit et in quo nullus monachus residet, sit ad presens per obitum quondam Gunsalvi, ultimi ipsius abbatis monasterii, apud sedem apostolicam defuncti, abbatis regimine destitutum, supplicat S. V. devotissimus eiusdem S. filius Eduardus, regis Portugalie primogenitus, in personam devoti vestri Gunsalvi Gometii, clerici Elborensis diocesis, ex utroque parente de nobili genere procreati suique familiaris continui commensalis, quatinus monasterium ipsum, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt et quod, ut asseritur, de iure patronatus dicti regis existit, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet et ex quavis causa eius provisio specialiter vel generaliter ad dictam sedem pertineat, eidem Gunsalvo Gometii per eum quoad vixerit tenendum, regendum et gubernandum commendare dignemini de gratia speciali, secum nichilominus super eo quod ipse Gunsalvus Gometii pro fide catholica certando plerisque vicibus in bellis contra Sarracenos et alios Christi nominis inimicos indictis interfuit, ubi nonnumquam homicidia et alie lesiones perpetrata fuerunt, in quantum opus est, dispensantes omnemque irregularitatis et inhabilitatis maculam abolentes. Non obstantibus constitutionibus apostolicis [fl. 263v] ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis vel, si non placeat sibi commendare, paratus est recipere habitum. —*Fiat ut petitur ad beneplacitum nostrum et habilitamus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Martii, anno duodecimo.

1352

1429, Março 10

João Fernandes, reitor da igreja paroquial de Vila Fria da diocese de Braga, pede outro benefício eclesiástico incompatível.

Reg. Suppl. 237, fl. 299-299v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Fernandi, rector parrochialis ecclesie de Villa Fria diocesis Bracharensis, [fl. 299v] quatinus ut ipse una cum eadem parrochiali [ecclesia] (1) unum aliud ecclesiasticum beneficium incompatibile aut dignitatem, personatum, administrationem vel officium, que pro curata reputetur, etiam si beneficium seu dignitas et ex auctoritate apostolica vel ordinaria existat vel alias quomodolibet conferatur, obtinere, retinere per septennium et si unum illorum quod maluerit, si sibi videbitur, pro alio seu aliis simplicibus beneficiis seu beneficio ex causa permutationis vel alias dimittere et loco dimissorum, totiens quotiens oportunum fuerit, possit et valeat permutare, cum eodem Johanne dignemini misericorditer dispensare de gratia speciali. Non obstañ supradicta parrochiali ecclesia et gratia expectativa, cuius fructus, etc., duodecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Martii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro, a designar talvez a omissão da palavra *ecclesia.*

1353

1429, Março 11

Antão Gonçalves, cónego de Lisboa e familiar do papa, solicita a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 237, fl. 274-274v.

Supplicat S. V. devotus vester Antonius Gundissalvi, canonicus Ulixbonensis, olim eiusdem S. familiaris continuus commensalis, quatinus sibi ut ipse quecumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus, prebende, dignitates, etc., in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis fuerint, que nunc obtinet et in futurum obtinebit, ex causa permutationis pro quibuscumque aliis beneficiis ecclesiasticis in manibus Ordinariorum locorum resignare et iidem Ordinarii tam a dicto Antonio quam a personis, cum quibus permutare voluerit, suorum ecclesiasticorum beneficiorum resignationes auctoritate apostolica recipere et admittere necnon illa que ipse Antonius personis predictis et alia beneficia huiusmodi que persone prefate resignaverint, etiam si sua et ipsa alia beneficia dispositioni [fl. 274v] apostolice specialiter vel generaliter, etiam ratione gratiarum suarum expectativarum, reservata existant, eidem Antonio et personis huiusmodi eadem auctoritate conferre et alia necessaria circa premissa facere libere et licite valeant, licentiam concedere dignemini de gratia speciali, generalibus reformationibus beneficiorum huiusmodi familiarium et aliis contrariis nequaquam obstantibus, cum clausulis necessariis et etiam oportunis. — *Fiat ut petitur infra annum. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Martii, anno duodecimo.

1354

1429, Março 11

D. João I, rei de Portugal, pede ao papa aprove a postulação que as monjas do mosteiro de S. Pedro de Arouca fizeram de Dona Teresa de Taíde para abadessa, a qual professara nesse mosteiro depois de ficar viúva, postulação essa feita depois que D. Garcia, bispo de Viseu, por comissão pontifícia, removeu do cargo a Beatriz de Almeida, em contenda com Leonor Pereira, que o bispo devia prover do mosteiro, sòmente no caso de ela ser digna e idónea.

Reg. Suppl. 237, fl. 289-289v.

Beatissime Pater. Nuper postquam S. V. litem inter quasdam Beatricem de Almeyda et Leonorem Pereyra, moniales monasterii sancti Petri de Arouca Cisterciensis ordinis Lamecensis diocesis, super regimine et administratione ipsius monasterii in Romana Curia diutius agitatam ex certis causis tunc expressis per suas litteras penitus extinguendo, reverendo patri domino Garsie, episcopo Visensi (1) inter alia dederat in mandatis ut dictam Beatricem a regimine et administratione huiusmodi amoveret, quam eadem S. etiam tunc amovit ac de persona dicte Leonoris, si ad hoc utilis et ydonea foret, alioquin de persona alterius monialis dicto monasterio provideret aliaque faceret, prout in eisdem litteris plenius continetur, idemque episcopus dicta Beatrice per eum iuxta formam litterarum earumdem a regimine et administratione huiusmodi amota, utilitatem et commodum ipsius monasterii proinde recensens, ut illi monialis utilis et ydonea attentius preficeretur, provisionem huiusmodi omittendam duxerat illamque devotis vestris oratricibus (2) conventui eiusdem monasterii commiserat, eedem conventus volentes ad electionem seu postulationem future abbatisse procedere, vocatis omnibus qui voluerunt, potuerunt, et debuerunt electioni seu postulationi huiusmodi commode interesse, die ad eligendum prefixa, ut moris est, convenientes in unum, devotam oratricem vestram Tarisiam de Taide, monialem ipsius monasterii expresse professam, bone et honeste vite ac ad regimen et administrationem huiusmodi plurimum utilem et ydoneam [fl. 289v] pro eo quod vidua existens, huiusmodi professionem emiserat, in suam et dicti monasterii abbatissam concorditer postularunt, que postulationi huiusmodi, illius sibi presentato decreto, consensit. Supplicat igitur S. V. devotissimus eiusdem S. et Romane Ecclesie filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex illustris, quatinus pro statu salubri ipsius monasterii, postulationem predictam et quecumque inde secuta approbare seu de persona dicte Tarisie prefato monasterio, cuius fructus, etc., duarum milium librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per ammotionem huiusmodi, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, et ex quavis causa eius provisio specialiter vel generaliter ad sedem apostolicam pertineat, providere eamque illi in abbatissam preficere dignemini, curam, regimen et administrationem eiusdem monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo sibique munus benedictionis in forma solita impendi faciendo. Non obstantibus premissis et constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Martii, anno duodecimo.

(1) Cf. nota 3 do n.º 955.

(2) No ms. *oratoribus*, com sinal de erro.

1355

1429, Março 13

Súplica de D. Frei Estêvão de Aguiar, da Ordem de S. Bento da Observância, outrora cavaleiro, sobre o mosteiro de S. Pedro de Pedroso da diocese do Porto, vacante por morte de Frei Martim Pais.

Reg. Suppl. 235, fl. 196-196v.

Supplicat S. V. devotus vester frater Stephanus dAguiar, ordinis sancti Benedicti de Observantia, olim miles (1), quatinus sibi gratiam facientes specialem, de monasterio sancti Petri de Pedroso dicti ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, cuius centum et quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum fructus non excedunt, per obitum fratris Martini Pelagii, ultimi abbatis eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, etiam per liberam resignationem alicuius per eum de illo, etiam coram notario publico et testibus sponte factam in dicta Curia vel extra eam vacet aut alias generaliter vel specialiter reservatum, devolutum vel affectum sit et super eo inter aliquos lis in prefata Curia vel extra eam, cuius statum habentes pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis [fl. 196v] [oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*].

[Datum Rome, apud] Sanctos Apostolos, [tertio Idus Martii, anno duodecimo] (2).

(1) Sobre D. Frei Estêvão de Aguiar, monge do mosteiro de Santa Maria de Florença, introdutor, com outros monges portugueses, da Observância beneditina em Portugal, fundador do mosteiro de S. Bento de Xabregas, que passou, depois aos Lóios, abade de Alcobaça, conselheiro do Infante D. Pedro, regente, etc., cf. SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *D. Gomes, reformador da abadia de Florença, e as tentativas de reforma dos mosteiros portugueses no século XV*, Abadia de Montserrat 1963, separata de *Studia Monastica*, 5 (1963) pp. 127-144.

(2) A data é reconstituída pela bula respectiva. Cf. SOUSA COSTA, OFM, *loc. cit.*, nota 166.

1356

1429, Março 13

O Infante D. João pede outro benefício eclesiástico, mesmo com cura de almas, para Vasco Gil, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Sintra da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 237, fl. 267-267v.

Supplicat S. V. devotissimus eiusdem S. filius Johannes, serenissimi principis domini Johannis Portugalie et Algarbii regis quartogenitus, quatinus cum Valasco Egidii, rectore parrochialis ecclesie sancti Petri de Sintera Ulixbonensis diocesis, ut una cum dicta parrochiali ecclesia unum aliud beneficium ecclesiasticum, etiam si curam animarum habeat, aut dignitatem, si sibi alias canonice conferantur, recipere et una cum dicta parrochiali ecclesia unum aliud beneficium ecclesiasticum, etiam si curam animarum habeat

aut dignitatem, si sibi alias canonice conferantur, recipere et una cum dicta parrochiali ecclesia quoad vixerit retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere, quotiens voluerit, et permutare et loco dimissi vel dimissorum unum aliud vel alia beneficium vel beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem incompatibilia, libere et licite possit et valeat [fl. 267v] misericorditer et de speciali gratia dispensare dignemini. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia de Sintria, cuius octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum fructus non excedunt, necnon perpetuis portionibus sancti Petri, sancte Marie, sancti Johannis, sancti Jacobi de Obedis, sancti Leonardi de Atougia et sancti Jacobi de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis, quarum omnium triginta quinque librarum Turonensium parvorum similium secundum predictam extimationem valorem annuum fructus non excedunt, ac constitutionibus apostolicis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Martii, anno duodecimo.

1357

1429, Março 13

D. Estêvão de Aguiar renova a súplica sobre o mosteiro de S. Pedro de Pedroso, por ter errado na indicação dos rendimentos do mosteiro.

Reg. Suppl. 237, fl. 294.

Reformatio fratris Stephani dAguiar super monasterio sancti Petri de Pedrosso Portugalensis diocesis (1).

Beatissime Pater. Cum in supplicatione, cuius copia premittitur, fuerint positi fructus, etc., dicti monasterii non excedere summam seu valorem centum et quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem et ad notitiam dicti Stephani sit deductum quod fructus ipsi possunt ascendere usque ad summam ducentarum librarum similium, ne littere super huiusmodi supplicatione conficiende aliquo surreptionis (2) vitio subiaceant, dignetur S. V. litteras predictas cum expressione summa ducentorum librarum predictarum in cancellaria et ubique expedire misericorditer mandare, premissis et aliis quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Martii, anno duodecimo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) No ms. *surreptione*, com sinal de erro.

1358

1429, Março 22

Tendo o papa encarregado o bispo de Viseu D. Garcia de remover do cargo de abadessa do mosteiro de S. Pedro de Arouca a Beatriz de Almeida, em litígio com

Leonor Pereira, e de prover esta do mosteiro, no caso de ser idónea, e tendo o bispo encarregado as monjas da provisão do mosteiro, as quais postularam Dona Teresa de Taíde que professara no mosteiro depois de viúva, D. João I, rei de Portugal, pede ao papa aprove tal postulação.

Reg. Suppl. 240, fl. 131-131v.

Beatissime Pater, nuper postquam S. V. litem inter quasdam Beatricem de Almeyda et Leonorem Pereyra moniales monasterii sancti Petri de Arouca Cisterciensis ordinis Lamecensis diocesis super regimine et administratione ipsius monasterii in Romana Curia diutius agitatam ex certis causis tunc expressis per suas litteras penitus extinguendo, reverendo patri domino Garsie, episcopo Visensi (1), inter alia dederat in mandatis ut dictam Beatricem a regimine et administratione huiusmodi ammoveret, quam eadem S. etiam ex tunc amovit ac de persona dicte Leonoris, si ad hoc utilis et ydonea foret, alioquin de persona alterius monialis dicto monasterio provideret aliaque faceret, prout in eisdem litteris plenius continetur, idemque episcopus dicta Beatrice per eum iuxta formam litterarum earumdem a regimine et administratione huiusmodi amota, utilitatem et commodum ipsius monasterii provide recensens, ut illi monialis utilis et ydonea attentius preficeretur, provisionem huiusmodi omittendam duxerat illamque devotis vestris oratricibus (2) conventui eiusdem monasterii commiserat, eedem conventus, volentes ad electionem seu postulationem future abbatisse procedere, vocatis omnibus qui voluerunt, potuerunt et debuerunt electioni seu postulationi huiusmodi commode interesse, die ad eligendum prefixa ut moris est, convenientes in unum, devotam oratricem vestram Tharasiam de Thayde, monialem ipsius monasterii expresse professam, bone et honeste vite ac ad regimen et administrationem huiusmodi plurimum utilem et ydoneam, pro eo quod vidua existens, huiusmodi professionem emiserat, in suam et dicti monasterii abbatissam concorditer postularunt, que postulationi (3) huiusmodi, illius sibi presentato decreto (4), consensit. Supplicat igitur S. V. devotissimus eiusdem S. et Romane Ecclesie filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex illustris, quatinus pro statu salubri ipsius [fl. 131v] monasterii postulationem predictam et quecumque inde secuta approbare seu de persona dicte Tharasie prefato monasterio, cuius fructus, etc., duorum milium librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per ammotionem huiusmodi, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, et ex quavis causa eius provisio specialiter vel generaliter ad sedem apostolicam pertineat, providere eamque illi in abbatissam preficere dignemini, curam, regimen et administrationem eiusdem monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo sibique munus benedictionis in forma solita impendi faciendo. Non obstantibus premissis ac constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Aprilis, anno duodecimo.

---

(1) Cf. nota 3 do n.º 955.
(2) No ms. *oratoribus*.
(3) No ms. *postulatio*, com sinal de erro.
(4) No ms. *decerto*, com sinal de erro.

1359

1429, Abril 3

Fernando Anes, clérigo da diocese de Braga, pede a chantria da diocese da Guarda, vacante por morte de João Álvares.

Reg. Suppl. 234, fl. 74v-75.

Supplicat S. V. devotus vester Fernandus Johannis, clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de cantoria, dignitate seu officio et prebenda ecclesie Egitaniensis, que inibi dignitas etiam curata et electiva, non tamen maior post pontificalem existit, vacantibus per obitum Johannis [fl. 75] Alvari, ultimi possessoris eorumdem, extra Romanam Curiam defuncti, quorum fructus, etc., nonaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quascumque personas alias aut per liberam resignationem alicuius de eisdem in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacent aut tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii aut generaliter vel specialiter dispositioni sedis apostolice reservati, devoluti, affecti, litigiosi existant, cuius litis statum, etc., habere dignemini pro expresso, eidem Fernando dignemini misericorditer providere. Constitutionibus apostolicis, statutis, consuetudinibus et omnibus aliis que in contrarium predictorum obstare possunt, non obstantibus quibuscumque et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Aprilis, anno duodecimo.

1360

1429, Abril 6

Súplica sobre a expedição das letras apostólicas relativas à igreja paroquial de S. Tiago de Beja, vacante pela promoção do bispo de Silves D. Rodrigo, a favor de Vasco Gil que em súplica anterior se dizia obter a igreja paroquial de S. Pedro de Sintra, quando possuía apenas a perpétua vigararia da igreja paroquial de S. Pedro de Sintra que devia deixar, a favor de Afonso Rodrigues, doutor em leis.

Reg. Suppl. 234, fl. 72v.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto vestro Valasco Egidii, tunc ut asserebatur, parrochialem ecclesiam sancti Petri de Sintria Ulixbonensis diocesis obtinenti, de parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Beya Elborensis diocesis, tunc per promotionem Roderici, electi Silvensis, ad ecclesiam Silvensem (1), tunc vacantem, auctoritate apostolica factam

vacatura gratiose concessit provideri et voluit eadem S. quod Valascus quam primum dictam ecclesiam de Beya, huiusmodi concessionis vigore, fuerit pacifice assecutus, prefatam ecclesiam sancti Petri omnino dimittere teneretur et ex tunc de dicta ecclesia sancti Petri devoto vestro Alfonso Roderici, legum doctori, similiter concessit provideri, prout in petitionibus desuper signatis, quorum tenores presentibus haberi placeat pro expressis, plenius continetur. Verum, Pater Sancte, dictus Valascus non ecclesiam sancti Petri, sed perpetuam vicariam parrochialis ecclesie sancti Petri obtinet, quam ut premittitur paratus est dimittere, dummodo (2), etc. Dignetur igitur S. V. litteras super dictis petitionibus conficiendas cum expressione, loco dicte ecclesie sancti Petri, perpetuam vicariam ipsius ecclesie sancti Petri pro utroque et quod ipse Valascus, vigore eiusdem gratie expectative, canonicatum et prebendam ecclesie Elborensis, quorum fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, infra tempus legitimum cum protestationibus in talibus fieri consuetis acceptavit et sibi de illis obtinuit provideri, expediri mandare, cum non obstañ et clausulis in dictis petitionibus contentis et aliis oportunis. — *Concessum pro utroque. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Aprilis, anno duodecimo.

---

(1) Rodrigo Lourenço, acólito pontifício, bacharel em decretos, nomeado por Martinho V bispo de Silves em Março de 1429, após a transferência de D. Álvaro de Abreu para a sé de Évora. Sucedeu-lhe, em 1441, após a sua morte, D. Rui Dias, deão de Braga. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 236, 452; II, p. 237.

(2) No ms. sinal de erro.

1361

1429, Abril 7

O bispo de Mégara D. André Dias de Lisboa pede a absolvição geral de todos os pecados e penas eclesiásticas pelo confessor que escolher, sem obrigação de mandar fazer as respectivas letras apostólicas.

Reg. Suppl. 240, fl. 249v-250. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n.º 98.

Beatissime Pater. Cum devotissima creatura vestra Andreas Ulixbonensis, episcopus Megarensis (1), peccator maximus, cupiat in sua senectute de peccatis preteritis penitere et corpus ac animam suam deinceps a peccatis et delictis amovere et se (2) quietare, ut igltur citius et facilius predicta perficiat et de peccatis suis a Deo nostro Ihesu Christo, cuius estis in terris universalis vicarius, indulgentiam obtineat, supplicat ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente idem episcopus S. V. quatinus presbyter, quem duxerit eligendum, eumdem a suis peccatis ac censuris ecclesiasticis, iuris vel hominis, absolvere secumque super aliqua irregularitate, suspensione vel interdicto, infamia vel inhabilitatione, maiori vel minori excommunicatione, dispensare (3), habilitare (4), restituere ac reponere, etiam [fl. 250] in hiis et predictis aut quibusvis aliis sedi apostolice generaliter

vel specialiter reservatis peccatis et sententiis (5) valeat, dignemini misericorditer concedere eidem episcopo de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Et quod signatura beatissime S. V. sufficiat pro huiusmodi concessione absque aliarum litterarum apostolicarum confectione. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Aprilis, anno duodecimo.

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 851.
(2) No ms. *sse*, com sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro.
(5) No ms. sinal de erro.

1362

1429, Abril 9

João Rodrigues, cónego de Lisboa, a quem fora concedido o deado de Lisboa, pede a confecção das respectivas letras com certas circunstâncias omitidas na respectiva súplica, como a dispensa de benefícios incompatíveis e a comenda da igreja de S. Miguel de Sosa.

Reg. Suppl. 234, fl. 83.

Beatissime Pater. Ex inadvertentia in petitione per quam S. V. devoto vestro Johanni Roderici, canonico ecclesie Ulixbonensis, de decanatu eiusdem ecclesie, qui dignitas maior post pontificalem existit, tunc certo modo vacante, gratiose providere concessit, nulla de eo, etiam si ipse decanatus curatus et electivus existat, nec de dispensatione ad incompatibilia cum licentia permutandi, etc., sibi concessa mentio facta extitit, dignetur igitur S. V. litteras super dicta portione conficiendas cum expressione ommissorum huiusmodi et quod ecclesiam sancti Michaelis, de qua inibi fit mentio, sibi commendari concessum sit, expediri mandare de gratia speciali. Cum omnibus in eadem petitione expressis ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Aprilis, anno duodecimo.

1363

1429, Abril 9

Gonçalo Gomes, familiar do Infante D. Duarte e clérigo da diocese de Évora, tendo-se envolvido em desordens, em que foi morto certo Fernando Lourenço de Estremôz, desavindo com o dito familiar do Infante, cujas núpcias se celebravam solenemente em Estremôz, ausentara-se do reino de Portugal e esteve durante mais de três anos na cidade de Ceuta, combatendo contra os

Sarracenos. Agora, obtida licença do rei de Portugal para entrar no reino, desejava ser integrado no exercício das Ordens, pelo que pede ao papa lhe conceda a absolvição de qualquer irregularidade e inabilidade, com a faculdade de receber a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 240, fl. 23v-24.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devoti vestri Gunsalvi Gometii, clerici Elborensis diocesis, ex utroque parente de nobili genere procreati et familiaris illustrissimi principis domini Eduardi primogeniti, etc., regis, quod cum olim in opido de Stremoz dicte diocesis nuptie celebrabantur, ad quas ipse cum pluribus aliis tunc pro tempore vocatus et invitatus causa solempnitatum atque prandii huiusmodi factoque prandio certi homines ad unam plateam ad luctandum causa solatii accesserunt et ibidem se mutuo amplexis manibus et pedibus exercuerunt, predictus vero Gunsalvus Gometii casu fortuitu superveniens volensque illis spatium ad luctandum ordinare, accipiens arundinem in manu (1) gentes circumstantes ad exercendum negotium huiusmodi, ne pressura populi illos ofenderet circumquaque repulsit (2) inter alia quidam Fernandus Laurentii castrensis dicte ville de Stremoz dicte diocesis Elborensis, eo astante et vidente, respondendo eidem Gunsalvo dixit: Si cedis meipsum, cum quodam gladio tunc in manu habente et ibidem evaginato, in faciem suam mittere vellet, dictus vero Gunsalvus respondens: si me percuteris gladio, te viceversa cum parvo cultello, tunc etiam per eum evaginato et in manu tento, percutere vellet, verbis quidam (*sic*) sic ex utraque parte ibidem peractis magni (3) inter eos et amicos hinc inde contiguerunt rumores et talismodi modo quod dictus Fernandus rumore sic vigente fuit interemptus. Verum, Beatissime Pater, nescitur tamen si de manibus Gunsalvi exponentis vel aliorum in rumore tunc inibi existentium per quemcumque (4) [fl. 24] extitit interemptus et maxime prefatus Gunsalvus dictis ex causis se de dicto regno Portugalie absentavit sibique tunc timens pericula propter premissa evenire posse, se ad civitatem Ceptensem, inter Sarracenos sitam, transtulit inibique per tres annos et ultra stetit, sustinendo diversas a Sarracenis lesiones et percussiones pro fide catholica desolendo (5) illa que habuit et consumpsit. Nunc vero dictus dominus rex Portugalie eidem Gunsalvo pietate motus licentiam reintrandi regnum Portugalie concessit et sibi indulsit et ne, Beatissime Pater, dictus Gunsalvus Gometii qui clericus et ex nobili genere ut prefertur procreatus existit ac affectat Deo omnipotenti in divinis famulari, recurrit humiliter ad pedes S. V. ut familiaris dicti domini principis regis Portugalie primogeniti quatinus ipsum ab excessibus huiusmodi et peccatis suis aliis absolvi mandare et super irregularitate, si quam premissorum occasione contraxit, omnemque inhabilitatis et infamie maculam erga eum penitus abolere quodque quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica, si sibi alias canonice conferantur, aut commendantur, premissis non obstantibus, obtinere valeat dignemini misericorditer dispensare, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, si sine scandalo. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Aprilis, anno duodecimo.

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. *mangni*, com sinal de erro.
(4) No ms. *quemquem*, com sinal de erro.
(5) No ms. sinal de erro.

1364

1429, Abril 9

Certo Diogo, cónego da colegiada de Guimarães, solicita a igreja paroquial de S. Veríssimo de Arcos, vacante por Nuno Gonçalves não se ter ordenado de sacerdote durante o prazo requerido.

Reg. Suppl. 246, fl. 97-97v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Didacus de Oninba, canonicus Vimaranensis (1), quatinus sibi specialem gratiam facientes, de quadam parrochiali ecclesia seu beneficio cum cura sancti Bereyxime de Arcos, sic vulgariter nuncupata, Tudensis diocesis, vacante ex eo quod quidam Nunius Gundisalvi, clericus dicte diocesis, possidens dictum beneficium a temporibus iure statutis et non se fecit promoveri ad presbyteratus ordinem infra annum, cuius fructus, etc., octuaginta florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex aliorum quorumcumque [fl. 97v] personis, sive per resignationem in manibus Ordinarii seu tabellionis factam, sive per constitutionem *Execrabilis* vel *Ad regimen* vacet, etc., etiam si dispositioni apostolice reservatum, devolutum aut affectum (2) et inter aliquos litigiosum existat, statum cause et totius processus S. V. hic habere dignetur pro expresso, eidem Didaco dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod dictus Nunius per biennium et ultra, citra tamen decennium, detinuerit indebite occupatum et nullum ius in eo habeat. Non obstante gratia expectativa, in cancellaria apostolica declaranda. Non obstantibus canonicatu et prebenda ecclesie Vimaranensis (3) diocesis Bracharensis, cum omnibus non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Aprilis, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *Vinariensis*, com sinal de erro.
(2) No ms. *efectum*, com sinal de erro.
(3) No ms. *Vimariensis*, com sinal de erro.

1365

1429, Abril 9

Estêvão Lourenço, sacerdote da diocese de Braga, ao qual fora concedida a igreja paroquial de S. Paio de Principais da dita diocese, a pedido do conde de Barcelos D. Afonso, renova a súplica, por se ter omitido que essa igreja vagava por ele ter adquirido a igreja paroquial de Santa Eulália de Lanheses da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 246, fl. 109v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. ad supplicationem devoti oratoris vestri Alfonsi, regis Portugalie filii et comitis de Barcelos, devoto oratori vestro Stephano Laurentii, presbytero Bracharensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancti Pelagii de Principaees dicte diocesis, cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium, etc., tunc certo modo vacante, gratiose providit, prout in supplicatione desuper confecta plenius continetur et cuius tenorem eadem S. hic habere dignetur pro sufficienter expresso, in cancellaria exprimenda. Verum, Beatissime Pater, cum per errorem formantis supplicationem fuerit omissum videlicet quod huiusmodi predicta parrochialis ecclesia sancti Pelagii vacabat per pacificam assecutionem parrochialis ecclesie sancte Heulalie de Lanheses Tudensis diocesis sibi auctoritate apostolica factam, dignetur igitur eadem S. V. litteras apostolicas super huiusmodi provisione conficiendas cum illa clausula supradicta videlicet per pacificam assecutionem parrochialis ecclesie sancte Heulalie de Lanieses Tudensis diocesis auctoritate apostolica sibi factam, in cancellaria et alibi ubique expediri mandare dignemini de gratia speciali et cum non obstañ et clausulis in dicta supplicatione contentis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Aprilis, anno duodecimo.

1366

1429, Abril 10

Vasco Afonso, sacerdote da diocese do Porto, o qual, sendo clérigo, fora apresentado pelo abade Rodrigo Esteves e monges do mosteiro de S. Salvador de Paço de Sousa para reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Lagares ao bispo do Porto, D. João Afonso Aranha, que lhe deu a confirmação, pede ao papa nova provisão, por duvidar do valor da colação dessa igreja, vacante por morte de Martinho Gonçalves.

Reg. Suppl. 234, fl. 88v-89.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancti Martini de Lagares, spectante ad presentationem abbatis et conventus monasterii sancti Salvatoris de Pallatiolo ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, per obitum quondam Martini Gunsalvi, ultimi rectoris dicte ecclesie, devotus orator vester Valascus Alfonsi, tunc clericus et nunc presbyter dicte diocesis, ad dictam ecclesiam sancti Martini extitit per quondam fratrem Rodericum Stephani, tunc abbatem dicti monasterii, ac conventum ipsius presentatus et per quondam Johannem Alfonsi [fl. 89] Aragna, episcopum Portugalensem, loci Ordinarium (1), confirmatus, quarum presentationis, institutionis et confirmationis vigore, possessionem pacificam dicte ecclesie fuit adeptus pacifice et quiete, fructus, etc., ex ea percipiendo. Verum, Pater Sancte, dictus Valascus dubitat presentationem, collationem, provisionem et institutionem huiusmodi sibi factas (2) ac omnia et singula exinde secuta aliquibus de causis viribus non subsistere, ideo supplicat humiliter S. V. predictus Va[lascus] quatinus presentationem, collationem, provisionem et institutionem sibi factas et quecumque inde secuta gratas, ratas atque firmas habere vel saltem sibi, si et in quantum indiget, de novo de ea sibi providere, cuius fructus, etc., quadraginta quinque librarum

Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio, etc., iuxta statuta Lateranensis concilii generaliter vel specialiter reservata, devoluta vel affecta existat, eidem Valasco dignemini misericorditer providere, contrariis non obstantibus quibuscumque et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Aprilis, anno duodecimo.

---

(1) João Afonso Aranha, cónego de Lisboa, nomeado bispo de Silves por Bonifácio IX em Fevereiro de 1404, transferido para a sé do Porto por Inocêncio VII nos princípios de 1407. Sucedeu-lhe, por sua morte, D. Álvaro Afonso em Setembro de 1413, o qual resignou, tendo sido D. Fernando Pires da Guerra transferido da sé de Silves para a do Porto em Junho de 1414. Cf. EUBEL, C. *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 406-407, 452.

(2) No ms. *fcts*, com sinal de erro.

1367

1429, Abril 11

João Rodigues, a quem fora concedido o deado de Lisboa, pede a expedição das respectivas letras apostólicas, a confeccionar, com a circunstância omitida de ele ter sido antes provido da igreja paroquial de S. Martinho de Cedofeita da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 234, fl. 111-111v.

Beatissime Pater, ex inadvertentia in petitione, per quam S. V. devoto vestro Johanni Roderici de decanatu ecclesie Ulixbonensis, certo modo vacante, gratiose provideri concessit, nulla de eo quod alias sibi de parrochiali ecclesia sancti Martini de Sidofacta (1), Portugalensis (2) diocesis, cuius fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, tunc etiam certo modo vacante, apostolica fuit auctoritate provisum, mentio facta extitit, dignetur igitur [fl. 111v] S. V. litteras super dicta petitione conficiendas cum expressione omissorum huiusmodi expediri mandare de gratia speciali, cum omnibus in eadem petitione expressis ac aliis non obstañ et clausulis opportunis. Renuntiat enim idem Johannes omni iuri, sibi in quibusvis aliis beneficiis ecclesiasticis ac dicta ecclesia et aliis beneficiis in ipsa petitione expressis in manibus S. eiusdem, quam admittere dignemini, quodque parrochialis ecclesia de Soza que similiter in non obstañ exprimitur et ipsi Johanni commendata est, Colimbriensis diocesis sit. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Aprilis, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *Sidofacta*, com sinal de erro.

(2) No ms. *Ulixbonensis*.

1368

1429, Abril 14

João Anes de Vila Real, reitor da igreja paroquial de S. Lourenço de Santarém, pede a prorrogação do tempo para apresentar ao executor as letras apostólicas sobre a perpétua porção de S. Julião, sita na igreja de Lisboa e vacante por morte de Nicolau Fernandes.

Reg. Suppl. 234, fl. 123v.

Beatissime Pater. Dudum S. V. Johanni Johannis de Villa Regali, rectori parrochialis ecclesie sancti Laurentii Sancteranensis Ulixbonensis diocesis, de perpetua portione sancti Juliani, in ecclesia Ulixbonensi sita, per obitum quondam Nicolai Fernandi, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, etc., gratiam fecit specialem. Verum, Beatissime Pater, eo quod propter restrictionem regule cancellarie de expediendis litteris huiusmodi infra annum per S. V. edite commodose expediri ac propter absentiam dicti Johannis Johannis et longissimam distantiam executori in partibus presentari, propter temporis brevitatem, ut timetur, nequeant, dignetur igitur S. V. tempus expeditionis litterarum ac executori presentationis huiusmodi ad sex menses prorogare de vestra gratia speciali. Constitutionibus apostolicis ac regulis huiusmodi ceterisque contrariis non obstantibus et cum clausulis opportunis. — *Concessum ad duos menses, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Maii, anno duodecimo.

1369

1429, Abril 14

O bispo de Évora, D. Álvaro, pede o indulto de fundar um convento para os Franciscanos da Observância no santuário de Nossa Senhora do Espinheiro, perto da cidade de Évora, com todos os privilégios e isenções dos outros franciscanos da Observância naquelas paragens.

Reg. Suppl. 244, fl. 75v.

Supplicatur S. V. pro parte humilis et devote creature eiusdem S. V. Alvari, episcopi Elborensis (1), qui de quadam ecclesia seu heremitorio (2) beate Marie de Spineyro prope civitatem Elborensem per mediam leucam vel quasi existentem et que nullos fructus certos habet, sed propter devotionem, quam aliqui christifideles ad ipsam habent, nonnullas (3) ibi offerunt frequenter oblationes, quarum medietas ad mensam episcopalem et alia medietas ad mensam capitularem ecclesie Elborensis spectare dinoscuntur, domum ordinis fratrum Minorum sancti Francisci de Observantia fieri, erigi et construi desiderat,

si ad id sedis apostolice consensus accederet, quatinus sibi specialem gratiam facientes, ut de dicta ecclesia seu heremitorio (4) domum ordinis fratrum Minorum sancti Francisci erigere et construere cum ecclesia, campana, campanili, dormitorio, refectorio, in quo fratres dicti ordinis vivere et statum sub regulari observantia ac habere gardianum et alia necessaria officia libere et licite possint secundum quod (5) fratres aliarum domorum de Observantia dicti ordinis in partibus illis habent ac quod fratres dicte domus pro tempore existentes possint gaudere et gaudeant omnibus et singulis privilegiis, prerrogativis, libertatibus et exemptionibus, quibus alii fratres predicti gaudent seu gaudere quomodolibet possint ac elemosinas que ibi pro tempore offerentur et dabuntur in suos et dicte domus usus convertere possint libere et licite valeant, in contrarium vero facientibus non obstantibus quibuscumque. Et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Maii, anno duodecimo.

---

(1) D. Álvaro de Abreu, deão de Évora, nomeado bispo de Lamego em Agosto de 1419 por Martinho V que o transferiu para Silves em Maio de 1421 e daqui para Évora em Fevereiro de 1429. Por sua morte, ocorrida em 1440, sucedeu-lhe, na sé de Évora, Vasco Gil, confessor do Infante D. João e reitor da igreja de Santa Maria de Povos da diocese de Lisboa. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, pp. 236, 291, 452; II, p. 149.

(2) No ms. *heremita*, com sinal de erro.

(3) No ms. *nonnulla*, com sinal de erro.

(4) No ms. *heremita*, com sinal de erro.

(5) No ms. sinal de erro.

1370

1429, Abril 15

João Anes de Vila Real, reitor da igreja paroquial de S. Lourenço de Santarém, pede a prorogação do tempo para expedir e apresentar as letras apostólicas ao executor sobre a perpétua porção de S. Julião da igreja de Lisboa, vacante por morte de Nicolau Fernandes.

Reg. Suppl. 241, fl. 69v-70.

Beatissime Pater, dudum S. V. Johanni Johannis de Villa Regali, rectori parrochialis ecclesie sancti Laurentii Sancteraneñ Ulixbonensis diocesis, de perpetua portione sancti Juliani, sita in ecclesia Ulixbonensi, per obitum quondam Nicolai Fernandi, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, etc., gratiam fecit specialem. Verum, Beatissime Pater, [eo] quod propter restrictionem regule cancellarie de expediendis litteris huiusmodi infra annum per eamdem S. edite commodose expediri ac propter absentiam dicti Johannis Johannis et longissimam distantiam executori in partibus presentari propter temporis brevitatem, ut timetur, nequeant, dignetur igitur S. V. tempus [fl. 70] expeditionis litterarum ac executori presentationis huiusmodi ad sex menses prorogare de vestra gratia speciali,

constitutionibus apostolicis ac regulis huiusmodi ceterisque contrariis non obstantibus et cum clausulis oportunis. — *Concessum ad duos menses, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Maii, anno duodecimo.

1371

1429, Abril 17

Gonçalo Anes, clérigo da diocese de Braga, completa súplica sobre a igreja paroquial de S. Tiago de Mouquim da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 240, fl. 44-44v.

Beatissime Pater. Cum ex errore in petitione, per quam S. V. devoto vestro Gundissalvo Johannis, clerico Bracharensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancti Jacobi de [fl. 44v] Mouquin dicte diocesis certo modo etiam in forma si neutri gratiose provideri concessit, nulla dispensatio incompatibilium, etc., petita fuerit, ne igitur, Pater Sancte, ipse Gunsalvus huiusmodi gratie frustretur effectu, dignetur S. V. litteras super dicta petitione conficiendas cum expressione huiusmodi videlicet quod idem Gundissalvus etiam sancti Jacobi, si sibi vigore litterarum super petitione huiusmodi, et beneficium cum cura, etiam si parrochialis ecclesia, etc., fuerit, si sibi vigore aliarum litterarum super gratia concessionis cuiusdam sue gratie expectative, sibi per S. V. gratiose concesse, conficiendarum conferantur, recipere per sex menses cum licentia permutandi, etc., insimul retinere libere et licite valeat expediri mandare de gratia speciali. Cum similibus in eadem petitione contentis et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Maii, anno duodecimo.

1372

1429, Abril 17

Pedro Anes, clérigo do Porto, pede a igreja paroquial de S. João de Ovil da diocese do Porto, vacante por morte de Martinho Gonçalves.

Reg. Suppl. 240, fl. 44v-45.

Supplicat S. V. devotus orator vester Petrus Johannis, clericus Portugalensis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de parrochiali ecclesia sancti Johannis de Ovil Portugalensis diocesis, que de iure patronatus laicorum existit et cuius fructus, etc., quin-

quaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, per obitum Martini Gundisalvi, extra Romanam Curiam defuncti, vacante ac etiam tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, sive ut premittitur, sive alias quovis modo vel per obitum quondam Johannis Dominici, similiter extra dictam Curiam defuncti, aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per constitutionem [fl. 45] *Execrabilis* vacet et generaliter vel specialiter reservata, devoluta et cuius statum, etc., litigiosa sit, eidem Petro dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Maii, anno duodecimo.

1373

1429, Abril 21

Rodrigo, cónego da colegiada de Guimarães, pede a igreja paroquial de S. João de Ovil da diocese do Porto, que Martinho Gonçalves ocupara indevidamente durante mais de um ano, depois da morte de João Domingues, não tendo retirado da chancelaria apostólica, no devido tempo, as bulas.

Reg. Suppl. 240, fl. 187v-188.

Supplicat S. V. devotus vester Rodericus, canonicus ecclesie Vimariensis Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Johannis de Ovil Portugalensis diocesis, que de iure patronatus laicorum existit cuiusque fructus, etc., [fl. 188] quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod quidam Martinus Gundissalvi dictam ecclesiam per annum et ultra detinuit indebite occupatam, per obitum quondam Johannis Dominici, tunc extra Romanam (1) Curiam defuncti, seu etiam ex eo quod dictus Martinus Gundissalvi dictam ecclesiam (2) per eamdem S. sibi concessam, bullis super huiusmodi concessione usque ad cameram (3) confectis et infra tempus debitum seu statutum per regulas cancellarie dictas litteras non extraxit, sive per obitum dicti Johannis Dominici, sive per obitum dicti Martini seu etiam per non extractionem litterarum apostolicarum, extra Romanam Curiam defunctorum (4), sive per liberam resignationem alicuius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si devoluta aut alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata existat et super ea inter aliquos lis, cuius statum, etc., pendeat indecisa, eidem Roderico providere seu provideri mandare dignemini de gratia speciali. Non obstantibus canonicatu et prebenda dicte ecclesie Vimariensis ac una in sancti Petri de Porto de Moos (5) et alia in sancte Marie (6) eiusdem loci ecclesiis Ulixbonensis diocesis perpetuis portionibus sine cura, quos obtinet et quorum omnium fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria declaranda,

necnon defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo alias secum auctoritate apostolica extitit dispensatum. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 188v]

... ...

Fiat ut petitur pro utroque. O. Fiat.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Maii, anno duodecimo.

(1) No ms. *Romana*, com sinal de erro.
(2) No ms. *ecclesia*, com sinal de erro.
(3) No ms. *camaram*, com sinal de erro.
(4) No ms. *defunctis*, com sinal de erro.
(5) No ms. sinal de erro.
(6) No ms. *Maria*, com sinal de erro.

1374

1429, Abril 23

D. Luís, bispo eleito de Lamego, na posse pacífica do governo do bispado e administração dos bens da mesa episcopal, tendo passado já o prazo da sagração episcopal, pede a declaração de que tudo até então realizado tem valor e, se for necessário, faça nova provisão do bispado a seu favor.

Reg. Suppl. 240, fl. 59v-60.

Beatissime Pater, alias S. V. de persona devote creature vestre Ludovici, electi Lamecensis (1), ecclesie Lamecensi, tunc pastore carenti, auctoritate apostolica providit ipsumque illi prefecit in episcopum ac pastorem et quia dictus electus propter aliquas ei interim oc[c]ur[r]entes causas, se infra tempus de consecrandis episcopis, a canonibus diffinitum, ac post illud hucusque sibi munus consecrationis impendi non fecit, ne propterea dictarum provisionis et prefectionis iuribus deseratum (2) fore videatur, supplicat eidem S. prefatus electus quatinus sibi et ipsi ecclesie super hiis consulentes affectu (3), provisionem et prefectionem predictas, quarum vigore, ipse electus pacificam possessionem vel quasi regiminis administrationisque bonorum mense episcopalis Lamecensis assecutus extitit et quecumque inde secuta nichilominus in suis pristinis vi et vigore remansisse et persistere censeri debere decernere necnon quatinus opus fuerit de persona L[udovici] huiusmodi ecclesie predicte de novo providere ac eum illi in episcopum et pastorem preficere sibique quod infra annum munus huiusmodi recipere minime teneatur indulgere dignemini. Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis.—*Fiat ut* [fl. 60] *petitur et prorogamus ad sex menses. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Maii, anno duodecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1118.
(2) No ms. *decraratum*, com sinal de erro.
(3) No ms. *asctu*, com sinal de erro.

1375

1429, Abril 23

D. João I, rei de Portugal, e o Infante D. Duarte, pedem o indulto da recepção dos proventos dos benefícios, sem obrigação da residência pessoal, para João Rodrigues, cónego de Lisboa, procurador dos negócios do rei na Cúria Romana e secretário do Infante, enquanto ele residir na Cúria, estudar num Estudo Geral ou estiver ao serviço do rei ou do Infante.

Reg. Suppl. 240, fl. 223v.

Supplicant S. V. devotissimi eiusdem S. filii Johannes (1), Portugalie et Algarbii rex, ac Eduardus, eiusdem regis primogenitus, quatinus devoto vestro Johanni Roderici, canonico ecclesie Ulixbonensis negotiorumque ipsius regis in Romana Curia procuratori et dicti Eduardi primogeniti secretario, specialem gratiam facientes, sibi ut in dicta Curia vel regis vel primogeniti predictorum obsequiis insistendo, fructus, etc., canonicatus et prebende ecclesie Ulixbonensis, quos obtinet et quorumlibet aliorum beneficiorum suorum que in quibusvis ecclesiis sive locis obtinet et in posterum obtinebit, etiam si canonicatus et prebende, dignitates etiam maiores post pontificales seu principales administrationes vel officia curata in cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis ecclesiis electiva fuerint, cum ea integritate, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, usque ad septennium percipere, cum qua illos perciperet, si in dictis ecclesiis sive locis personaliter resideret nec interim ad residendum in eisdem a quoquam invitus valeat compelli seu coartari indulgere dignemini de gratia speciali. Non obstañ si in eisdem ecclesiis sive locis primam non fecerit personalem residentiam consuetam ac constitutionibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus ecclesie Ulixbonensis et aliarum ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint, ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat in Curia vel in Studio. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Maii, anno duodecimo.

(1) No ms. *Johannis*, com sinal de erro.

1376

1429, Abril 23

Gonçalo Anes, clérigo da diocese de Braga, pede providências quanto à concessão que lhe fora feita da igreja paroquial de S. Tiago de Mouquim, da dita diocese.

Reg. Suppl. 246, fl. 138v.

Beatissime Pater. Cum ex errore in petitione, per quam S. V. devoto vestro Gundissalvo (1) Johannis, clerico Bracharensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancti Jacobi

de Mouquin dicte diocesis, certo modo etiam in forma si neutri gratiose provideri concessit, nulla dispensatio incompatibilium, etc., petita fuerit, ne igitur, Pater Sancte, ipse Gunsalvus huiusmodi gratie frustretur effectu, dignetur S. V. litteras super dicta petitione conficiendas cum expressione dispensationis huiusmodi videlicet quod idem Gunsalvus ecclesiam huiusmodi sancti Jacobi, si sibi vigore litterarum super petitione huiusmodi et beneficium cum cura, etiam si parrochialis ecclesia, etc., fuerit, si sibi vigore aliarum litterarum super gratia concessionis cuiusdam sue expectative, sibi per S. V. gratiose concesse, conficiendarum conferantur, recipere per sex menses cum licentia permutandi, etc., insimul retinere libere et licite valeat expediri mandare de gratia speciali. Cum omnibus in eadem petitione contentis ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Maii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *Gundissvo*, com sinal de erro.

1377

1429, Maio

Diogo da Silva, escolar da diocese de Braga e filho ilegítimo de barão casado e mulher solteira, renova súplica sobre certa graça expectativa, feita pelo Infante D. Pedro, por não ter mencionado o defeito de idade, de que então padecia, de cerca de doze anos.

Reg. Suppl. 241, fl. 218v-219.

Beatissime Pater, ex inadvertentia in petitione, per quam S. V. ad instantiam devotissimi filii vestri Petri, secundogeniti regis Portugalie, sub data septimo Kalendas Maii anno septimo devoto vestro Didaco de Silva, scolari Bracharensis diocesis, certam fecit gratiam expectativam, nulla de defectu etatis, quem ad obtinendum canonicatus et prebendas ac dignitatem, personatum vel officium cathedralis vel collegiate ecclesie in duodecimo vel circa sue etatis anno constitutus patitur, mentio facta extitit, ad illa etiam propter restrictionem regularum cancellarie littere super dicta petitione conficiende asseruntur non posse expediri, supplicat igitur S. V. quatinus secum ut canonicatus et prebendas postquam (*sic*) et postquam xviii sine cura, cum vero xxii dicte etatis annum attigerit, cum cura, dignitatem, personatum, administrationem vel officium, si sibi vigore dicte expectative conferantur, recipere et retinere libere et licite valeat dispensare et secundum hoc litteras huiusmodi sub dicta data expediri mandare, predicto et natalium, quem de barone coniugato genitus et soluta etiam patitur, defectibus et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et [fl. 219] cum clausulis oportunis. — *Fiat et sub prima data.* O. (1).

---

(1) O documento seguinte traz a data *tertiodecimo Kalendas Junii, anno duodecimo.*

1378

1429, Maio 7

João Anes de Sousa, cónego do Porto, solicita a confirmação da igreja paroquial de S. Tiago de Antas da diocese de Braga, a que João Pais renunciara.

Reg. Suppl. 242, fl. 151.

Beatissime Pater, dudum devotus vester Johannes Johannis de Sousa, canonicus ecclesie Portugalensis, parrochialem ecclesiam sancti Jacobi dAntes Bracharensis diocesis per liberam resignationem devoti vestri Johannis Pelagii ex causa permutationis in partibus auctoritate ordinaria (1) celebrate et in cancellaria apostolica exprimende assecutus existit. Verum, Pater Sancte, prefatus Johannes dubitat (2) assecutionem huiusmodi et quecumque inde secuta ex certis causis viribus non subsistere ipsamque ecclesiam adhuc ut prefertur vacare. Supplicat igitur S. V. dictus [Johannes] (3) quatinus sibi gratiam facientes specialem, de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut per liberam resignationem alicuius alterius de illa, extra Romanam Curiam etiam coram notario publico et testibus sponte factam, aut per assecutionem alterius beneficii ecclesiastici incompatibilis auctoritate predicta collati, vacet et alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta, vel affecta et cuius statum, etc., litigiosa, etc., eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod dictus Johannes canonicatum et prebendam dicte ecclesie Portugalensis, quorum fructus, etc., triginta librarum Turonensium similium predicta extimatione valorem annuum non excedunt, obtinet, ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 151v]

... ...

Fiat ut petitur pro utroque. O. Fiat.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonis Maii, anno duodecimo.

(1) No ms. *ordinate*, com sinal de erro.
(2) No ms. *dubitet*.
(3) No ms. sinal de erro, no lugar desta omissão.

1379

1429, Maio 7

Inês Vasques, residente na cidade do Porto, pede a confirmação do arrendamento que o prior e porcionários do mosteiro de S. Pedro de Rates da Ordem de S. Bento da diocese de

Braga fizera a seu pai Vasco Anes, de quem ela era herdeira, de certos rendimentos e bens do mosteiro, existentes nos lugares de Cantanhede e de Tentúgal da diocese de Coimbra, por temer vir a ser molestada pelo dito prior e porcionários.

Reg. Suppl. 246, fl. 215-215v.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte humilis et devote oratricis vestre Anetis Valasci, in civitate Portugalensi commorantis, quod cum pridem prior et portionarii monasterii sancti Petri de Rates ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, certos redditus forales, iura, obventiones et bona in civitate Colimbriensi et in locis de Cantanhede et Tentuguel diocesis Colimbriensis consistentia, ad dictum monasterium spectantia et pertinentia, consensu et assensu eorum Ordinarii et prioris ac portionariorum predicti monasterii prehabitis, devoto oratori vestro Valasco Johannis locavissent et arrendavissent pro certo pretio, inter eosdem priorem et portionarios atque Valascum Johannis convento, et ad tempus, de quibus in litteris desuper confectis, quarum tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expresso, plenius dicitur contineri. Cum autem, Pater Sancte, prefato Valasco Johannis ut Deo placuit vita functo, dicta exponens, eiusdem Valasci filia et heres, in bonis eiusdem succedens, super locatione et arrendatione bonorum huiusmodi timeat a predictis priore et portionariis in futurum gravari posse sive molestari, eapropter supplicat eidem S. V. dicta exponens quatinus locationem et arrendationem huiusmodi et quecumque inde secuta rata habentes et grata, ex certa scientia, cum suppletione omnium et singulorum defectuum, si qui forsan intervenerint in premissis, confirmare misericorditer dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, si in evidentem, et de consensu. O.*

Datum Rome, apud [fl. 215v] Sanctos Apostolos, Nonis Maii, anno duodecimo.

1380

1429, Maio 9

O leigo Pedro Lourenço de Ferreira, nobre, pede a confirmação da doação que vários leigos lhe fizeram do padroado da igreja de S. Pedro de Povolide da diocese de Viseu.

Reg. Suppl. 246, fl. 216-216v.

Beatissime Pater. Nuper devoti oratores vestri Gonsalvus Alvellino, Petrus Gonsallvy, Gunsalvus Stephany, Johannes Johannis (1), Alfonsus Johannis, Johannes Laurentii, habitatores in Lemeaã (2), Martinus Vici, Johannes de Furvo, Gunsalvus Johannis, Johannes Lerman ac nonnulli alii, quorum nomina et cognomina (3) hic habere dignemini pro sufficienter expressis, tunc patroni laici ecclesie sancti Petri de Pevolide Visensis diocesis, ex certis causis animum suum ad hoc moventibus, suis spontaneis voluntatibus ius patro-

natus ipsius ecclesie devoto vestro Petro Laurentii de Fereiria, laico, de nobili genere procreato, pro se et successoribus suis dederunt et conces[s]erunt, prout in instrumento publico super hoc confecto, cuius tenorem hic habere (4) dignemini pro sufficienter expresso, latius continetur. Cum autem, Pater Sancte, dictus Petrus [fl. 216v] dubitet donationem predictam ex certis causis viribus non subsistere, eapropter supplicat S. V. prefatus Petrus quatinus huiusmodi donationi robur apostolice confirmationis addicere necnon donationem ipsam et quecumque alia inde secuta, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan venerint in premissis, ex certa vestra scientia auctoritate apostolica eidem (5) Petro et successoribus in perpetuum confirmare misericorditer dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Maii, anno duodecimo.

(1) No ms. *Johais*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. *connomina*, com sinal de erro.
(4) No ms. *abere*, com sinal de erro.
(5) No ms. *eiidem*, com sinal de erro.

1381

1429, Maio 10

D. Luís, bispo eleito de Lamego, solicita ao papa encarregue o bispo de Viseu D. Garcia e mais dois bispos de lhe darem a sagração episcopal fora da Cúria Romana.

Reg. Suppl. 234, fl. 192v-193.

Supplicat S. V. devotus orator vester Ludovicus, electus ecclesie Lamacensis (1), quatinus ut a reverendo in Christo patre domino Garsia, Dei et apostolice sedis gratia episcopo Visensi (2), una cum duobus aliis episcopis extra Romanam Curiam consecrari et munus benedictionis recipere libere et licite possit et valeat eidemque episcopo Visensi sibi conferre et que circa ea necessaria fuerint (3) facere licentiam concedere dignemini de gratia speciali, attento, Beatissime Pater, quod littere fuerunt (4) expedite et fecerunt [fl. 193] cursus suos, non obstantibus quibuscumque contrariis et cum clausulis opportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Maii, anno duodecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1118.
(2) Cf. nota 3 do n.º 955.
(3) No ms. *fuerunt*, com sinal de erro.
(4) No ms. *fuerint*, com sinal de erro.

1382

1429, Maio 19

Martinho Anes Domingues, perpétuo porcionário da igreja paroquial de S. Pedro de Alfama da cidade de Lisboa, subdiácono, pede o indulto de receber as restantes Ordens sagradas de qualquer bispo católico residente na Cúria Romana, fora do tempo estabelecido, inclusive ao Domingo e dias festivos.

Reg. Suppl. 241, fl. 99v.

Supplicat S. V. devotus vester orator Martinus Johannis Dominici, subdiaconus, perpetuus portionarius parrochialis ecclesie sancti Petri de Alfama civitatis Ulixbonensis, quatinus sibi ut a quocumque antistite catholico, gratiam et communionem sedis apostolice habente et in Curia Romana residente, in temporibus a iure statutis, quibus ubique generales ordines recipi et dari solent, ad omnes alios sacros ordines, videlicet dyaconatus et presbyteratus, etiam diebus dominicis vel festivis, extra dicta tempora promoveri possit et valeat licentiam dignemini misericorditer impertiri de vestra gratia speciali, cum ad hoc sit astrictus ratione dicte petitionis, et hoc petit de gratia speciali. — *Concessum, si sit artatus et committatur episcopo Auriensi. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quartodecimo Kalendas Junii, anno duodecimo.

1383

1429, Maio 20

Gonçalo Anes, clérigo da diocese da Guarda, presente na Cúria, solicita um benefício eclesiástico, da colação do arcebispo de Lisboa e do bispo da Guarda e respectivos cabidos.

Reg. Suppl. 241, fl. 264v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Gundissalvus (1) Johannis (2), clericus (3) Egitaniensis diocesis, presens in Curia existens, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de beneficio ecclesiastico cum (4) cura vel sine cura consueto (5) clericis secularibus as[s]ignari, etiam si integra vel dimidia (6) portio aut canonicatus et prebenda in cathedrali seu (7) collegiata ecclesia aut archipresbyteratus ruralis existat (8), cuius fructus, etc., si cum cura sexaginta (9), si vero sine cura quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime (10) valorem annuum (11) non excedunt, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collationem, etc., archiepiscopi (12) Ulixbonensis, episcopi (13) Egitaniensis necnon capitulorum (14), decanorum (15), personarum canonicorum dictorum (16) ac quorumcumque collatorum et collatricum dictarum diocesum (17) in confectione litterarum eligend., eidem Gundissalvo (18) dignemini miseri-

corditer providere. Constitutionibus apostolicis, regulis cancellarie et ordinationibus et aliis in contrarium editis (19) non obstantibus quibuscumque et cum (20) clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Junii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *Gundisalvi*, com sinal de erro.
(2) No ms. *Johannes*, com sinal de erro.
(3) No ms. *clerico*, com sinal de erro.
(4) No ms. *com* e sinal de erro.
(5) No ms. *consuetum*, com sinal de erro.
(6) No ms. *dimedia*, com sinal de erro.
(7) No ms. *se*, com sinal de erro.
(8) No ms. *existet*, com sinal de erro.
(9) No ms. *sesaginta*, com sinal de erro.
(10) No ms. sinal de erro.
(11) No ms. *valori annum*, com sinal de erro.
(12) No ms. *archiepiscopatum*, com sinal de erro.
(13) No ms. *episcopatu* com sinal de erro.
(14) No ms. *cplorum*, com sinal de erro.
(15) No ms. *deacaorum*, com sinal de erro.
(16) No ms. *dictarum*, com sinal de erro.
(17) No ms. *diicesum*, com sinal de erro.
(18) No ms. *Gundisalvi*, com sinal de erro.
(19) No ms. *edictis*, com sinal de erro.
(20) No ms. *com* e sinal de erro.

1384

1429, Maio 20

Martinho Anes, clérigo da diocese de Braga, instituído canònicamente, por autoridade ordinária, reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Salreu da diocese de Coimbra, vacante por morte de Lourenço Anes, após apresentação do abade e cabido da colegiada de S. Martinho de Cedofeita, pede a confirmação apostólica daquela instituição, apesar do litígio pendente entre ele e Rodrigo Afonso.

Reg. Suppl. 242, fl. 44v-45v.

Beatissime Pater, dudum vacante parrochiali ecclesia sancti Martini de Sarleu Colimbriensis diocesis, que ad collationem abbatis et capituli secularis ecclesie sancti Martini de Cidofeta Portugalensis diocesis pertinere dinoscitur, per obitum quondam [fl. 45] Laurentii Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Martinus Johannis, clericus Bracharensis diocesis, ad dictam parrochialem ecclesiam per abbatem et capitulum predictum infra tempus legitimum presentatus, de illa auctoritate ordinaria institui et provideri sibi obtinuit ac illam presentationis necnon institutionis et provisionis huiusmodi pretextu extitit assecutus, prout tenet et possidet de presenti. Cum autem,

Pater Sancte, idem Martinus dubitet presentationem ac institutionem et provisionem predictas ex certis causis viribus non subsistere, supplicat S. V. dictus Martinus quatinus easdem presentationem, institutionem et provisionem ac possessionis inductionem ut prefertur factas et omnes et singulos defectus, si qui in premissis intervenerint, confirmare pariter et approbare et nichilominus de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive adhuc ut premittitur, aut per eiusdem Laurentii vel alicuius alterius de illa extra dictam Curiam, etiam coram notario publico et testibus, etiam ex causa permutationis invalide sponte factam, resignaverunt, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per obitum Stephani Alfonsi, olim in ipsa ecclesia ius habere pretendentis, qui etiam lite inter ipsum et dictum Martinum super dicta parrochiali ecclesia coram certis iudicibus in partibus pendente indecisa, extra dictam Curiam diem clausit extremum seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta et generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservata, affecta aut inter dictum Martinum et quemdam Rodericum Alfonsi vel quosvis alios in dicta Curia vel extra eam litigiosa existat, cuius et dicte litis statum, etc., eidem Martino in forma nove provisionis aut surrogationis et si neutri, prout melius videbitur, misericorditer providere dignemini. Non [fl. 45v] obstañ quod idem Martinus quamdam portionem sine cura in ecclesia parrochiali sancti Leonardi de Atouguia Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., duodecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, obtineat ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria declaranda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Junii, anno duodecimo.

1385

1429, Maio 21

João Peres, sacerdote, reitor da igreja paroquial de S. Silvestre de Melcões da diocese de Lamego, ao serviço de Lourenço Rodrigues, cónego de Lamego, tendo entrado em contenda com o deão de Lamego Lopo Gonçalves e outros, em defesa daquele, tomou parte na morte do deão, pelo que pede a absolvição da excomunhão e da irregularidade e a dispensa de continuar com a dita paroquial e receber a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 246, fl. 261-262.

Exponitur S. V. devotus vester Johannes Petri, presbyter, rector parrochialis ecclesie sancti Silvestri de Melocons Lamacensis diocesis, quod cum ipse iret quadam die cum quodam Laurentio Roderici, canonico Lamacensi, eius domino, de domo ipsius canonici ad vesperas ad ecclesiam Lamacensem et ipso canonico pro expediendo certa facta extra chorum dicte ecclesie remansisset in ecclesia, ipse exponens dictum chorum intravit et inibi fuit cum aliis cantando usque [fl. 261v] ad finem vesperorum et cum ipse canonicus

mitteret pro certis negotiis quemdam Johannem, eius familiarem, extra dictam ecclesiam, quondam Luppus Gundissalvi, decanus dicte ecclesie, qui secum aliquos homines armatos ducebat et eidem canonico in aliquibus adversabatur, unum ex dictis hominibus misit ut a dicto Johanne ensem quem secum portabat reciperet, cui cum familiaris dicti canonici resisteret, dictus decanus ivit et iecit quemdam lapidem contra eum, cum quo percusit non ipsum Johannem, sed quemdam proprium suum nepotem et reversus ad ecclesiam ivit contra prefatum canonicum, dicens: vos malefacitis ducere hic homines armatos, et hec dicendo accepit dictum canonicum per collum et rupit sibi vestes et eum in facie cum alio lapide quem in manu portabat vulneravit. Exponens ad rumorem huiusmodi exivit de choro cum aliis beneficiatis dicte ecclesie et cum dictus decanus eumdem videret exponentem venientem, dixit uni familiari suo ut eriperet eum et ipsum cum ense vulneraret, quod cum dictus exponens vidit, fugit versus domum suam et repertis ibi aliquibus hominibus amicis suis qui a casu ad dictam domum venerant, dixit: O Virgo Maria interficiunt dominum meum, et accepto quodam ense reddit ad ecclesiam animo et intentione liberandi prefatum canonicum, non tamen aliquem interficiendi nec malum aliud faciendi et alii homines predicti dixerunt ei: vis ut tecum vadamus, quibus ipse mente turbatus, dixit cum domum exiret: qui fuerit amicus meus, sequetur me; et tunc dicti homines, acceptis aliquibus armis, cucurrerunt post dictum exponentem ad dictam ecclesiam et cum dictus exponens et alii homines intrarent ecclesiam, invenerunt ibi predictum decanum cum hominibus habentibus enses evaginatos et tunc ipse exponens et eius socii posuerunt manus ad arma sua et involverunt se taliter in prelio quod ipse exponens et quidam acolitus familiaris dicti decani fuerunt vulnerati, de quibus vulneribus plene convaluerunt nec inde effecti fuerunt inhabiles ad divina et finaliter ipse exponens [fl. 262] et eius socii vulneraverunt taliter ipsum decanum quod dictus decanus de dictis vulneribus intra dictam ecclesiam expiravit. Cum autem, Pater Sancte, ipse exponens pro defensione sui domini, de cuius morte dubitat, ad ipsam ecclesiam venerit, ut prefertur, et ut ipsum liberaret et defenderet preliaverit atque in furore premissa fecerit, de quibus maxime dolet, supplicat eidem S. V. humiliter quatinus sibi specialem gratiam facientes, ipsum a reatu decanicidii huiusmodi ac excommunicationis sententiis, quos propter premissa incurrit, absolventes, super irregularitate propter premissa contracta dispensetis misericorditer cum eodem eamque circa eum penitus aboleritis, ita quod, premissis non obstantibus, dictam parrochialem ecclesiam, quam obtinet, retinere et quecumque, quotcumque et qualiacumque alia beneficia ecclesiastica, se invicem compatientia, si sibi alias canonice conferantur, libere et licite recipere et retinere possit, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat de absolutione, imposita debita penitentia.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Junii, anno duodecimo.

1386

1429, Maio 27

Gonçalo Gomes, clérigo da diocese de Évora, ao qual o papa concedera o mosteiro de S. Salvador da Torre da diocese de Tui em comenda, habilitando-o pelo facto de ter participado

em guerras contra os Sarracenos, e concedera também, noutra ocasião, a habilitação de se ter ingerido no tumulto em que certo leigo, que o injuriara, fora morto, pede a expedição das respectivas letras apostólicas sobre a comenda e ambas as habilitações.

Reg. Suppl. 242, fl. 42v-43.

Beatissime Pater, S. V. ad instantiam devotissimi filii vestri [fl. 43] Eduardi, regis Portugalie primogeniti, devoto vestro Gunsalvo Gometii, clerico Elborensis diocesis, ex utroque parente de nobili genere procreato, monasterium sancti Salvatoris de Turre ordinis sancti Benedicti Tudensis diocesis usque ad beneplacitum S. eiusdem gratiose commendari concessit, ipsum eo quod quandoque contra Sarracenos et infideles pugnando (1) bellis interfuit, ubi nonnumquam homicidia et membrorum mutilationes perpetrata fuerunt, habilitando, prout in petitione desuper confecta, in qua inadvertenter quod nullus in ipso monasterio monachus resideat expressum est, plenius continetur. Verum, Pater Sancte, S. V. etiam quamdam aliam petitionem, per quam inter alia eadem S. dictum Gunsalvum ex eo quod quidam laicus pluribus astantibus eum invasit sibique iniuriatus fuit, ab astantibus eisdem extitit interfectus, etiam gratiose habilitari concessit; ut igitur ambitus vitetur et littere prout congruit super commenda et habilitationibus predictis convenientius valeant expediri et occasione residentie predicte dubia non contingant oriri, dignetur S. V. utrasque habilitationes in eadem littera ipsamque commendam ad partem etiam absque eo quod si aliquis in dicto monasterio resideat monachus vel non mentio fiat expediri mandare de gratia speciali. Cum omnibus in dictis petitionibus contentis ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Junii, anno duodecimo.

(1) No ms. sinal de erro.

1387

1429, Maio 30

Nuno Martins, clérigo da diocese de Lamego, pede a igreja paroquial de Santa Marinha de Palmaz da diocese de Coimbra, vacante por morte de Fernando de Alpoim.

Reg. Suppl. 246, fl. 285v.

Supplicat S. V. devotus vester Nunius Martini, clericus Lamacensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancte Marine de Palmaz Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Fernandi de Alspoy, ipsius ecclesie rectoris, extra Romanam Curiam defuncti, sive ut premittitur, sive ex eo quod dictus Fernandus eamdem ecclesiam per annum et amplius obtinens, se non fecit, impedimento cessante legitimo nullaque per eum dispensatione obtenta, ad sacerdotium promoveri

aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem alicuius de illa extra dictam Curiam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vel per constitutionem *Execrabilis* vacet et specialiter vel generaliter devoluta seu in dicta Curia vel extra eam litigiosa existat, litis statum, etc., pro expresso, dignemini misericorditer providere. Non obstante gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Junii, anno duodecimo.

1388

1429, Maio 31

Rodrigo Anes de Asnaes, clérigo da diocese de Braga, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede mais quatro benefícios, além das porções de S. Pedro e Santa Maria de Porto de Mós e a igreja paroquial de Santa Maria da Lourinhã da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 242, fl. 33v-34.

Beatissime Pater, postquam dudum cum devoto vestro Roderico Johannis de Asnaaes, clerico Bracharensis diocesis, super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad minores ordines promoveri et unum beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere ordinaria primo et deinde ut ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum et deinde vigore dispensationis huiusmodi clericali caractere rite insignitus fuerat, cum eodem una cum certa gratia expectativa de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etc., in confectione litterarum exprimenda, ut huiusmodi beneficium vigore ipsius gratie expectative assequendum et subsequenter ut unam in sancti Petri et aliam in sancte Marie de Porto de Moos ecclesiis Ulixbonensis diocesis perpetuas portiones sine cura per S. eamdem sibi collatas et demum ut parrochialem ecclesiam sancte Marie de Loyrinhaã Ulixbonensis diocesis, de qua eadem S. sibi mandavit provideri, obtinere valeret fuit successive auctoritate apostolica dispensatum, supplicat igitur eidem S. prefatus Rodericus quatinus sibi uberiorem gratiam facientes, cum eo ut una cum predictis quatuor alia beneficia cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende ac dignitates, personatus, [fl. 34] administrationes et officia curata et electiva in cathedralibus et metropolitanis vel collegiatis ecclesiis fuerint, si sibi alias canonice conferantur, aut eligatur ad illa, cum licentia, quotiens ei placuerit, permutandi et simpliciter dimittendi, obtinere valeat auctoritate apostolica dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Vimaranensis Bracharensis diocesis vigore dicte gratie expectative, portionibus predictis, quas obtinet, ac dicta parrochiali ecclesia, de qua mandatum est sibi ut premittitur provideri, quorum fructus, etc., centum et quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, et gratia expectativa predicta, si expediat, et alia, si quam habet, in cancellaria declarandis, etc., et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Junii, anno duodecimo.

1389

1429, Maio 31

Súplica de Martinho Rodrigues, reitor da igreja paroquial de S. Pedro da Veiga de Lila (?), da diocese de Braga, sobre o indulto de dizer o Ofício divino ou horas canónicas segundo o costume da Cúria Romana.

Reg. Suppl. 244, fl. 22-22v.

Dignetur S. V. devoto oratori vestro Martino Roderici, rectori parrochialis ecclesie sancti Petri de Lira diocesis Bracharensis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, ut in dicta ecclesia aut aliquo beneficiorum, per ipsum ad presens obtentorum vel in posterum obtinendorum residendo aut alibi ubicumque fuerit, horas canonicas seu officium suum ad usum Romane Curie quod consuetum est dicere quoad vixerit recitare valeat licentiam concedere de gratia speciali. Constitutionibus [fl. 22v] et ordinationibus apostolicis, provincialibus et synodalibus, statutis et aliis contrariis nequaquam obstantibus quibuscumque et cum aliis non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Junii, anno duodecimo.

1390

1429, Junho 4

João Franquelim, leigo residente em Torres Novas, pede a faculdade de construir uma albergaria, com a respectiva capela, para pobres e peregrinos, dentro dos limites da igreja paroquial de S. Tiago de Torres Novas.

Reg. Suppl. 242, fl. 196-196v.

Beatissime Pater. Cum devotus V. S. orator Johannes Fraqualem, laicus ac habitator loci de Torres Novas Ulixbonensis diocesis, [fl. 196v] thesaurum in celis recondere satagens, de bonis a Deo sibi collatis in fundo suo proprio, infra limites parrochialis ecclesie sancti Jacobi loci predicti sito, quoddam (1) hospitale utique necessarium pro pauperum et peregrinorum inibi concurrentium receptione ac eorumdem caritativa subventione, in quo pro divini cultus augmentatione ac ipsorum pauperum et peregrinorum animarum solatio quamdam capellam cum campanili et campana aliisque divinum cultum concernentibus officinis erigere, construere, fundare et dotare proponat, si ad hoc sibi sedis apostolice suffragetur auctoritas, supplicat igitur eadem S. V. dictus Johannes quatinus sibi in suo laudabili proposito favorabiliter annuentes, ut de bonis a Deo sibi collatis in fundo proprio dicti loci de Torres Novas hospitale pro pauperum receptione, in quo capellam cum campanili, campana et aliis divinum cultum concernentibus erigere, construere, fundare ac illud de huiusmodi bonis suis perpetuo dotare possit et valeat, licentiam indulgere dignemini, alterius cuiuscumque licentia super hoc minime requisita, iure tamen dicte

parrochialis ecclesie ac alterius cuiuscumque in omnibus semper salvo, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Junii, anno duodecimo.

(1) No ms. *quod*, com sinal de erro.

1391

1429, Junho 4

Álvaro Barreto e Maior Gomes, cônjuges da diocese de Évora, pedem dispensa do impedimento que obstava a permanecerem no seu matrimónio, consumado já, por Vasco Lourenço, marido da dita Maior, ter sido padrinho dum filho de Álvaro Barreto que o tivera doutra mulher.

Reg. Suppl. 242, fl. 196v-197.

Exponitur S. V. pro parte devotorum vestrorum Alvari Barreto, laici, et Maioris Gometii, coniugum Elborensis diocesis, quod ipsi olim ignorantes aliquod impedimentum inter eos existere quominus ad invicem matrimonialiter possent copulari, matrimonium inter se per verba legitime de presenti publice iuxta morem patrie contraxerunt illudque carnali copula consummarunt. Cum autem postmodum ad eorum pervenerit notitiam quondam Valascum Laurentii, dicte [fl. 197] Maioris Gometii maritum, dum vixit quamdam prolem dicti Alvari, quam ex altera muliere procreaverat, de sacro fonte levasse, in eorum sic contracto matrimonio licite remanere non posse, dispensatione apostolica super hoc non obtenta, supplica[n]t (1) igitur eidem S. dicti coniuges quatinus cum eis ut, impedimento non obstante predicto, in eorum sic contracto matrimonio licite remanere possint et valeant dispensare dignemini de gratia speciali, prolem exinde susceptam (2), si qua sit, et suscipiendam legitimam nuntiantes, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Junii, anno duodecimo.

(1) No ms. *supplicat*, com sinal de erro.
(2) No ms. *suceptam* com sinal de erro.

1392

1429, Junho 5

Fernando Álvares de Cardoso, bacharel em artes e medicina, médico e familiar de D. João, cardeal do tit. de S. Pedro ad Vincula, *pede o mosteiro de Santa Maria de Aguiar da Ordem de Cister e da diocese de Lamego, vacante pela promoção do abade Frei Afonso a abade do mosteiro de Santa Maria de Salzedas.*

Reg. Suppl. 242, fl. 201-202.

Beatissime Pater. Cum abbatia sive monasterium sancte Marie de Aquilari [fl. 201v] ordinis Cisterciensis Lamecensis diocesis per promotionem fratris Alfonsi, ipsius abbatie seu monasterii abbatis, de persona sua ad monasterium beate Marie de Çarzeda eiusdem diocesis factam, de presenti vacare censetur, supplicat igitur S. V. devotus vester Fernandus Alvari de Cardoso, artium et medicine bacallarius, reverendissimi patris et domini Johannis tit. sancti Petri ad Vincula cardinalis (1) medicus et familiaris continuus commensalis, qui fervore devotionis acce[n]sus, prefatum monasterium seu abbatiam, quod in aliquibus suis partibus ruinosum existit, reparare desiderat, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de prefato monasterio, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem alicuius de illo in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario et testibus sponte factam vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut ipsum monasterium seu abbatia dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservatum seu inter aliquos in dicta Curia vel extra eam litigiosum, cuius litis statum, etc., existat, eidem Fernando quoad vixerit commendare seu in commendam concedere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutisque et consuetudinibus monasterii et ordinis predictorum ceterisque contrariis ac sancte Marie de Caria et beate Marie de Sirgrires Lamecensis et Visensis diocesum parrochialibus ecclesiis necnon canonicatu et prebenda ecclesie Visensis, quos obtinet, et quorum omnium fructus, etc., ducentarum quinquaginta librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac dispensatione ad duo [fl. 202] incompatibilia et gratia expectativa, cum eius extensione, in cancellaria apostolica declaranda. Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad beneplacitum sedis apostolice. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonas Junii, anno duodecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1196.

1393

1429, Junho 5

Pedro Anes, sacerdote da diocese de Coimbra, pede a igreja paroquial de Santa Marinha de Palmaz da diocese de Coimbra, e a porção na igreja paroquial de S. Bartolomeu de Coimbra, vacantes por morte de Fernando Anes de Alpoim.

Reg. Suppl. 245, fl. 86v-87.

Supplicat S. V. devotus vester orator Petrus Johannis, presbyter Colimbriensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Marinhe de Palmar Colimbriensis diocesis, cuius triginta quinque necnon de portione in ecclesia parrochiali sancti Bartholomei Colimbrieñ, cuius viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum fructus non excedunt, per

obitum quondam Fernandi Johannis de Alspoy, ipsarum ultimi et immediati possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex aliorum quorumcumque personis seu per liberam resignationem dicti Fernandi Johannis vel alterius cuiuscumque in Curia Romana vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, sive per constitutionem *Execrabilis* vacent, aut tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut generaliter vel specialiter dispositioni dicte sedis reservate, affecte existant et inter aliquos super ipsis vel earum altera in Curia Romana vel extra eam [fl. 87] lis, cuius statum, etc., pendeat indecisa, eidem Petro dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonis Junii, anno duodecimo.

1394

1429, Junho 9

João Álvares, clérigo do Porto, pede a igreja paroquial de S. Martinho de Rio de Moinhos da diocese do Porto que, estando vacante na Cúria Romana, devido à morte de Gonçalo Afonso, ocorrida na Cúria, obtivera em comenda Vasco Afonso, presentemente prior do mosteiro de S. Salvador de Freixo da diocese de Braga, por cuja renúncia o papa fizera provisão dela ao dito suplicante.

Reg. Suppl. 243, fl. 219-219v.

Beatissime Pater, vacante dudum beneficio seu ecclesia parrochiali sancti Martini de Rio de Moynos Portugalensis diocesis in Curia Romana et hoc per mortem Gundissalvi Alfonsi in predicta Curia defuncti, quidam Valascus Alfonsi, nunc prior sancti Salvatoris de Freyxo diocesis Bracharensis ordinis sancti Augustini, predictam ecclesiam auctoritate ordinaria sibi obtinuit concedi in commendam usque ad certum tempus, ut in littera desuper confecta latius continetur, qui quidem Valascus ante tempus predicte commende finitum predicte ecclesie seu commende in manibus eiusdem S. per suum certum procuratorem renuntiavit et devoto eiusdem S. Johanni Alvari, clerico Portugalensi, de predicta ecclesia per eamdem S. fuit provisum. Beatissime Pater, cum dicta ecclesia, quando vacat, dicatur pertinere ad presentationem patronorum laicorum et etiam asseratur a nonnullis predictam ecclesiam per mortem dicti Gundissalvi Alfonsi, in Curia Romana olim defuncti, adhuc vacare et predictus Johannes Alvari in sua provisione de hiis ad plenum non fecerit mentionem, supplicat eidem S. predictus Johannes Alvari quatinus de predicta ecclesia, super qua litem asseritur [fl. 219v] pendere in partibus inter predictum [Valascum Alfonsi] et quemdam Vicentium Petri, assertum clericum Ulixbonensem, c[uius li]tis statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, cum predictus Johannes Alvari sit paratus docere in cancellaria eiusdem S. de consensu patronorum, et etiam cum dicta ecclesia tam per mortem predicti Gundissalvi Alfonsi, in Curia Romana olim defuncti, quam per resignationem predicti Velasci Alfonsi in manibus eiusdem S. factam adhuc asseratur vacare, eidem Johanni de predicto beneficio seu ecclesia cum cura, cuius

fructus, redditus et proventus quinquaginta florenorum auri de camera valorem annuum communiter non excedunt, dignemini misericorditer providere, etiam si ad laicos patronos pertinere noscatur et inter aliquos in partibus vel alibi lis, cuius statum habere dignemini pro expresso, pendeat indecisa, sive ut premittitur, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem felicis recordationis Johannis pape vicesimi secundi que incipit *Execrabilis* aut per liberam resignationem cuiuscumque persona et in manibus cuiuscumque, etiam coram notario et testibus sponte factam vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta seu dispositioni apostolice specialiter reservata, affecta existat, etiam si per mortem predicti Gundissalvi Alfonsi seu per resignationem predicti Valasci quomodocumque vacet, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Junii, anno duodecimo.

1395

1429, Junho 12

Pedro Martins de Mogadouro, sacerdote da diocese de Braga, o qual participara na captura e feridas que a justiça secular infligira a Pedro Vasques, leigo, e seus cúmplices que roubaram e feriram o sobredito sacerdote, pede a absolvição da irregularidade e inabilidade, com a faculdade de exercer as suas Ordens, já que o dito Pedro Vasques morrera e o suplicante continuara a celebrar.

Reg. Suppl. 242, fl. 235-235v.

Beatissime Pater, exponit S. V. devotus orator vester Petrus Martini de Moguadoiro, presbyter Bracharensis diocesis, quod cum ipse olim apud officiales iustitie et Curie secularis civitatis Bracharensis detulisset querelam de quodam Petro Valasci, laico, et eius complicibus qui more predonico eumdem exponentem invaserant, certis rebus et bonis spoliaverant et insuper in parte sinistra faciei cum sanguinis effusione taliter vulneraverant [quod] cicatrix remansit non parum deformis, et magna cum instantia petivisset ab eis quod prefatum Petrum Valasci et complices spoliatores apprehendere vellent et ad restituendum sibi bona ablata compellerent ipsique officiales, audita querela huiusmodi, ad dictos Petrum Valasci et complices pergere properassent ut illos caperent et ad Curiam secularem adducerent, predicti Petrus Valasci et complices statim, sumptis cum furore armis, cum dictis officialibus bellare ceperunt adeo quod utrinque (1) aliqui percussi et [fl. 235v] vulnerati fuerunt et unus ex parte dicti Petri Valasci et complicum interemptus. Cum autem dictus exponens accessisset cum dictis officialibus, non animo nec intentione aliquem occidendi, sed tantum ut auxilium prestaret quod dicti spoliatores apprehenderentur et caperentur, et animadvertisset eumdem Petrum Valasci qui eum perantea vulneraverat ac fuerat ei mortem sepius comminatus in ipsum exponentem torvo faciei et irato ac furibundo oculo inspicientem considerassetque per hoc crudelem animum eius ac

timeret periculum sue vite in illa pugna et conflictu cum gladio, quem pro sola defensione secum astulerat, eumdem Petrum Valasci in capite vulneravit, credens illum in corpore vulnerare, quem etiam nonnulli alii de dicta Curia seculari, additis pluribus ictibus, taliter vulneraverunt quod ille infra paucos dies extitit vita functus. Cum vero idem exponens tamquam simplex et iuris ignarus, post hoc, non tamen in contemptum clavium, divina officia celebravit ac propterea omnino dubitet quo vulnere dictus Petrus obierit timeatque occasione premissa aliquam irregularitatem et inhabilitatem et quia de mente et intentione sua non fuit illum aut aliquem alium occidere, sed tantummodo auxiliari et favere quod spoliatores predicti caperentur et ad restitutionem ut prefertur bonorum predictorum compellerentur cupiatque ex magno devotionis fervore in suis sacris ordinibus ministrare et perpetuo Domino famulari, ideo supplicat Beatitudini Vestre dictus Petrus exponens quatinus ipsum ab huiusmodi excessu absolvere mandare dignemini, secum super irregularitate et inhabilitate, si quam occasione premissa contraxit seu incurrit, misericorditer dispensantes et ad statum pristinum restituentes de gratia speciali, signantes per *Fiat ut petitur et dispensamus.* —*Fiat de absolutione et omnino abstineat ab altaris ministerio et imponatur penitentia. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Junii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro.

1396

1429, Junho 13

João Fernandes, mestre-escola do Porto, bacharel em direito canónico e vigário geral do arcebispo de Braga D. Fernando, solicita outro benefício eclesiástico incompatível.

Reg. Suppl. 242, fl. 262.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Fernandi, scolasticus ecclesie Portugalensis, de nobili genere procreatus et baccalarius in iure canonico necnon vicarius generalis reverendissimi patris domini Fernandi, archiepiscopi Bracharensis (1), quatinus sibi specialem gratiam facientes ut una cum dicta scolastria (2), que dignitas curata in dicta ecclesia Portugalensi existit, aliud beneficium ecclesiasticum eidem scolastrie (3) incompatibile, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium ecclesiasticum cum cura vel sine cura in metropolitana, cathedrali aut collegiata ecclesiis, aut ecclesia parrochialis et dignitas huiusmodi electiva ac in eadem metropolitana vel cathedrali maior post pontificalem seu principalis in collegiata ecclesia etiam fuerit, si sibi alias canonice conferatur, recipere et retinere illaque simpliciter vel ex causa permutationis, totiens quotiens voluerit, simul vel successive dimittere et loco dimissorum vel dimissi aliud vel alia, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, duo tantum invicem incompatibilia, etiam si ipse dignitates fuerint, quoad vixerit recipere et retinere libere et licite valeat dispensare dignemini. Non obstañ quod idem Johannes dictam scolastriam (4)

et canonicatum et prebendam in ecclesiis Bracharensi et Portugalensi obtinet, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, et cum non obstañ et clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Junii, anno duodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 840.
(2) No ms. *escolastria,* com sinal de erro.
(3) No ms. *escolastie,* com sinal de erro.
(4) No ms. *scolasteriam,* com sinal de erro.

1397

1429, Junho 14

O sacerdote João Álvares, tendo trocado a íntegra porção da igreja de S. Pedro de Torres Vedras pela vigararia de Santa Maria do Castelo da mesma vila, com Luís Vasques, pede ao papa lhe confirme a colação da dita vigararia de Santa Maria do Castelo de Torres Vedras.

Reg. Suppl. 236, fl. 74-74v.

Beatissime Pater. Dudum devoti vestri Johannes Alvari, presbyter, quamdam integram portionem, quam in sancti Petri, et Ludovicus Velasci quamdam vicariam perpetuam, quam in sancte Marie de Castro de Turribus Veteribus parrochialibus ecclesiis Ulixbonensis diocesis obtinebant ex causa permutationis in manibus officialis Ulixbonensis libere resignarunt ipseque officialis, resignationibus huiusmodi per eum admissis, Johanni de vicaria et Ludovico prefatis de portione huiusmodi auctoritate ordinaria providit, quarum quidem collationis et provisionis vigore, Johannes vicarie et Ludovicus predicti portionis predictarum possessionem fuerunt pacifice assecuti. Cum autem, Pater Sancte, ab aliquibus asseratur collationem et provisionem ac possessionis assecutionem de dicta vicaria eidem Johanni et per eum ut premittitur factas ex certis causis viribus non subsistere, supplicat igitur S. V. prefatus Johannes quatinus resignationem huiusmodi ac collationem et provisionem eidem Johanni per dictum officium ac possessionis assecutionem per ipsum Johannem ut premittitur factas et quecumque inde secuta rata et grata habentes, confirmare ac eidem Johanni de dicta vicaria, cui cura imminet animarum et que de iure patronatus laicorum existit et eius collatio est ad sedem apostolicam legitime devoluta, cuiusque fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive ex eo quod prefatus Ludovicus eamdem vicariam per annum et amplius legitime possidens, impedimento cessante legitimo ac dispensatione apostolica super hoc non obtenta, se non fecit ad sacerdotium promoveri, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* et *Ad regimen* aut per liberam resignationem alicuius alterius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et

testibus sponte factam vacet, etiam si vicaria ipsa dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservata vel devoluta existat, et super ea inter aliquos in Romana Curia vel extra eam, lis, cuius statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, eidem Johanni dignemini de novo misericorditer providere, quadam portione, [fl. 74v] quam in ecclesia parrochiali sancti Andree Ulixboneñ obtinet, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium similium secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, non obstañ, ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria S. V. exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Julii, anno duodecimo.

1398

1429, Junho 15

D. João I, rei de Portugal, tendo construído no lugar de Almeirim da diocese de Lisboa um palácio real e tornado férteis várias terras, onde construira uma igreja em honra da Virgem Santa Maria, pede licença para o seu capelão-mor poder receber as décimas ou dízimos daquelas terras e distribuí-las pelos capelães designados pelo rei para a dita capela ou igreja.

Reg. Suppl. 242, fl. 291v-292.

Beatissime Pater, alias devotissimus S. V. filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex illustris, ad regni sui ampliationem, prout regiam decet maiestatem, divinique cultus augmentum anhelans, in quodam loco de Almerim vulgariter nuncupato Ulixbonensis diocesis, ad ipsum regem legitime pertinente, quedam palatia pro suis suorumque usu et habitatione edificavit et construxit seu construi et edificari fecit, apud que quasdam terrarum petias et possessiones aliquas videlicet ad culturam reduxit et alias a personis, ea tunc possidentibus, emptionis titulo seu excambii acquisivit necnon pro divini cultus augmento quamdam ecclesiam in honorem et sub vocabulo beate Marie Virginis fundavit et construxit seu fundari et construi fecit. Cum autem, Pater Sancte, prefatus rex de fructibus ex terris et possessionibus predictis, que nullius alterius ecclesie limitibus sunt connexe [fl. 292] excrescentibus, prout canonice dictant sanctiones, decimas solvere habeat illasque pro aliquorum capellanorum, per eum in dicta ecclesia pro divinis inibi celebrandis officiis, pro tempore deputandorum, sustentatione ferventius assignari desideret, ita videlicet ut capellanus maior ipsius regis pro tempore existens decimas huiusmodi percipiat ac illas, prout congruerit, singulis capellanis eisdem pro ipsorum sustentatione ministret, id tamen licite efficere posse dubitat, sine apostolice sedis licentia speciali, supplicat igitur S. V. dictus rex quatinus decimas huiusmodi dicto capellano maiori pro tempore existenti quamdiu capellanatui huiusmodi prefuerit, percipiendi et illas inter capellanos in ipsa ecclesia per eumdem regem pro tempore deputatos ut prefertur distribuendi licentiam et facultatem concedere dignemini de gratia speciali, Ordinarii loci et cuius-

cumque alterius licentia super hoc minime requisita. Non obstantibus constitutionibus apostolicis et aliis contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Julii, anno duodecimo.

1399

1429, Junho 16

O abade e mosteiro de Santo Tirso de Riba de Ave pede a confirmação do direito que lhe assistia de designar um monge para reger a paróquia instituída no território de S. João da Foz da diocese do Porto, pertencente à jurisdição do mosteiro por mera doação, visto que anteriormente o abade Vicente Rodrigues apresentara ao bispo do Porto certo seu familiar de nome António, sacerdote secular, e ele actual abade apresentar ao dito bispo do Porto o monge professo João Afonso, na intenção de readquirir seus direitos.

Reg. Suppl. 242, fl. 279-279v.

Beatissime Pater, licet territorium nuncupatum sancti Johannis de Foce Portugalensis diocesis in eoque totalis iurisdictio mera donatione ad abbatem et conventum monasterii sancti Trissi de Ripaavia ordinis sancti Benedicti dicte diocesis funditus pertinere noscatur et in quo quoddam heremitagium dudum erectum fuit et constructum, quod quidem inibi crescente populo in parrochialem ecclesiam, que ad utilitatem dicti monasterii per aliquem ex monachis ipsius monasterii ad nutum abbatis pro tempore existentis renovabilem regi deberet et gubernari conversum fuit, nichilominus quondam Vincentius Roderici, abbas predicti monasterii, dum vixit, sue salutis immemor, ad improvidam aliquorum ut creditur suggestionem quemdam Antonium, suum familiarem, presbyterum secularem, domino episcopo Portugalensi ad dictam parrochialem ecclesiam presentavit instituendum, in qua dictus A[ntonius] institutus illam quamdiu vixit obtinuit, fructus, etc., eiusdem ecclesie propriis suis usibus applicando, in grave dampnum et iuris dicti monasterii allienationem, quam quidem allienationem devotus V. S. orator Martinus, abbas modernus dicti monasterii, sic ut premittitur alienatam ad propria revocare, ad eamdem ecclesiam tunc vacantem regendam et gubernandam quemdam fratrem Johannem Alfonsi, monachum professum dicti sui monasterii, per eum ad eamdem ecclesiam presentatum, per dominum episcopum Portugalensem institui procuravit. Ne igitur, Pater Sancte, etiam imposterum quis ad instar dicti Antonii fructus, etc., loci et ecclesie predictorum in preiudicium dicti monasterii sibi appropriare (1) presumat, sed ut monachus inibi pro tempore instituendus ad divinum cultum ferventius animetur et statum suum et onera sibi incumbentia facilius supportare valeant, supplicant eidem S. V. abbas et conventus predicti monasterii quatinus ad omnium et singulorum premissorum maioris roboris firmitatem dicti loci donationem, ecclesie predicte erectionem, fundationem et gubernationem ac inde secuta rata habentes et grata, ea ex certa vestra scientia confirmare, sic ut perpetuis futuris temporibus eadem ecclesia a nullo alio quam ab aliquo ex monachis dicti monas-

terii ad nutum abbatis pro tempore existentis renovabili regi seu gubernari possit indulgere dignemini, pro cuius sustentatione eadem S. tertiam fructus emolumentorum, etc., ecclesie et loci predictorum, aliam vero mense conventus et reliquam partes abbatiali mense applicari debere [fl. 279v] decernat, si ad hoc abbatis, conventus et fratris Johannis Alfonsi predictorum expressus interveniat consensus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Julii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *approbare*, com sinal de erro.

1400

1429, Junho 20

Álvaro Anes, cónego prebendário da igreja colegiada de Santa Maria de Guimarães da diocese de Braga, solicita a igreja paroquial de Santa Maria de Sarzeda da diocese da Guarda, vacante por morte de João Preto.

Reg. Suppl. 239, fl. 190v.

Supplicat S. V. devotus vester Alvarus Johannis, canonicus prebendatus ecclesie collegiate sancte Marie de Guymarães Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Çerzeda Egitaniensis diocesis, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per obitum cuiusdam Johannis Preto, ultimi rectoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona aut [per] liberam resignationem eiusdem Johannis vel alterius in dicta Curia vel extra eam factam, vacet, etiam si devoluta vel litigiosa, litis statum, etc., aut reservata specialiter vel generaliter seu devoluta existat, misericorditer dignemini providere. Non obstañ canonicatu et prebenda predictis ac portione sine cura ecclesie beate Marie de Turribus Novis Ulixbonensis diocesis, quos obtinet et quorum fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Julii, anno duodecimo.

1401

1429, Junho 20

Gonçalo Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, pede o canonicato e prebenda da colegiada de Santa Maria de Alcáçova de Santarém, vacantes por morte de João Preto.

Reg. Suppl. 239, fl. 191.

Supplicat S. V. devotus vester Gundisalvus Gundisalvi, clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie collegiate sancte Marie de Alcaçova Sancteraneñ Ulixbonensis diocesis, quorum (1) fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacantibus extra Romanam Curiam per obitum cuiusdam Johannis Preto, ultimi canonici eiusdem canonicatus et prebende, sive premisso, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona aut per liberam resignationem eiusdem Johannis vel alterius in dicta Curia vel extra eam factam vacent, etiam si devoluti, litigiosi, litis statum, etc., aut reservati specialiter vel generaliter seu devoluti existant, misericorditer dignemini providere. Non obstañ iure quod habet in ecclesia sancti Andree de Tollões Bracharensis diocesis parrochiali, cuius possessionem nondum habet, et cuius fructus ducentarum librarum Turonensium parvorum valorem annuum non excedunt, ac gratiis expectativis et dispensatione ad duo incompatibilia, in cancellaria exprimendis, et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Julii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *cuius*, com sinal de erro.

1402

1429, Junho 20

João Francisco e sua mulher Maria Esteves e outros leigos da diocese de Braga pedem a confirmação da doação que fizeram ao conde de Barcelos D. Afonso do direito de padroado da igreja paroquial de S. Pedro de Fragoso da dita diocese.

Reg. Suppl. 243, fl. 84.

Beatissime Pater, cum nuper devoti oratores vestri Johannes Francisci, Maria Stephani, eius uxor, Katerina (1) Stephani, ipsius Francisci soror, Johannes et Alvarus Demoninha ac Gonsalvus Martini et nonnulli alii tam masculi quam femine diocesis Bracharensis ius patronatus parrochialis ecclesie sancti Petri de Fragoso dicte diocesis, ad eos legitime pertinens, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis Alfonso comiti de Barcellos, illustris regis Portugalie filio, pro se ac filiis heredibus et successoribus suis in perpetuum libere et irrevocabiliter inter vivos donaverint pariter et concesserint, prout in litteris autenticis sive instrumentis publicis inde confectis, quorum tenores et nomina aliorum patronorum in eisdem instrumentis nominatim comprensa presentibus haberi placeat pro expressis, plenius continetur. Supplicant igitur S. V. humiliter prefati Johannes, Maria et alii patroni quatinus donationem et concessionem ac litteras autenticas et instrumenta desuper confecta huiusmodi ac omnia inde secuta pro eorum subsistentia firmiori rata habentes et grata, ea ex certa scientia confirmare, supplentes, si forsan ex eo quod in

donatione et concessione patronorum huiusmodi Ordinarii non accessit consensus, et singulos alios defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, dignemini, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de consensu Ordinarii. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Julii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *Kterina*, com sinal de erro.

1403-1404

1429, Junho 22

João Fernandes, clérigo da diocese de Braga, solicita a igreja paroquial de Vila Cova, com o ermitério de S. Miguel do Monte que lhe era sujeito, vacante pela renúncia de Pedro Anes nas mãos do vigário do arcebispo de Braga. Pedro Anes, clérigo da diocese de Braga e tesoureiro da colegiada de Santa Maria de Guimarães, duvidando do valor da colação da dita tesouraria, vacante por morte de Brásio Esteves, pede ao papa a confirmação da mesma.

Reg. Suppl. 243, fl. 95-95v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Fernandi, clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia de Villa Cova cum heremitagio sancti Michaelis de Monte, sibi subiecto, dicte diocesis, vacantibus per resignationem factam in manibus vicarii archiepiscopi Bracharensis per quemdam Petrum Johannis seu eius procuratorem, ad hoc specialiter constitutum, sive premisso, sive alio quovis modo aut actu alio vel ex alterius (1) cuiuscumque persona (2) vacet, etiam per capitulum *De multa*, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio sit ad sedem apostolicam legitime devoluta, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, attempto quod quidam laicus coniugatus eam detinet indebite occupatam, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ parrochiali ecclesia sancte Marie de Villa Fria Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., duodecim florenorum auri de camera valorem annuum non excedunt, ac gratia (3) sibi facta de duobus incompatibilibus [fl. 95v] ac aliis non obstañ in cancellaria exprimendis et cum clausulis oportunis.

1404. Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devoti oratoris vestri Petri Johannis, clerici Bracharensis diocesis, thesaurarii in collegiata ecclesia sancte Marie de Vimaranis dicte diocesis quod, vacante dicta thesauraria per obitum quondam Blasii Stephani, ipsius thesaurarie ultimi thesaurarii, dictus Petrus eamdem thesauriam auctoritate ordinaria extitit assecutus, dubitat tamen provisionem, collationem et institutionem sibi factas de dicta thesauraria aliquibus de causis viribus non subsistere. Supplicatur igitur eidem S. V. quatinus provisionem, collationem et institutionem sibi factas gratas, ratas atque firmas perpetuo haberi dignemini, cuius fructus, etc., triginta quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo vacet, etiam si tanto tempore vacaverit

quod eius collatio ad sedem apostolicam sit legitime devoluta, eidem Petro dignemini misericorditer providere, sive premisso, sive alio quovis modo vacet et cum non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Julii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *alius*, com sinal de erro.
(2) No ms. vem repetida a palavra *persona*, mas com sinal de erro.
(3) No ms. um *de* a mais, mas com sinal de erro.

1405

1429, Junho 22

João Muñoz, clérigo da diocese de Palência, pede o perpétuo benefício da igreja paroquial de S. Vicente de Sevilha, a que o bispo de Mégara D. André Dias resignava por meio de António Martins de Santa Cruz, clérigo da diocese de Sevilha, depois de o ter obtido após a morte de João Afonso, quando era penitenciário menor na Cúria Romana, e depois de ter litigado com o possuidor João Sanches, cónego de Córdova.

Reg. Suppl. 243, fl. 98-98v.

Beatissime Pater. Dudum perpetuo beneficio sine cura parrochialis ecclesie sancti Vincentii Ispalensis per obitum quondam Johannis Alfonsi, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, devota creatura V. S. Andreas, episcopus Meguarensis (1), minor penitentiarius in Romana Curia, vigore gratie expectative per S. V. sibi facte (2), infra tempus debitum acceptavit et sibi de eodem provideri obtinuit et deinde, lite pendente, in Curia V. S. coram certo iudice, per S. V. deputato, inter dictum A[ndream], actorem ex una, et Johannem Sancii, canonicum Cordubensem, reum et possessorem de et super dicto beneficio et ipsius occasione, idem iudex diffinitivam pro dicto A[ndrea] episcopo et contra dictum Johannem Sancii tulit sententiam, que nulla appellatione suspensa, in rem transivit iudicatam. Verum, Pater Sancte, dictus A[ndreas] episcopus dictum beneficium et omne ius in eo sibi quomodolibet competens resignat in manibus V. S. per devotum vestrum Anthonium Martini de Sancta Cruce, clericum diocesis Ispalensis, procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum. Supplicat igitur S. V. devotus vester Johannes Munionis, clericus Palentine diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicto beneficio, cuius fructus, etc., absenti et in dicta ecclesia non residenti ultra viginti quatuor libras Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sic ut premittitur per dictam resignationem vacante, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quamcumque aliam personam vacet, aut per obitum dicti quondam Johannis Alfonsi, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservatum, affectum aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii vel alias ad sedem apostolicam legitime devoluta [fl. 98v] existat, aut super eodem in Curia Romana et extra lis, cuius statum

S. V. hic habere dignetur pro sufficienter expresso, inter prefatos vel alios seu aliquos pendeat indecisa, eidem Johanni dignemini misericorditer providere et ipsum in locum dicti episcopi in eodem statu, in quo est, perinde ac si dicta diffinitiva sententia pro dicto Johanne Munionis lata fuisset, subrogare. Non obstañ iure, si quod sibi competit in parrochiali ecclesia de Burmude Porieros ac in integra perpetua portione ecclesie Segobiensis ac in nonnullis prestimoniis et prestimonialibus portionibus diocesis Segobiensis, que et quot sint S. V. hic habere dignetur pro sufficienter expressis, quorum fructus, etc., ultra centum librarum predictarum secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt et quod lis pendeat in Curia V. S. in prima instantia coram certo iudice super dicto beneficio inter Alfonsum Roderici, assertum clericum diocesis Ispalensis, actorem ex una et dictum Johannem Sancii canonicum reum, in qua est lata una diffinitiva sententia contra dictum Johannem Sancii et pro dicto Alfonso, a qua fuit ad S. V. appellatum pro parte dicti Johannis Sancii, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica declaranda et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Julii, anno duodecimo.

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 851.

(*) No ms. *factam*, com sinal de erro.

1406

1429, Julho 12

João de Várzea de Mera, sacerdote da diocese de Tui, renova súplica sobre a igreja paroquial de S. Veríssimo de Arcos da dita diocese, porque no pedido anterior dissera que a dita igreja vagava pelo facto de Nuno Gonçalves de Portela a ter possuido durante mais de um ano, sem se ordenar de sacerdote, quando a possuira durante mais de quatro anos.

Reg. Suppl. 236, fl. 142v-143.

Beatissime Pater. Licet S. V. devoto oratori vestro Johanni (1) de Varzia de Mera, presbytero Tudensis diocesis, de parrochiali ecclesia (2) sancti Vereximi de Arcobus dicte diocesis vacante ex eo quod quidam Nunius Gundissalvi de Portela, nuper ipsius ecclesie rector, eamdem ecclesiam (3), tunc certo modo vacantem, canonice sibi collatam, assecutus illamque per quatuor annos pacifice possideret et se non fecit, impedimento cessante legitimo, ad sacerdotium promoveri et nulla canonica per eum dispensatione obtenta mandavit gratiose provideri, prout in supplicatione super huiusmodi gratia, per S. V. signata, plenius continetur et dictus exponens in ipsa supplicatione solummodo expressisset quia dictus Nunius per annum et amplius possedisset, cum tamen per quatuor annos et ultra, modo et forma premissa, possedisset et de presenti possidet et propter restrictiones cancellarie (4) apostolice dictus Johannes huiusmodi dubitet signaturam sufficientem

sibi minime suffragare, ut ipse plenum eiusdem petitionis reportet effectum, dignetur igitur eadem S. litteras apostolicas super huiusmodi supplicatione conficiendas expediri [mandare] cum expressione quod dictus Nunius per quatuor annos et ultra dictam parrochialem ecclesiam possedit et possidet et ut supra se non fecit, predicto impedimento cessante legitimo, ad sacerdotium promoveri et nulla canonica dispensatione obtenta, et cum clausula in prima supplicatione contenta et opportuna. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum [fl. 143] Ferentini, quarto Idus Julii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. *ecclesiam*, com sinal de erro.
(3) No ms. *eadem ecclesia*, com sinal de erro.
(4) No ms. *canonice*, com sinal de erro.

1407

1429, Julho 12

Gil Anes Borges renova súplica sobre dois benefícios da colação dos bispos e cabidos de Évora e de Silves, pelo facto de se ter declarado descendente de grandes nobres, epíteto que em Portugal se dava só aos filhos de condes e barões.

Reg. Suppl. 241, fl. 231v.

Beatissime Pater, cum alias S. V. devoto vestro Egidio Johannis Borges, ad unum seu duo beneficia sine cura vacantia vel vacatura spectantia (1) communiter vel divisim ad Elborensis et Silvensis (2) episcoporum necnon decanorum et capitulorum singulorumque canonicorum et personarum earum Silvensis et Elborensis ecclesiarum collationem, etc., et ad canonicatus sub expectatione prebendarum Elborensis et Silvensis ecclesiarum, etiam si canonicatus et prebenda alterius quam cathedralis ecclesie fuerit, gratiam fecerit specialem sub data iiii.to Kalendas Februarii pontificatus S. V. anno primo et ad duas collationes, sed quia, Pater Sancte, ipse Egidius in supplicatione suprascripta ex inadvertentia se dicit de magno nobilium genere procreatus et tales in partibus suis dicuntur filii comitum vel baronum, quod ipse Egidius non est, quare supplicat humilime S. V. dictus supplicans quatinus litteras super huiusmodi petitione conficiendas absque illis terminis de magno nobilium et cum istis de nobili genere in cancellaria S. V. mandare dignemini misericorditer expediri ac si in ea positi non fuissent, de gratia speciali, constitutionibus apostolicis et regulis cancellarie ac aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis necessariis et oportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Ferentini, quarto Idus Julii, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *expectantia.*
(2) No ms. sinal de erro.

1408

1429, Julho 14

João de Várzea de Mera, sacerdote da diocese de Tui, pede a expedição das letras apostólicas, a confeccionar sobre a igreja paroquial de S. Veríssimo de Arcos da mesma diocese, com menção de que Nuno Gonçalves de Portela a detinha e detivera durante quatro anos, sem se ordenar de sacerdote, porque em súplica anterior tinha dito apenas que ele a detivera durante um ano.

Reg. Suppl. 238, fl. 246-246v.

Beatissime Pater, S. V. devoto oratori Johanni de Varzia de Mera, presbytero Tudensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancti Veri[xi]mi de Arcobus dicte diocesis, vacante ex eo quod quidam Nunius Gundisalvi de Portela, nuper ipsius ecclesie rector, eamdem ecclesiam certo modo vacantem, canonice sibi collatam, assecutus illamque per quatuor annos pacifice possedit et se non fecit, impedimento cessante legitimo, ad sacerdotium promoveri et nulla canonica per eum dispensatione (1) obtenta, mandavit gratiose provideri, prout in supplicatione super huiusmodi gratia, per S. V. signata, plenius continetur, et dictus exponens in ipsa supplicatione solummodo (2) expressisset quia (3) dictus Nunius per annum possedisset, cum tamen per quatuor annos, modo et forma premissa (4), possedisset et de presenti possidet et propter restrictiones (5) cancellarie apostolice dictus Johannes huiusmodi signaturam sufficientem (6) sibi minime suffragare, ut ipse plenum eiusdem petitionis (7) reportet effectum, dignetur igitur eadem S. litteras apostolicas super huiusmodi supplicatione conficiendas expediri [mandare] (8) cum expressione quod dictus Nunius per quatuor annos dictam parrochialem ecclesiam possedit et possidet et ut supra se non fecit, predicto impedimento cessante legitimo, ad sacerdotium promoveri et nulla canonica dispensatione obtenta et cum clausulis in prima supplicatione contentis et oportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Ferentini, pridie Idus Julii, anno duodecimo (9).

---

(1) No ms. *dispensatio*, com sinal de erro.
(2) No ms. *solo modo*.
(3) No ms. sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro.
(5) No ms. *escriptiones*.
(6) No ms. *suffetur*, com sinal de erro.
(7) No ms. *petitionem*, com sinal de erro.
(8) No ms. sinal de erro.
(9) Deste suplicante, que parece ser espanhol, há outras petições no Reg. Suppl. 236, fl. 142v-143 e no Reg. Suppl. 242, fl. 196, com data respectivamente de *Datum Ferentini, quarto Idus Julii, anno duodecimo* e *apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Junii, anno duodecimo*. No mesmo Reg. 236, há ainda outras súplicas referentes à sé de Tui, como a de João Basseio, cónego de Tui, com data *sexto Kalendas Decembris, anno duodecimo* (Reg. Suppl. 236, fl. 51v-52) e de João Caminha, também cónego, com data de *Ferentini, octavo Idus Augusti, anno duodecimo* (Reg. Suppl. 236, fl. 197-197v). No Reg. Suppl. 237, fl. 2v-3, outra súplica alusiva a Vasco Fernandes e ao dito João Caminha com data *Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Februarii, anno duodecimo*, e outra de *Martinus Johannis*, reitor da igreja paroquial de S. Genésio de Ribadavia, com data de *Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Martii, anno duodecimo* (Reg. Suppl. 237, fl. 215v). No Reg. Suppl. 243, fl. 60-60v, anotamos a súplica de João Martins sobre a igr. de S. Tiago

de Estas da dioceses de Tui com data de *Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Maii, anno duodecimo.* Ainda no mesmo Reg. Suppl. 243, fl. 245v-246 e Reg. Suppl. 246, fl. 293-293v, há as súplicas de João Martins Barreiro sobre o deado de Tui com data respectivamente de *Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto decimo Kalendas Aprilis anno duodecimo* e *quarto Idus Martii, anno duodecimo.* Há ainda outras sobre benefícios da mesma diocese de Março e de Julho do mesmo ano (Reg. Suppl. 243, fl. 246v-247, fl. 275v). Indicamos ainda outra de Novembro do dito ano, no Reg. Suppl. 245, fl. 99v-100, de Nuno Gonçalves de Portela. No Reg. Suppl. 246, fl. 77v-78, uma de *Rodericus Johannis*, abade da igr. de S. Pedro de Cressenti, de Março do mesmo ano. No Reg. Suppl. 247, fl. 249v-250, anotamos a de João Caminha, cónego de Tui, com data de *Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Novembris, anno duodecimo.*

1409-1415

1429, Julho 26

Martinho V concede por motu proprio *a João Rodrigues, cónego de Lisboa e secretário do Infante D. Duarte, o deado de Lisboa, vacante por morte de Dionísio Anes, a que Vasco Rodrigues, doutor em Leis, e Rui Dias renunciaram, apesar da provisão da colegiada de S. Martinho de Cedofeita da diocese do Porto, que não possuia, com obrigação de renunciar à administração dos territórios portugueses da diocese de Badajoz ou Badalhouce e ao priorato de S. Miguel de Sosa. A Lopo Vaz da Cunha, diácono, acólito e familiar do papa, concede nas mesmas circunstâncias o dito priorato de S. Miguel de Sosa e a sobredita administração, com obrigação de deixar a comenda do mosteiro de Santo André de Rendufe, a igreja de Santa Maria da Lourinhã e o arcediagado de Barroso. A Rui Dias, deão de Braga e nobre, concede também por* motu proprio *a igreja paroquial de Santa Maria da Lourinhã e o mosteiro de Rendufe. A Vasco Rodrigues, clérigo de Lisboa, doutor em leis, concede nas mesmas circunstâncias o arcediagado de Barroso. O dito Rui Dias, cónego de Braga, ao qual fora concedido o deado desta sé, vacante pela promoção de D. Luís a bispo da Guarda, depois de o ter conseguido pacìficamente, foi provido do deado de Lisboa, com a obrigação de deixar o deado de Braga que passaria para Lopo Vaz da Cunha, acólito do papa. Não tendo nenhum deles conseguido tais deados, renunciaram a eles, pelo que Rui Dias pede que tais determinações fiquem sem efeito.*

Reg. Suppl. 244, fl. 23v-27. Publicadas por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n.º 99. Referenciadas por EDUARDO NUNES, *Parecer do Doutor «Velasco di Portogallo» sobre o beneplácito régio (Florença, 1454)*, Lisboa 1968, p. 102, nota 25.

Motu proprio dilecto Johanni Roderici, canonico Ulixbonensi, primogeniti regis Portugalie secretario, de decanatu ecclesie Ulixboñ, qui curatus, electivus et dignitas maior post pontificalem existit, cuius fructus, etc., quingentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Dionisii Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, sive per liberam resignationem Valasci Roderici, legum doctoris, sive Roderici Didaci, quibus et eorum cuilibet de illo ut premittitur vacante apostolica fuit auctoritate provisum, in manibus nostris sponte factam, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel alias generaliter reservatus, affectus,

devolutus seu in dicta Curia vel extra eam litigiosus sit, cuius litis statum, etc., providemus et nichilominus quascumque concessionis gratias sive provisiones de dicto decanatu cuicumque alteri sub quacumque verborum forma, etiam si motu simili facte sint, factas etiam motu proprio, tenore presentium revocamus, cassamus et volumus penitus pro infectis haberi. Non obstañ quod idem Johannes canonicatum et prebendam in eadem, quorum octuaginta, obtineat, et dudum sibi de ecclesia sancti Martini de Cedofeita Portugalensis diocesis, [fl. 24] cuius possessionem non habet, cuiusque ducentarum librarum Turonensium similium fructus, etc., secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, predicta fuit auctoritate provisum, ac gratia expectativa cum dispensatione ad duo incompatibilia ad vitam, cum potestate permutandi in cancellaria declaranda. Volumus autem quod dictus Johannes bona et redditus ad ecclesiam Pacensem spectantia, in regno Portugalie consistentia, quorum confinia et valores presentibus habentes pro sufficienter expressis, que ipse Johannes auctoritate sedis apostolice sub arrenda sub certis modo et forma, in cancellaria exprimenda, obtinere dinoscitur, necnon prioratum sancti Michaelis de Soza ordinis sancti Benedicti Colimbriensis diocesis, quem ipse Johannes etiam a sede predicta ad illius beneplacitum obtinet in commendam in manibus nostris ex nunc dimittere omnino teneatur ac arrende et commende huiusmodi renuntiet (1) et cedat de presenti. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat.*

1410. Item motu simili dilecto filio Lupo Valasci de Cunha, diacono, accolito et familiari nostro, ab utroque parente de nobili genere procreato, dictum prioratum sive ecclesiam sancti Michaelis de Soza ordinis sancti Benedicti Colimbriensis diocesis, cui cura imminet animarum et qui dignitas vel personatus non existit ac a monasterio beate Marie de Rochamador dicti ordinis Tullensis diocesis dependet et per illius monachos gubernari consuevit cuiusque fructus, etc., centum sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Gundissalvi, ultimi illius prioris, extra Romanam Curiam defuncti, sive per resignationem aut cessionem commende per Johannem suprascriptum ut premittitur factam huiusmodi aut per mortem fratris Valasci Pereyra qui dictum prioratum tenebat in commendam [fl. 24v] et ad vitam sive per resignationem fratris Roderici, monachi monasterii sancti Andree de Randufe Bracharensis diocesis, qui renuntiare vult omni iuri sibi competenti in dicto prioratu, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si alias generaliter vel specialiter reservatus, affectus, devolutus seu in dicta Curia vel extra eam litigiosus sit, cuius litis statum, etc., per ipsum lapsum quoad vixerit tenendum, regendum et etiam gubernandum, ex certa scientia commendamus. Non obstañ quod monasterii sancti Andree de Randufi dicti ordinis, cuius centum, administrator perpetuus auctoritate apostolica deputatus existit cuique preest ac parrochialem ecclesiam beate Marie de Lourinhaã Ulixbonensis diocesis, cuius etiam centum, obtinet et dudum sibi de archidiaconatu de Barroso in ecclesia Bracharensi, qui curatus, electivus ac dignitas existit et cuius etiam centum librarum Turonensium similium fructus, etc., secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, apostolica fuit auctoritate provisum, ac gratia expectativa cum dispensatione ad duo incompatibilia, in cancellaria declaranda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat.*

1411. Item motu simili bona et redditus ecclesie Pacensis, in dicto regno Portugalie ut premittitur consistentia, quorum fructus, etc., quadringentarum librarum Turo-

nensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per dimissionem ipsius Johannis aut alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacantia, etiam si specialiter vel generaliter reservata, affecta, devoluta seu litigiosa sint, cuius litis statum, etc., prefato Lupo per eum tenenda, regenda et gubernanda quoad vixerit ex certa scientia concedimus, conferimus et commendamus. Cum non obstañ et clausulis ut supra. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Constantiensis concilii de dismembratione bonorum ecclesiarum non facienda et aliis contrariis quibuscumque. [fl. 25] Volumus etiam quod dictus Lupus ex nunc monasterium sancti Andree et illius administrationem necnon archidiaconatum de Barroso huiusmodi ac prefatam parrochialem ecclesiam et omne ius sibi in illis vel ad ea quomodolibet competens, omnino dimittat, resignet (2) et renuntiet gratie sibi facte de decanatu (3) ecclesie Bracharensis in manibus nostris, quas quidem dimissionem, resignationem et renuntiationem admittimus per presentes; cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat.*

1412. Item motu simili dilecto filio Roderico Didaci, decano ecclesie Bracharensis, de nobili genere procreato, de parrochiali ecclesia beate Marie de Lourinhaã, Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per dimissionem sive renuntiationem dicti Lupi ut premittitur, supra factam sive per renuntiationem Roderici Johannis de Osnaes vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si alias generaliter vel specialiter reservata, affecta, devoluta seu litigiosa sit, cuius litis statum, etc., ex certa scientia providemus. Non obstañ quod decanatum, qui curatus et electivus et dignitas maior post pontificalem existit, necnon canonicatum et prebendam ecclesie Bracharensis ac etiam beate Marie de Azinhoso sine cura et cum cura sancti Salvatoris de Tavosa ecclesias necnon perpetuam portionem sine cura in ecclesia sancti Salvatoris de Turribus Novis Bracharensis et Ulixbonensis diocesum obtinet quodque dudum sibi de Portugalensis et Ulixbonensis ecclesiarum canonicatibus et prebendis, quorum omnium fructus, etc., quingentarum librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, tunc certis modis vacantibus, apostolica fuit auctoritate provisum sive concessum vel mandatum provideri, ac gratia expectativa, cum eius extensione et dispensatione de duobus incompatibilibus ad vitam, cum potestate permutandi, quotiens, etc., in cancellaria declaranda [fl. 25v] et nichilominus cum ipso Roderico ut ipsam ecclesiam beate Marie cum decanatu ac ecclesia sancti Salvatoris vel aliis duobus (4) incompatibilibus beneficiis huiusmodi, cum potestate permutandi, etc., per quinquennium retinere possit, motu simili dispensamus; cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat.*

1413. Item motu simili eidem Roderico Didaci, decano Bracharensi, monasterium sancti Andree de Randufe ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, per resignationem Lupi Valasci ut premittitur vacans, sive adhuc eo modo quo sibi commendatum sive quo ipse illi in administratorem prefectus extitit ut prefertur, sive ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservatum, affectum, devolutum seu litigiosum sit, cuius litis statum ex certa scientia per eum tenendum, regendum et etiam gubernandum quoad vixerit commendamus; cum non obstañ ut supra et cum clausulis oportunis. — *Fiat.*

1414. Item motu simili Valasco Roderici, clerico [Ulixbonensi] (5), legum doctori, de archidiaconatu de Barroso, cum suis annexis, qui curatus et electivus et dignitas, non tamen maior, post pontificalem in ecclesia Bracharensi existit, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, etiam vacante per resignationem dicti Lupi in manibus nostris sponte factam, sive adhuc eo modo quo ipsi Lupo de illo provisum extitit, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si alias specialiter vel generaliter reservatus, affectus, devolutus seu litigiosus sit, cuius litis statum, etc., ex certa scientia providemus. [fl. 26] Non obstañ quod dudum sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, quorum fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, tunc certo modo vacaturis, apostolica fuit auctoritate concessum provideri, ac gratia expectativa cum dispensatione incompatibilium etiam ad vitam, si quas habeat, in cancellaria exprimendis, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat.*

1415. Beatissime Pater, dudum S. V. devoto vestro Roderico Didaci, canonico ecclesie Bracharensis, de decanatu dicte ecclesie, qui curatus et electivus ac dignitas inibi maior post pontificalem existit, tunc per promotionem Ludovici episcopi Egitaniensis (6) ad ecclesiam Egitaniensem auctoritate apostolica factam et munus consecrationis eidem impendendum vacaturo, per suas litteras gratiose mandavit provideri. Qui quidem Ludovicus postmodum, huiusmodi litterarum et processuum desuper habitorum vigore, dictum decanatum extitit pacifice assecutus et subsequenter eadem S. V. dicto Roderico de decanatu ecclesie Ulixbonensis, qui etiam curatus et electivus ac dignitas maior post pontificalem inibi existit, tunc certo modo vacante et antea dispositioni apostolice reservato, gratiose providit, cum voluntate et decreto, prout ipse R[odericus] etiam tunc sponte voluit, quod in eventum assecutionis decanatus ecclesie Ulixbonensis, decanatum ecclesie Bracharensis huiusmodi dimittere teneretur et de dicto decanatu ecclesie Bracharensis per huiusmodi assecutionem vacaturo devoto vestro Lupo Valasci de Cunha, diacono, eiusdem S. acolito, gratiose mandavit provideri, prout in ipsis litteris super singulis premissis confectis, quarum tenores presentibus habere placeat pro expressis (7), plenius continetur. Verum, Pater Sancte, postmodum Rodericus decanatui Ulixbonensis et Lupus prefati decanatui Bracharensis ecclesiarum, illorum possessione per [fl. 26v] eos hinc inde non habita, ac omni iuri ipsis ac eorum cuilibet in eisdem decanatibus vel ad eos quomodolibet competenti in manibus eiusdem S. sponte renuntiarunt sive resignarunt, sive renuntiant et resignant de presenti. Supplicat igitur S. V. humiliter devotus Rodericus quatinus predictas priores litteras et processus habitos per easdem et quecumque inde secuta ab eorum datis perinde valere decernere suumque effectum sortiri debere in omnibus et per omnia ac si sibi de dicto decanatu ecclesie Ulixbonensis provisum (8) non fuisset, ad dimittendum dictum decanatum Bracharensem dimissurum se non obtulisset, etiam si dictus decanatus ecclesie Bracharensis per resignationem sive renuntiationem Lupi predicti sive (9) alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacet et alias generaliter vel specialiter reservatus, affectus, devolutus seu litigiosus sit, cuius litis statum, etc., et quatinus expediat, sibi de illo de novo providere dignemini gratiose. Non obstañ quod ipse Rodericus canonicatum et prebendam dicte ecclesie Bracharensis ac beate Marie de Azinhoso sine cura et cum cura sancti Salvatoris de Tavossa ecclesias necnon perpetuam portionem sine cura in ecclesia sancti Salvatoris de Turribus Novis Bracharensis et Ulixbonensis diocesum obtinet, quodque dudum sibi

de Portugalensis et Ulixbonensis ecclesiarum predictarum canonicatibus et prebendis, quorum omnium fructus, etc., quingentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, tunc certis modis vacantibus apostolica fuit auctoritate provisum sive concessum vel mandatum provideri, ac gratia expectativa cum eius extensione et dispensatione de duobus incompatibilibus ad vitam, cum potestate permutandi, quotiens, etc., in cancellaria declarandis et nichilominus cum ipso Roderico ut dictam ecclesiam beate Marie cum decanatu ecclesie Bracharensis ac etiam sancti Salvatoris [fl. 27] vel aliis duobus incompatibilibus beneficiis huiusmodi cum potestate etiam permutandi, etc., per quinquennium retinere posse misericorditer dispensare dignemini, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro omnibus septem. O. Fiat.

Datum Ferentini, septimo Kalendas Augusti, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *renuntiat*, com sinal de erro.
(2) No ms. *resinet*, com sinal de erro.
(3) No ms. *decanatum*, com sinal de erro.
(4) No ms. *duabus*, com sinal de erro.
(5) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *Ulixbonensi*.
(6) Cf. nota 1 do n.º 1073.
(7) No ms. *expresso*.
(8) No ms. *provissum*, com sinal de erro.
(9) No ms. *seve*, com sinal de erro.

1416

1429, Julho 28

D. Estêvão de Aguiar, nomeado abade do mosteiro de S. Pedro de Pedroso da diocese do Porto, solicita a prorrogação do tempo para apresentar as respectivas letras apostólicas ao executor.

Reg. Suppl. 243, fl. 292-292v.

Beatissime Pater, alias S. V. monasterium sancti Petri de Petrosso, ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, de persona humilis et devoti vestri fratris Stephani de Aguiar, monachi professi dicti ordinis, providit seu provideri [mandavit] (1) ipsumque Stephanum prefato monasterio in abbatem eiusdem prefecit seu prefici ac sibi munus benedictionis impendi mandavit, prout in litteris desuper confectis [fl 292v] plenius continetur, quarum tenorem eadem S. V. hic habere dignetur pro sufficienter expresso. Verum, Pater Sancte, quia idem Stephanus litteras huiusmodi earumdem executori infra tempus per eamdem S. V. statutum certis de causis presentare non potest, supplicatur eidem S. V. pro parte ipsius humiliter, ne eidem monasterio ac monacho provisio huiusmodi infructuosa reddatur, quatinus tempus presentationis huiusmodi litterarum earumdem

executori ad tres menses ultra prefatum tempus per eamdem S. V. statutum, ut prefertur, sibi prorogare misericorditer dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Ferentini, quinto Kalendas Augusti, anno duodecimo.

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *mandavit.*

1417

1429, Julho 28

Pedro Martins, governador do ermitério ou oratório de Santa Maria de Franqueira de Monte Redondo da diocese de Braga, pede indulgências para os visitantes do oratório que ajudarem na sua reconstrução.

Reg. Suppl. 244, fl. 109v.

Beatissime Pater. Cum oratorium sancte Marie de Franqueira in Monte Rotundo situm Bracharensis diocesis adeo in suis edificiis et structuris ruinam patiatur quod minime reparari poterit, sive potest, nisi ad hoc pie fidelium elemosine sufragentur (1), supplicat igitur S. V. devotus orator vester Petrus Martini, gubernator dicti oratorii, quatinus omnibus et singulis christifidelibus vere penitentibus et confessis, oratorium huiusmodi visitantibus et pro eius reparatione manus porrigentibus adiutrices, tres annos et totidem quadragenas de vera indulgentia perpetuo duratura in omnibus festivitatibus, in cancellaria dari solitis, concedere et largiri dignemini de vestra gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat in forma. O.*

Datum Ferentini, quinto Kalendas Augusti, anno duodecimo.

(1) No ms. *sufragaretur*, com sinal de erro.

1418

1429, Julho 28

João Vicente, reitor da igreja paroquial ou oratório de Santa Maria de Areias da diocese de Braga, solicita indulgências para os visitantes da igreja que contribuirem para a sua reparação.

Reg. Suppl. 244, fl. 109v.

Beatissime Pater, cum parrochialis ecclesia sive oratorium sancte Marie de Arenis Bracharensis diocesis adeo in suis edificiis et structuris ruinam patiatur quod minime repa-

rari poterit sive potest, nisi ad hoc pie fidelium elemosine sufragentur (1), supplicant igitur S. V. Johannes Vincentii, rector dicte parrochialis ecclesie et parrochiani sive habitantes dicti loci quatinus omnibus et singulis christifidelibus vere penitentibus et confessis, ecclesiam sive oratorium huiusmodi devote visitantibus, et pro eius reparatione manus porrigentibus adiutrices, tres annos et totidem quadragenas de vestra (*sic*) indulgentia perpetuo duratura in omnibus festivitatibus, in cancellaria dari solitis, concedere et largiri dignemini de vestra gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat in forma. O.*

Datum Ferentini, quinto Kalendas Augusti, anno duodecimo.

(1) No ms. *sufragaretur*, com sinal de erro.

1419

1429, Agosto 1

Luís Anes, reitor da igreja paroquial de Santa Ovaia de Constance da diocese do Porto, pede ao papa mande corrigir as letras apostólicas sobre a graça dum canonicato, sob a expectativa da prebenda, e benefício da colação dos bispos e cabidos do Porto e de Lamego para a colação do arcebispo e cabido de Braga, por não ter esperança de conseguir benefícios na cidade e diocese de Lamego, dado o número e qualidade de concorrentes.

Reg. Suppl. 241, fl. 234v-235.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto vestro Ludovico Johannis, rectori parrochialis ecclesie sancte Ovaye de Constance Portugalensis diocesis, gratiam fecit specialem expectativam, sub data sexto Kalendas Maii pontificatus vestri anno septimo, de canonicatu sub expectatione prebende, dignitate, personatu, [fl. 235] administratione vel officio ac beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etc., ad collationem, etc., episcoporum et capitulorum, etc., Portugalensis et Lamacensis ecclesiarum, prout in litteris inde confectis, quarum tenorem hic habere dignemini pro expresso, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, dictus Ludovicus propter (1) multitudinem gratiarum cum eo signanter (2) in ecclesia, civitate et diocesi Lamaceñ in equali et maiori dat. concurrentium, fructum de dicta gratia consequi non sperat (3) optatum, supplicatur S. V. pro parte ipsius humiliter quatinus ut litteras super huiusmodi gratia confectas in cancellaria apostolica corrigi et loco collationis episcopi et capituli, etc., Lamaceñ poni (4) archiepiscopi et capituli ecclesie Bracarensis mandare misericorditer dignemini de gratia speciali, cum non obstañ in prefatis litteris contentis, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Concessum de mutatione collationis in eodem regno. G. Conseranensis.*

Datum Ferentini, Kalendis Augusti, anno duodecimo.

(1) No ms. *perter*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. *esperat*, com sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro.

1420

1429, Agosto 1

O franciscano Frei João Palmeiro, presente na Cúria Romana, pede ao papa o nomeie penitenciário menor, dado que na Basílica de S. Pedro e na Cúria Romana não havia nenhum penitenciário menor do reino de Castela ou do reino de Portugal.

Reg. Suppl. 244, fl. 96-96v. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n.º 100b.

Beatissime Pater. Cum nullus penitentiarius minor de regnis Castelle et Portugalie in Basilica Principis Apostolorum de Urbe et Curia Romana habeatur, ut igitur utriusque sexus homines de ipsis regnis ad basilicam et Curiam predictas confluentes clarius ipsorum peccamina valeant reserare, supplicatur S. V. pro parte humilis et devoti oratoris Johannis Palmeyro, presbyteri, ordinis Minorum professi, qui presens in Curia Romana predicta existit, ut in basilica et Curia prefatis cum omnibus et singulis honoribus, oneribus et emolumentis, quibus ceteri et consimiles penitentiarii potiuntur et gaudent, in penitentiarium eum constituere, ordinare pariter et deputare ipsumque numero et consortio de specialis dono gratie similium penitentiariorum aggregare et ut talem ab aliis penitentiariis recipi misericorditer mandare dignemini, cum clausulis necessariis [fl. 96v] et oportunis. — *Fiat ad duos menses.* O.

Datum Ferentini, Kalendis Augusti, anno duodecimo.

1421

1429, Agosto 3

D. Afonso, conde de Barcelos, pede o indulto para si, sua mulher e filhos de serem obrigados só aos dias de jejum e festas de preceito guardados na Cúria Romana.

Reg. Suppl. 244, fl. 35-35v.

Supplicat S. V. devotus eiusdem S. filius Alfonsus, serenissimi principis regis Portugalie et Algarbii natus, comes de Barcellos, quatinus sibi ut ipse, eius uxor et liberi ieiunare et festa celebrare minime teneantur, nisi solum et dumtaxat in vigiliis, in Romana Curia observari et ieiunari ac festis celebrari solitis, quodque carnibus, ovis et lacticiniis uti possint et valeant licite in diebus, quibus in Romana Curia uti solitum est, licentiam et facultatem concedere dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus [fl. 35v] quibuscumque. — *Fiat de utroque pro omnibus.* O.

Datum Ferentini, tertio Nonas Augusti, anno duodecimo.

1422

1429, Agosto 3

D. Afonso, conde de Barcelos, solicita para João Rodrigues de Monseraz, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Airães da diocese de Braga, qualquer outro benefício incompatível.

Reg. Suppl. 244, fl. 62-62v.

Supplicat S. V. devotus eiusdem S. filius Alfonsus, serenissimi principis regis Portugalie et Algarbii natus, comes de Barcellos, quatinus in personam dilecti sui familiaris continui commensalis Johannis [fl. 62v] Roderici de Monseraz, rectoris parrochialis ecclesie sancte Marie de Ayrãaes Bracharensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreati, gratiam facientes specialem, cum dicto Johanne ut una cum dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, quodcumque aliud beneficium ecclesiasticum eidem incompatibile, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium curatum et electivum in metropolitana vel alia cathedrali aut collegiata ecclesia, aut alia parrochialis ecclesia fuerit, si sibi canonice conferatur, recipere et quoad vixerit cum potestate permutandi retinere libere et licite possit et valeat (1) dispensare misericorditer dignemini, sacri generalis concilii, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Ferentini, tertio Nonas Augusti, anno duodecimo.

(1) No ms. *valeret.*

1423

1429, Agosto 3

Súplica do abade e convento de Santa Maria de Bouro da Ordem de Cister e diocese de Braga, a pedir licença para venderem a granja de Santa Comba de Vilariça, distante do mosteiro e quase inútil ao mesmo.

Reg. Suppl. 244, fl. 62v-63.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devotorum vestrorum Gometii abbatis et conventus monasterii sancte Marie de Bayro Cisterciensis ordinis Bracharensis diocesis quod quedam possessio sive grangia sancta Co[l]umba (1) de Valleriça dicte diocesis nuncupata adeo a dicto monasterio distat quod iidem abbas et conventus modicos (2) fructus exinde percipiant et ideo dicto monasterio quasi inutilis reddatur, quare supplicatur eidem S. V. pro parte dictorum abbatis et conventus quatinus alicui probo in parti-

bus illis committere dignemini et mandare ut se de premissis informet et si reppererit (3) premissa fore vera, dictis abbati et conventui licentiam vendendi dictam possessionem sive grangiam et pro illis denariis de huiusmodi possessione, sic ut premittitur vendita, provenientibus alias possessiones dicto monasterio magis aptas et fructuosas emendi auctoritate apostolica concedat, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur infra biennium, si in evidentem et* [fl. 63] *deponatur pretium penes fidum mercatorem. O.*

Datum Ferentini, tertio Nonas Augusti, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *Coumba*, com sinal de erro.
(2) No ms. *non modicos*, mas com sinal de erro.
(3) No ms. *repperit*, com sinal de erro.

1424

1429, Agosto 3

Pedro Martins de Mogadouro, sacerdote da diocese de Braga, roubado e ferido por Pedro Vasques, fora em perseguição deste e cúmplices com os oficiais da justiça, tendo tomado parte nas feridas que lhe foram infligidas e o levaram à morte. Desejando continuar no exercício das Ordens, de que aliás não desistira, pede a absolvição da irregularidade e inabilidade e dispensa para ser reintegrado no seu antigo estado.

Reg. Suppl. 244, fl. 63-63v.

Beatissime Pater. Exponit S. V. devotus orator vester Petrus Martini de Moguadoiro, presbyter Bracharensis diocesis, quod cum ipse olim apud officiales iustitie et Curie secularis civitatis Bracharensis detulisset querelam de quodam Petro Valasci laico et eius complicibus qui more predonico eumdem exponentem invaserant, certis rebus et bonis spoliaverant et insuper in parte sinistra faciei cum sanguinis effusione taliter vulneraverant quod cicatrix remansit non parum deformis, et magna cum instantia petivisset ab eis quod prefatum Petrum Valasci, complices spoliatores apprehendere vellent et ad restituendum sibi bona ablata compellerent ipsique officiales, audita querela huiusmodi, ad dictos Petrum Valasci et complices pergere properassent ut illos caperent et ad Curiam secularem adducerent, predicti Petrus Valasci et complices statim, sumptis cum furore armis, cum dictis officialibus bellare ceperunt adeo quod hinc inde aliqui percussi et vulnerati fuerunt et unus ex parte dicti Petri Valasci et complicum interemptus. Cum autem dictus exponens accessisset cum dictis officialibus, non animo nec intentione aliquem occidendi, sed tantum ut auxilium prestaret quod dicti spoliatores apprehenderentur et caperentur et animadvertisset eumdem Petrum Valasci qui eum perantea vulneraverat ac fuerat ei mortem sepius comminatus in ipsum exponentem torva (1) facie et irato ac furibundo oculo inspicientem considerassetque per hoc crudelem animum eius ac periculum sue vite timeret in illa pugna et conflictu cum gladio, quem pro sola defensione secum attulerat, eumdem Petrum Valasci in capite vulneravit, credens illum in

corpore vulnerare, quem etiam nonnulli alii de dicta Curia seculari, additis pluribus ictibus, taliter vulnerarunt quod ille infra paucos dies extitit vita functus. Cum vero idem exponens tamquam simplex et iuris ignarus post hoc, non tamen [fl. 63v] in contemptum clavium, divina officia celebravit ac propterea omnino dubitet quo vulnere dictus Petrus obierit timeatque occasione premissa aliquam irregularitatem et inhabilitatem incurrisse et quia de mente et intentione sua non fuit illum aut aliquem alium occidere, sed tantummodo auxiliari et favere quod spoliatores predicti caperentur et ad restitutionem ut prefertur bonorum predictorum compellerentur cupiatque ex magno devotionis fervore in suis sacris ordinibus ministrare et perpetuo Domino famulari, ideo supplicat Beatitudini Vestre dictus Petrus exponens quatinus ipsum ab huiusmodi excessu absolvi mandare dignemini, secum super irregularitate et inhabilitate, si quam occasione premissa contraxit seu incurrit, misericorditer dispensantes et ad statum pristinum restituentes de gratia speciali, signantes per *Fiat ut petitur et dispensamus. — Fiat de absolutione in forma. O. Imponatur penitentia. O.*

Datum Ferentini, tertio Nonas Augusti, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *terva*, com sinal de erro.

1425

1429, Agosto 3

Alegando que D. João, prior do mosteiro de Santa Maria de Vimieiro da Ordem de S. Bento da diocese de Braga, era negligente na administração dos bens do mosteiro e tinha uma concubina, o clérigo da mesma diocese bracarense Martinho Anes solicita para si a comenda do dito mosteiro.

Reg. Suppl. 244, fl. 63v-64.

Beatissime Pater, cum Johannes, prior monasterii sancte Marie de Vimieyro, per priorem gubernari soliti, ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, suorum status et honoris immemor bonique pastoris et yconimi cura seposita, nonnulla possessiones et bona dicti monasterii distraxerit et alienaverit et ex eis aliqua potentibus et magnis, a quibus difficulter recuperari possent, arrendaverit et locaverit, per eius quoque negligentiam (1) prefati monasterii iura multipliciter lesa sint et coniugatam, ex qua prolem suscitavit, in concubinam publice tenere pluribus annis non expaverit ac commenssationibus et ebrietatibus vacans, inutilis omnino dicto monasterio sit et preter eum ac quemdam capellanum nullum habeat ad divina officia inibi peragenda, unde monasterium ipsum, si illi prefatus Johannes diutius prefuerit, graviora in spiritualibus et temporalibus sustineret (2) detrimenta et propterea dictus Johannes ad eiusdem monasterii [fl. 64] regimen et administrationem obtinendumque illius prioratum, qui dignitas conventualis est, reddiderit penitus se indignum, speretur quod (3) devotus vester Martinus Johannis, clericus dicte diocesis, ipsi monasterio, si illud ei commendetur, ut in huiusmodi spiritualibus et temporalibus prosperos continget successus, esse debeat plurimum profuturus, pro parte dicti Martini S. V. supplicatur humiliter quatinus super hiis etiam ipsi monasterio consulentes

affectu, aliquibus in partibus illis committere mandareque ut super premissis inquirat diligentius veritatem et si per huiusmodi inquisitionem, ea vel illorum aliquod ad id sufficiens reppererit veritate subniti (4), dictum Johannem prioratu prefato auctoritate apostolica sententialiter privent de illoque ammoveant, prout de iure fuerit faciendum et si huiusmodi privationem et amotionem per eos fieri contigerit, prioratum predictum, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per huiusmodi privationem et amotionem tunc, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet et generaliter vel specialiter reservatus, devolutus, curatus, electivus et cuius statum, etc., litigiosus sit, ipsi Martino per eum quoad vixerit tenendum, regendum et gubernandum eadem auctoritate commendet. Non obstañ quod idem Martinus quamdam perpetuam portionem in ecclesia sancti Leonardi de Atouguia, cuius duodecim, obtinet et super parrochiali ecclesia prioratu nuncupata sancti Martini de Sarleu Colimbriensis et Ulixbonensis diocesum, cuius quinquaginta librarum Turonensium similium fructus, etc., secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, litigat, ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda, ceterisque contrariis quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma iuris. O. Fiat.*

Datum Ferentini, tertio Nonas Augusti, anno duodecimo.

---

(1) No ms. ***neglientiam***, com sinal de erro.
(2) No ms. ***prefe't***, com sinal de erro.
(3) No ms. ***spereturque***, com sinal de erro.
(4) No ms. ***submitti***, com sinal de erro.

1426

1429, Agosto 3

Gonçalo Cação, clérigo da diocese de Lisboa, nobre, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Penamacor da diocese da Guarda, vacante por morte de João Vasques.

Reg. Suppl. 244, fl. 153-153v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Gundissalvus Caçom, clericus Ulixbonensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Pennamoncor Egitaniensis (1) diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Johannis Valasci, ipsius rectoris, in Romana Curia defuncti, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vel liberam resignationem alicuius de illa in dicta Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si devoluta aut alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata seu inter aliquos litigiosa, cuius litis statum, etc., existat, eidem

Gundissalvo dignemini misericorditer providere. Non obstañ quadam gratia expectativa, in cancellaria declaranda, cum ceteris non [fl. 153v] obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Ferentini, tertio Nonas Augusti, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *Genetensis*, com sinal de erro.

1427

1429, Agosto 8

Rui Dias, deão de Braga, e Lopo Vaz da Cunha, acólito do papa, pedem a este renove as concessões respectivamente da igreja paroquial de Santa Maria da Lourinhã e do mosteiro de Santo André de Rendufe e da administração das terras portuguesas da diocese de Badajoz e do priorato de S. Miguel de Sosa.

Reg. Suppl. 244, fl. 69-69v. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n.º 101.

Beatissime Pater, S. V. devotis vestris Luppo Valasci de Cunha, acolito eiusdem S., de certis redditibus episcopatus Pacensis et de prioratu sive ecclesia sancti Michaelis de Soza ordinis sancti Benedicti Colimbriensis diocesis necnon Roderico Didaci, decano Bracharensi, de parrochiali ecclesia beate Marie de Lourinhaã Ulixbonensis diocesis providit ac monasterii sancti Andree de Randufe ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis commendam concessit cum certis aliis dispensationibus super ipsa parrochiali ecclesia et [fl. 69v] decanatu Bracharensi obtinendis petitis necnon super certis perinde valere et aliis tunc petitis gratiam fecit. Verum, Pater Sancte, ab aliquibus posset dubitari an dispensatio huiusmodi petita veniat et forsan gratias posse impugnari ex eo quod ipsi Lupus et Rodericus ex certis obligationibus sive camere apostolice sive campsoribus in Romana Curia factis excommunicationis sententiam tempore date gratiarum huiusmodi ligati existerent. Dignetur igitur eadem S. gratias huiusmodi quantum expediat de novo facientes, ratas et firmas habentes, cum dispensatione huiusmodi expediri mandare, presertim cum ipsi Lupus et Rodericus iam ab huiusmodi excommunicationibus, si que forent, absoluti existant, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque. O. Fiat.*

Datum Ferentini, sexto Idus Augusti, anno duodecimo.

1428

1429, Agosto 14

D. Afonso, conde de Barcelos, pede qualquer outro benefício eclesiástico para João Rodrigues de Monseraz, seu familiar e reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Airães da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 244, fl. 197.

Supplicat S. V. devotus eiusdem S. filius Alfonsus, serenissimi principis Portugalie et Algarbii regis natus, comes Barcellensis, quatinus sibi in personam dilecti sui familiaris continui commensalis Johannis Roderici de Monseraz, rectoris parrochialis ecclesie sancte Marie de Airãis Bracharensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreati, gratiam facientes specialem, cum dicto Johanne ut una cum dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, quodcumque aliud beneficium ecclesiasticum eidem incompatibile, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium curatum et electivum in metropolitana vel alia cathedrali aut collegiata ecclesia aut alia parrochialis ecclesia fuerit, si sibi canonice conferatur, recipere et quoad vixerit cum potestate permutandi, retinere libere et licite possit et valeat, dispensare misericorditer dignemini, sacri generalis concilii, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Ferentini, decimo nono Kalendas Septembris (1) anno duodecimo.

(1) No ms. estava antes *Augusti*, palavra que foi emendada para *Septembris*.

1429

1429, Agosto 16

D. Fernando, arcebispo de Braga, pede o indulto de qualquer sacerdote o absolver das penas eclesiásticas e pecados, inclusive dos reservados à Santa Sé.

Reg. Suppl. 244, fl. 208-208v.

Beatissime Pater, ut devote creature vestre F[ernandi], archiepiscopi Bracharensis (1), anime saluti salubrius consulatur, supplicat S. V. dictus F[ernandus] quatinus sibi ut confessor quicumque ydoneus, per ipsum eligendus, ipsius confessione audita, eum a quibusvis per eum hactenus commissis peccatis, criminibus et excessibus necnon excommunicationum, suspensionis et interdicti ceterisque ecclesiasticis sententiis, censuris atque penis, si quas a iure vel homine prolatis quomodolibet incurrit, etiam quibusvis tam in sacrorum susceptione ordinum ac adeptione cuiuscumque beneficii aut dignitatis ecclesiastice presertim dicte ecclesie Bracharensis contractis vitiis ac labe et alias occasione quacumque et in quibusvis etiam sedi apostolice specialiter reservatis casibus auctoritate apostolica in foro conscientie absolvere penitentiamque sibi iniungere ac [fl. 208v] secum super irregularitate, si quam huiusmodi sententiis vel earum aliqua ligatus, ordines huiusmodi suscipiendo, missas et alia divina officia celebrando seque illis immiscendo et alias quavis occasione contraxit quodque in predictis ordinibus ministrare ac etiam predictam ecclesiam Bracharensem retinere possit, etiam cum remissione fructuum indebite per eum a predicta vel quacumque alia ecclesia perceptorum eadem auctoritate dispensare iuramentaque et alia quecumque vota per ipsum F[ernandum] quomodolibet prestita vel facta relaxare et ipsa in alia opera pietatis commutare omnemque inhabilitatis et infamie

maculam sive notam, per eum premissorum occasione aut alias quomodolibet contractam abolere ac omnia et singula in premissis et circa ea quomodolibet necessaria seu etiam oportuna facere possit et valeat concedere et indulgere dignemini de gratia speciali, premissis et aliis in contrarium editis non obstantibus. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Ferentini, decimo septimo Kalendas Septembris, anno duodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 840.

1430

1429, Agosto 18

Fernando Afonso, sacerdote da diocese de Tui, pede o ofício de tabelião.

Reg. Suppl. 247, fl. 165v.

Beatissime Pater, dignetur S. V. officium tabellionatus devoto vestro Fernando (1) Alfonsi, presbytero Tudensis diocesis, concedere ut in forma. — *Fiat. O.*

Datum Ferentini, quintodecimo Kalendas Septembris, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *Fernandi*, com sinal de erro.

1431

1429, Agosto 19

Luís Garcia, clérigo da diocese de Lisboa, pede a prorrogação da expedição e apresentação ao executor das letras apostólicas sobre a perpétua porção na igreja paroquial de Santa Cruz de Lisboa.

Reg. Suppl. 236, fl. 238.

Beatissime Pater. Sanctitas V. sub data videlicet undecimo Kalendas Aprilis pontificatus vestri anno duodecimo devoto vestro Ludovico Garsie, clerico Ulixboñ diocesis, de perpetua portione in parrochiali ecclesia sancte Crucis (1) Ulixboneñ, tunc certo modo vacante, providit, prout in quadam supplicatione, manu S. V. signata, cuius tenorem hic habere dignemini pro expresso, latius continetur. Verum, Pater Sancte, quia idem Ludovicus litteras expedire commode non valuit, aliquibus causis emergentibus, ideo supplicat S. V. quatinus terminum sex mensium pro huiusmodi litteris de beneficiis reservatis expediendis per regulam cancellarie apostolice as[s]ignatum seu prefixum ab eius fine ad duos menses proximos immediate sequentes, in quibus easdem litteras expedire ac

executori earumdem presentare valeat prorogare ipsamque prorogationem libris eiusdem cancellarie annecti mandare de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, — *Concessum, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Ferentini, quartodecimo Kalendas Septembris, anno duodecimo.

(1) No ms. *sancte Lucis*, com sinal de erro.

1432

1429, Agosto 19

Gil Anes Borges, escolar da diocese de Silves, pede a expedição das letras apostólicas sobre certa graça expectativa, a confeccionar com a cláusula do costume a favor dos nobres, omitida na súplica anterior.

Reg. Suppl. 241, fl. 296.

Beatissime Pater, ex inadvertentia in petitione gratie expectative devoto vestro Egidio Johannis Borges, scolari Silvensis diocesis, sub data quarto Kalendas Februarii anno primo gratiose concesse, clausula etiam si beneficium, etc., canonicatus et prebenda vel officium in cathedrali ecclesia existat, que tamen nobilibus quemadmodum dictus Egidius est, concedi consuevit, omissa existit. Dignetur igitur S. V. litteras super dicta petitione conficiendas cum expressione dicte clausule, prout congruit, expediri mandare de gratia speciali. Cum omnibus in eadem petitione contentis et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Ferentini, quartodecimo Kalendas Septembris, anno duodecimo.

1433

1429, Agosto 19

João Fernandes, mestre-escola do Porto e nobre, bacharel em decretos e vigário geral do arcebispo de Braga D. Fernando, pede outro benefício eclesiástico incompatível.

Reg. Suppl. 244, fl. 207v-208.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Fernandi, scolasticus ecclesie Portugalensis, de nobili genere procreatus et baccalarius in decretis necnon vicarius generalis reverendissimi patris domini Fernandi, archiepiscopi Bracharensis (1), quatinus sibi specialem gratiam facientes, ut una cum dicta scolastria, que dignitas curata in dicta ecclesia Portugalensi existit, aliud beneficium ecclesiasticum et incompatibile, etiam si parrochialis ecclesia aut eius perpetua vicaria, dignitas, personatus aut officium curatum et electivum et dignitas ipsa in metropolitana seu cathedrali maior post pontificalem aut in

collegiata ecclesiis principalis seu unica fuerit et ad eam consueverit quis per electionem assumi eique cura immineat animarum, recipere et insimul quoad [fl. 208] vixerit retinere necnon predictam scolastriam ac quodcumque aliud beneficium ecclesiasticum huiusmodi simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud seu alia, simile vel dissimile, similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, etiam si due dignitates aut due parrochiales ecclesie aut earum vicarie fuerint, duo duntaxat curata et invicem incompatibilia, recipere et quoad vixerit retinere insimul valeat dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ quod idem Johannes dictam scolastriam et canonicatum et prebendam in ecclesiis Portugalensi et Bracharensi obtinet, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Ferentini, quartodecimo Kalendas Septembris, anno duodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 840.

1434

1429, Agosto 20

Gonçalo Vaz Coutinho, nobre senhor da diocese de Lamego, obtivera de Bonifácio IX a confirmação de certas doações relativas a disposições testamentárias de D. Geraldo, bispo de Évora, sobre missas e aniversários, a celebrar nas igrejas catedrais de Lisboa e de Lamego, conseguindo limitar a obrigação à igreja de Lamego. Contra tal dispensa, o deão e cabido de Lisboa pedem ao papa a revogação das letras de Bonifácio IX e respectiva concessão, obrigando o dito nobre a mandar celebrar as missas, ofícios e aniversários na dita igreja catedral de Lisboa.

Reg. Suppl. 244, fl. 288-289.

Beatissime Pater, dudum postquam bone memorie Geraldus, episcopus Elborensis (1), apostolica super hoc licentia suffultus, de bonis sibi a Deo collatis condens testamentum, in quibusdam suis possessionibus et bonis tunc expressis nonnullos suos consanguineos heredes instituerit, volens et iniungens eisdem ut pro sua [fl. 288v] suorumque progenitorum animarum salute in Ulixbonensi et Lamacensi et certis aliis etiam tunc expressis ecclesiis certas missas aliaque divina officia et anniversaria, tunc etiam specificata, celebrari facerent ipsique heredes possessiones et bona huiusmodi tunc per potentes occupata sine gravi labore recuperare non posse prospicientes, ad finem et effectum et non alias ut verisimiliter creditur, quod illa recuperari piaque ipsius episcopi voluntas debitum effectum consequi possent, possessiones et bona huiusmodi Gunsalvo Valasci Cotinho, domicello Lamacensis diocesis, utpote ad ea recuperanda potenti libere donarunt omniaque iura et actiones eis in illis competentia in ipsum domicellum transtulerant ita ut de illorum fructibus piamque dicti episcopi voluntatem teneretur adimplere, dictus domicellus, anime sue salutis inscius et malum pro bono reddens piamque voluntatem huiusmodi defraudare querens, a quodam Petro de Domicellis, in eius obedientia tunc Bonifacio nono nun-

cupato (2), quasdam, per quas idem Bonifacius nonus inter cetera donationem et translationem predictas confirmando, eidem domicello inter alia ut missas, officia et anniversaria huiusmodi, que iuxta voluntatem premissam in diversis ecclesiis tenentur facere celebrari, in ecclesia Lamacensi dumtaxat celebrari facere posset motu proprio videtur indulgere, litteras repperitur extorsisse. Cum autem, Pater Sancte, per concessionem huiusmodi pia dicti episcopi voluntas nimium defraudetur, nam tot misse, officia et anniversaria per eum specificata et ordinata nullatenus aut vix in sua possent ecclesia debite celebrari dicteque littere que etiam ex eo presertim quo vocandi non vocati nec alias in eis solempnitas iuris in legatorum invita.bus (2) requisitis observata fuerunt, nulle et surreptitie creduntur, in devotorum vestrorum decani et capituli ecclesie Ulixbonensis [fl. 289] predicte, quibus magna fructuum, possessionum et bonorum predictorum pars ex ordinatione premissa cedebat annuatim, grave preiudicium et dampnum redundare noscantur, supplicant S. V. decanus et capitulum prefati quatinus litteras et concessionem predictas ac quecumque inde secuta, in quantum dumtaxat eisdem decano et capitulo preiudicialia sint et damnosa, ut prefertur, revocare, cassare ac nulla decernere eosque in pristinum, quo ante concessionem litterarum earumdem statum erant et in integrum restituere dictoque domicello sub excommunicationis ac aliis gravibus censuris et penis mandari facere dignemini ut missas, alia officia et anniversaria per dictum episcopum in prefata ecclesia Ulixbonensi ordinata et instituta iuxta ordinationem huiusmodi celebrari et fieri faciat, de fructibus quoque propterea ordinatis et specificatis eisdem decano et capitulo prout congruit respondeat (3) integraliter cum effectu, super hoc executores in oportuna forma concedentes de gratia speciali. Non obstantibus premissis ac constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Committatur archiepiscopo Bracarensi vel episcopo Elborensi et referat. O.*

Datum Ferentini, tertiodecimo Kalendas Septembris, anno duodecimo.

(1) D. Geraldo Domingues, bispo do Porto cerca de 1300, transferido para a sé de Palência em Setembro de 1307 por Clemente V que o transferiu, em Abril de 1313, para Évora. Morreu em Março de 1321. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 236, 386, 406.

(2) No ms. sinal de erro.

(3) No ms. *respondeant*, com sinal de erro.

1435

1429, Agosto 22

Gonçalo Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, pede a prorrogação do tempo para a expedição e apresentação ao executor das letras apostólicas sobre a igreja paroquial de Santo André de Telões da dita diocese de Braga.

Reg. Suppl. 244, fl. 227v-228.

Beatissime Pater, S. V. sub data videlicet octavo Idus Martii anno duodecimo pontificatus vestri devoto vestro Gundisalvo Gundisalvi, clerico Bracharensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancti Andree de Tollões eiusdem diocesis, tunc certo modo [fl. 228] vacante, providit seu provideri mandavit, prout in quadam supplicatione, manu S. V. signata,

cuius tenorem hic haberi (1) dignemini pro expresso, latius continetur. Verum, Pater Sancte, quia idem Gundisalvus litteras expedire commode non valuit, aliquibus causis emergentibus, ideo supplicat S. V. quatinus sibi terminum super expediendis dictis litteris de dicta parrochiali ecclesia usque ad duos menses proximos futuros prorogare dignemini, in quibus easdem litteras expedire ac executori earumdem presentare valeat ipsamque prorogationem libris cancellarie annecti mandare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat. O.*

Datum Ferentini, undecimo Kalendas Septembris, anno duodecimo.

(1) No ms. *hri*, com sinal de erro.

1436

1429, Agosto 22

Repetição da súplica de Gonçalo Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, sobre a prorrogação, por dois meses, do tempo para a expedição e apresentação ao executor das letras apostólicas, relativas à igreja paroquial de Santo André de Telões da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 244, fl. 228-228v.

Beatissime Pater, S. V. sub data videlicet pridie Idus Aprilis pontificatus vestri anno duodecimo devoto vestro Gundissalvo Gundissalvi, clerico Bracharensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancti Andree de Tollões eiusdem diocesis, tunc certo modo vacante, providit seu provideri mandavit, prout in quadam supplicatione, manu S. V. signata, [fl. 228v] cuius tenorem hic habere dignemini pro expresso, latius continetur. Verum, Pater Sancte, quia idem Gundisalvus litteras expedire commode non valuit, aliquibus causis emergentibus, ideo supplicat S. V. quatinus sibi terminum super expediendis dictis litteris de dicta parrochiali ecclesia usque ad duos menses proximos futuros prorogare dignemini, in quibus easdem litteras expedire ac executori earumdem presentare valeat ipsamque prorogationem libris cancellarie annecti mandare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat. O.*

Datum Ferentini, undecimo Kalendas Septembris, anno duodecimo.

1437

1429, Agosto 22

Vasco Domingues, sacerdote da diocese de Lamego, pede a prorrogação do tempo para a expedição ao executor das letras apostólicas sobre a igreja paroquial de Santa Senhorinha de Basto da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 244, fl. 228v.

Beatissime Pater, S. V. sub data videlicet pridie Idus Aprilis pontificatus vestri anno duodecimo devoto oratori vestro Valasco Dominici, presbytero Lamecensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancte Sororine de Basto Bracharensis diocesis, tunc certo modo vacante, providit seu provideri mandavit, prout in quadam supplicatione, manu S. V. signata, cuius tenorem hic habere dignemini pro expresso, latius continetur. Verum, Pater Sancte, quia idem V[alascus] litteras expedire commode non valuit, aliquibus causis emergentibus, ideo supplicat quatinus sibi terminum super expediendis dictis litteris de dicta parrochiali ecclesia usque ad duos menses proximos futuros prorogare dignemini, in quibus easdem litteras expedire ac executori earumdem presentare ipsamque prorogationem libris cancellarie annecti mandare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat. O.*

Datum Ferentini, undecimo Kalendas Septembris, anno duodecimo.

1438

1429, Setembro 1

Luís Garcia, clérigo de Lisboa e familiar do cardeal do Conde, pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a perpétua porção da igreja de Santa Cruz de Lisboa, alegando o impedimento de estar ocupado com negócios do dito cardeal.

Reg. Suppl. 247, fl. 173.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto vestro Ludovico Garsie, clerico Ulixbonensi, familiari continuo commensali reverendissimi patris domini cardinalis de Comite (1), de portione sancte Crucis Ulixboneñ, tunc certo modo vacante et antea dispositioni apostolice reservata concessit provideri et quia idem L[udovicus] ad eamdem S. per dominum cardinalem pro certis suis promovendis negotiis directus (2), obsequiis prefati cardinalis insistens, litteras apostolicas super dicta portione infra tempus per eamdem S. prefixum expediri facere non possit, dignetur eadem S. tempus prefatum ad tres menses prorogare. Non obstantibus contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Ferentini, Kalendis Septembris, anno duodecimo.

---

(1) D. Lúcido do Conde, protonotário apostólico, criado cardeal por João XXIII, do título de Santa Maria in Cosmedin, em Junho de 1411. Morreu em Bolonha, no dia 9 de Setembro de 1437. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 33, 51.

(2) No ms. *directis.*

1439

1429, Setembro 2

Gonçalo Cação, clérigo da diocese de Lisboa e nobre, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Penamacor da diocese da Guarda, vacante por morte de João Vasques.

Reg. Suppl. 244, fl. 226v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Gundissalvus Caçom, clericus Ulixbonensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Pennamoncor Egitaniensis (1) diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Johannis Valasci, ipsius ecclesie rectoris, extra Romanam Curiam defuncti, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vel liberam resignationem alicuius de illa in dicta Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si devoluta aut alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata seu inter aliquos litigiosa, cuius litis statum, etc., existat, eidem Gundissalvo dignemini misericorditer providere. Non obstañ quadam gratia expectativa, in cancellaria declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Ferentini, quarto Nonas Septembris, anno duodecimo.

(1) No ms. *Geteniensis*, com sinal de erro.

1440

1429, Setembro 3

Luís Garcia, clérigo de Lisboa e familiar do cardeal do Conde, legado da Santa Sé, pede duas porções, uma na igreja de Santa Marinha de Lisboa e outra na igreja de Santa Maria das Alcáçovas, vacantes por morte de João Vasques.

Reg. Suppl. 244, fl. 266.

Supplicat S. V. devotus vester orator Ludovicus Garsie, clericus Ulixboñ, reverendissimi in Christo patris et domini domini cardinalis de Comite (1), sedis apostolice legati, familiaris continuus commensalis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de duabus portionibus, una in beate Marine Ulixbonensis et alia in beate Marie de Alcatzvas Novi ecclesiis, vacantibus quondam per obitum Johannis Valasci, ultimi earum possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, quarum fructus, etc., viginti trium librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel facto aut per liberam resignationem dicti Johannis vel alterius cuiuscumque in manibus S. V. vel cuiuslibet alterius in dicta Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam aut per constitutionem *Execrabilis* vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici incompatibilis, etiam apostolica vel alia quavis auctoritate collati, vacent, etiam si devolute aut generaliter vel specialiter reservate, affecte vel litigiose sint, cuius litis statum, [etc..] (2) dignemini misericorditer providere. Non obstante portione sancte Crucis Ulixboneñ, quam (3) non possidet, cuius fructus, etc., ultra quadraginta librarum, etc., et non obstante defectu natalium quem (4) patitur de presbytero et soluta genitus, cum quo alias ut beneficia ecclesiastica obtinere possit fuit auctoritate apostolica dispen-

satum, eidem Ludovico dignemini misericorditer de eodem providere. Non obstante gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria eiusdem S. V. declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Ferentini, tertio Nonas Septembris, anno duodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1438.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. *de qua*, mas com sinal de erro.
(4) No ms. *quam*, com sinal de erro.

1441

1429, Setembro 4

João Afonso, clérigo da diocese de Braga, solicita a igreja paroquial de Santa Maria de Penamacor da diocese da Guarda, vacante por morte de João Vasques.

Reg. Suppl. 245, fl. 148v-149.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Alfonsi, clericus Bracharensis [fl. 149] diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Penamoquor Egitaniensis diocesis, per obitum quondam Johannis Valasci, ultimi possessoris eiusdem, in Romana Curia defuncti, vacante, cuius fructus quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici incompatibilis, quavis etiam auctoritate collati, etiam per liberam resignationem alicuius per eum de illa, etiam coram notario publico et testibus in dicta Curia vel extra eam sponte factam vacet et alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta vel affecta sit et super ea inter aliquos lis, cuius statum habentes pro sufficienter expresso, in prefata Curia vel extra eam pendeat indecisa, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstante gratia expectativa, si quam habet, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Ferentini, pridie Nonas Septembris, anno duodecimo.

1442-1443

1429, Setembro 7

Vasco Domingues, sacerdote da diocese de Lamego, e Gonçalo Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, pedem a prorrogação do tempo para a expedição e apresentação aos executores das letras

apostólicas respectivamente sobre a igreja paroquial de Santa Senhorinha de Basto da diocese de Braga e sobre a igreja paroquial de Santo André de Telões da mesma diocese.

Reg. Suppl. 238, fl. 216-216v.

Beatissime Pater. S. V. sub data videlicet pridie Idus Aprilis pontificatus vestri anno duodecimo devoto oratori vestro Velasco Dominici, presbytero Lamecensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancte Serorinhe de Basto Bracharensis diocesis, tunc certo modo vacante, providit seu provideri mandavit, prout in quadam supplicatione, manu V. S. signata, cuius tenorem hic habere dignemini pro expresso, latius continetur. Verum, Pater Sancte, quia idem Velascus litteras expedire commode non valuit, aliquibus causis emergentibus, ideo supplicat S. V. quatinus terminum pro huiusmodi litteris expediendis ab eius fine ad duos menses proximos immediate sequentes, in quibus easdem litteras expedire ac executori earumdem presentare valeat prorogare ipsamque prorogationem libris eiusdem cancellarie annecti mandare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

1443. Beatissime Pater, S. V. sub data videlicet pridie Idus Aprilis pontificatus vestri anno duodecimo devoto vestro Gundissalvo Gundissalvi, clerico Bracharensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancti Andree de Tolloes eiusdem diocesis, tunc certo modo vacante, providit seu provideri mandavit, prout in quadam supplicatione, manu S. V. signata, cuius tenorem hic habere dignemini pro expresso, plenius continetur. Verum, Pater Sancte, quia idem Gundisalvus litteras expedire commode non valuit, aliquibus causis emergentibus, ideo supplicat S. V. quatinus terminum pro huiusmodi litteris expediendis ab eius fine ad duos menses proximos immediate sequentes, in quibus easdem litteras expedire ac executori earumdem presentare valeat prorogare ipsamque prorrogationem libris eiusdem [fl. 216v] cancellarie annecti mandare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Concessum pro utroque, si alias non obtinuerint. G. Conseranensis.

Datum Ferentini, septimo Idus Septembris, anno duodecimo.

1444

1429, Setembro 7

Luís Garcia, clérigo de Lisboa e familiar do cardeal do Conde, ocupado nos negócios do cardeal, pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a porção de Santa Cruz de Lisboa.

Reg. Suppl. 239, fl. 101v-102.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto vestro Ludovico Garsie, clerico Ulixbonensi, familiari continuo commensali reverendissimi patris domini cardinalis [de] Comite (1), de

portione sancte Crucis Ulixboneñ, tunc certo modo vacante et antea dispositioni apostolice reservata, concessit provideri et quia idem Ludovicus ad eamdem S. per dominum cardinalem [fl. 102] pro certis suis promovendis negotiis directus, obsequiis prefati cardinalis insistens, litteras apostolicas super dicta portione infra tempus per eamdem S. prefixum expediri facere non possit, dignetur eadem S. V. tempus prefatum ad tres menses prorogare. Non obstantibus contrariis (2) quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Concessum ad duos menses, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Ferentini, septimo Idus Septembris, anno duodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1438.

(2) No ms. *gratiis*, com sinal de erro.

1445

1429, Outubro 3

Gil Esteves, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Canaveses da diocese do Porto, solicita nova provisão do canonicato e prebenda de Viseu, vacantes por morte de Álvaro Lopes.

Reg. Suppl. 239, fl. 104.

Beatissime Pater. Nuper canonicatu et prebenda ecclesie (1) Visensis per obitum quondam Alvari Lupi, eorumdem possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, vacantibus, devotus vester Egidius Stephani, rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Canavesses Portugalensis diocesis, eosdem vigore gratie expectative, sibi per S. V. facte, acceptavit et sibi provideri fecit de eisdem. Dubitat tamen dictus Egidius gratiam, acceptationem et provisionem certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus Egidius quatinus gratiam, acceptationem et provisionem huiusmodi cum inde secutis rata habentes et grata sibique de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quamcumque (2) aliam personam vel constitutionem *Execrabilis* aut c. *De multa* vacent, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis concilii statuta ad sedem apostolicam legitime devoluta (3) aut alias dispositioni sedis (4) predicte generaliter vel specialiter reservati, devoluti, affecti aut litigiosi existant et super il[l]is (5) quoque in Romana Curia vel extra lis, cuius statum presentibus habere placeat pro expresso, pendeat seu remanserit indecisa, eidem Egidio de novo providere aut provideri mandare dignemini misericorditer de gratia speciali. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancti Petri de Canavesses Portugalensis diocesis ac portione sine cura in ecclesia sancti Jacobi de Turribus Novis Ulixbonensis diocesis, quas (6) obtinet et quorum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia

expectativa, in cancellaria exprimenda. Et cum ceteris non obstañ [et] (7) clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, in domibus habitationis nostre prope Sanctos Apostolos, quinto Nonas Octobris, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *ecclesia*, com sinal de erro.
(2) No ms. *quemcumque*, com sinal de erro.
(3) No ms. *devoluti*, com sinal de erro.
(4) No ms. *sedi*, com sinal de erro.
(5) No ms. *ilis*, com sinal de erro.
(6) No ms. *que*.
(7) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão de *et*.

1446

1429, Outubro 4

João Rodrigues, cónego de Lisboa, pede a prorrogação do tempo para a expedição e apresentação ao executor da bula sobre o deado de Lisboa que o papa lhe concedera.

Reg. Suppl. 236, fl. 258-258v.

Beatissime Pater, dudum S. V. Johanni Roderici, canonico ecclesie Ulixbonensis, de decanatu eiusdem ecclesie, per obitum quondam Dyonisii Johannis, ultimi decani eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, etc., vacante, gratiam fecit specialem. Verum, Beatissime Pater, quia idem Johannes tam propter vacationem quam suspensionem Curie [fl. 258v] a bullaria S. V. habere et subsequenter executori presentare non potuit, dignetur igitur S. V. tempus expeditionis litterarum ac executori presentationis huiusmodi ad sex menses prorogare de vestra gratia speciali, constitutionibus apostolicis ac regulis in contrarium facientibus non obstantibus et cum clausulis opportunis. — *Concessum ad duos menses, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome in domibus habitationis nostre propre Sanctos Apostolos, quarto Nonas Octobris, anno duodecimo.

1447

1429, Outubro 5

João Gonçalves, cónego regrante do mosteiro de S. Salvador de Grijó da diocese do Porto, pede a igreja paroquial de S. Salvador de Perosinho, pertencente à apresentação do dito mosteiro.

Reg. Suppl. 236, fl. 283.

Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Gundissalvi, canonicus regularis expresse professus monasterii sancti Salvatoris de Ecclesiola ordinis sancti Augustini Portugalensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Perosinho dicte diocesis, que ad presentationem dicti monasterii spectat necnon canonicis (1) dicti monasterii consuevit semper conferri et tanto tempore vacavit quod eius collatio, etc., ad sedem apostolicam est devoluta, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, per obitum quondam Valasci Martini, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, sive ut premittitur vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vel c. *De multa* vacet et super ea inter aliquos in prefata Curia vel extra eam, cuius statum habentes pro sufficienter expresso, pendeat indecisa et cum modis et clausulis in talibus apponi consuetis, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis oportunis quibuscumque. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, tertio Nonas Octobris, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *canonicos*, com sinal de erro.

1448

1429, Outubro 5

Gonçalo Anes, clérigo da diocese de Braga, solicita as duas perpétuas porções nas igrejas de Santa Marinha de Lisboa e de Santa Maria de Alcáçovas da diocese de Évora, vacantes por morte de João Vasques.

Reg. Suppl. 236, fl. 288v-289.

Supplicat S. V. devotus vester Gundissalvus Johannis, clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi de duabus perpetuis portionibus, una in ecclesia sancte Marie das Alcaçavas Elborensis diocesis et alia in ecclesia [sancte Marine] (1) extra muros Ulixboneñ antiquos per obitum quondam Johannis Velasci, ultimi possessoris earumdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacantibus, quarum fructus quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, etiam per liberam resignationem alicuius per eum de illis, etiam coram notario publico et testibus extra dictam Curiam sponte factam, aut per constitutionem *Execrabilis* vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici incompatibilis, quavis etiam auctoritate collati, vacet et alias generaliter vel specialiter reservate, devolute vel affecte sint et super eis inter aliquos lis, cuius statum habentes pro expresso, in prefata Curia vel extra eam pendeat indecisa, [fl. 289] dignemini misericorditer providere. Non obstañ ecclesia sancti Jacobi de Mouquin Bracharensis diocesis, cuius possessionem non habet et cuius fructus quadraginta librarum Turonensium parvorum similium secundum predictam extimationem valorem an-

nuum non excedunt, et gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, cum dispensatione ad duo incompatibilia et cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, tertio Nonas Octobris, anno duodecimo.

---

(1) No ms. foram riscadas as palavras *sancte Marie* e na margem direita do texto vem anotado: *Correcta de mandato domini Conseranensis. Jo. de Vellate.*

1449-1552

1429, Outubro 8

Gil Esteves, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Canaveses da diocese do Porto, solicita nova provisão dos canonicato e prebenda de Viseu, vacantes por morte de Álvaro Martins. Álvaro Anes, porcionário da igreja de Santa Maria de Torres Novas, pede nova provisão dos canonicato e prebenda da colegiada de Santa Maria de Guimarães, a que Pedro Anes renunciara, e solicita a tesouraria da mesma colegiada, vacante por o dito Pedro Anes a ter ocupado durante mais de um ano, sem se ter ordenado de sacerdote. Estêvão Peres, sacerdote da diocese de Orense, pede nova provisão dos canonicato e prebenda da colegiada de Guimarães, vacantes pela renúncia de Fernando Gonçalves.

Reg. Suppl. 236, fl. 267v-269v.

Beatissime Pater, nuper canonicatu et prebenda ecclesie Visensis per obitum quondam Alvari Martini, ultimi eorumdem possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, vacantibus, devotus vester Egidius Stephani, rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Canavesses Portugalensis diocesis, eosdem vigore gratie expectative, sibi per S. V. facte, acceptavit et sibi provideri fecit de eisdem, dubitat tamen dictus Egidius gratiam, acceptationem et provisionem certis ex causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus Egidius quatinus gratiam, acceptationem et provisionem huiusmodi cum inde secutis ratas habentes et gratas sibique de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem [extimationem] (1) valorem annuum non [fl. 268] excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quamcumque aliam personam vel constitutionem *Execrabilis* aut c. *De multa* vacent, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias dispositioni sedis predicte generaliter vel specialiter reservati, devoluti, affecti aut litigiosi existant et super illis quoque in Romana Curia vel extra lis, cuius statum presentibus habere placeat pro expresso, pendeat seu remanserit indecisa, eidem Egidio de novo providere aut provideri mandare dignemini misericorditer de gratia speciali. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancti Petri de Canavesses Portugalensis diocesis, portione sine cura in ecclesia sancti Jacobi de Turribus Novis Ulixbonensis diocesis, quorum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, cum non obstañ et clausulis oportunis.

1450. Beatissime Pater. Nuper canonicatu et prebenda ecclesie collegiate beate Marie de Guimararanis Bracharensis diocesis per renuntiationem seu dimissionem Petri Johannis, eorumdem canonicatus et prebende possessoris, coram notario publico et testibus in manibus prioris ipsius ecclesie seu eius procuratoris sponte factam et per ipsum procuratorem admissam vacantibus, procurator ad hoc a prefato priore specialem potestatem habens, dictos canonicatum et prebendam sic vacantes devoto oratori vestro Alvaro Johannis, portionario ecclesie beate Marie de Turribus Novis Ulixbonensis diocesis contulit et providit etiam de eisdem, quarum quidem collationis et provisionis vigore, idem Alvarus dictos canonicatum et prebendam extitit pacifice assecutus et ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti. Cum autem, Pater Sancte, prefatus Alvarus dubitet renuntiationem, collationem et provisionem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere, eapropter supplicat S. V. Alvarus [fl. 268v] predictus quatinus renuntiationem, collationem et provisionem necnon possessionis adeptionem huiusmodi et quecumque inde secuta rata et grata habentes eaque omnia et singula ex certa scientia confirmantes, de canonicatu et prebenda huiusmodi, quorum fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem alicuius de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacent, etiam si devoluti aut alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservati aut inter aliquos litigiosi, cuius litis statum, etc., existant, eidem Alvaro dignemini de novo misericorditer providere. Non obstañ portione dicte ecclesie beate Marie de Turribus Novis, que sine cura est, et cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

1451. Beatissime Pater, nuper canonicatu et prebenda ecclesie collegiate beate Marie de Guimaranis Bracharensis diocesis, per renuntiationem seu dimissionem Fernandi Gonsalvi, eorumdem canonicatus et prebende possessoris, coram notario publico et testibus in manibus prioris ipsius ecclesie seu eius procuratoris sponte factam, et per ipsum procuratorem admissam, vacantibus, idem procurator ad hoc a prefato priore specialem potestatem habens, dictos canonicatum et prebendam sic vacantes devoto oratori vestro Stephano Petri, presbytero Auriensis diocesis, contulit et providit etiam de eisdem, quarum quidem collationis et provisionis vigore, idem Stephanus dictos canonicatum et prebendam extitit pacifice assecutus et ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti. Cum autem, Pater Sancte, prefatus Stephanus dubitet renuntiationem [fl. 269], collationem et provisionem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere, eapropter supplicat S. V. Stephanus predictus quatinus renuntiationem, collationem et provisionem necnon possessionis adeptionem huiusmodi et quecumque inde secuta rata et grata habentes eaque omnia et singula ex certa scientia confirmantes, de canonicatu et prebenda huiusmodi, quorum fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem alicuius de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacent, etiam si devoluti aut alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservati aut inter aliquos litigiosi, cuius litis statum, etc., existant, eidem Stephano dignemini de novo misericorditer providere, cum non obstañ et clausulis oportunis.

1452. Item supplicat S. V. prefatus Alvarus Johannis quatinus sibi specialem gratiam facientes, de thesauraria dicte ecclesie beate Marie de Guimaranis, que dignitas curata in eadem ecclesia existit, cuiusque fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod quidam Petrus Johannis, nuper ipsius ecclesie thesaurarius, eamdem thesaurariam, tunc certo modo vacantem, canonice sibi collatam, assecutus illamque per annum et amplius pacifice possidens, se non fecit, impedimento cessante legitimo et nulla per eum canonica dispensatione obtenta, ad sacerdotium promoveri, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vel liberam resignationem alicuius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si devoluta aut dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata seu inter aliquos litigiosa, cuius litis statum, etc., existat, eidem Alvaro dignemini misericorditer providere, non obstañ portione ecclesie beate Marie de Turribus Novis, que sine cura est et cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur pro omnibus quatuor. G.* [fl. 269v] *Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, octavo Idus Octobris, anno duodecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *extimationem.*

1453

1429, Outubro 10

Gomes Peres, sacerdote da diocese do Porto, solicita nova provisão da igreja paroquial de Santa Maria de Alvarelhos da diocese do Porto, vacante pela resignação de João Pais.

Reg. Suppl. 236, fl. 283-283v.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancte Marie de Alvarelhos Portugalensis diocesis per liberam resignationem devoti vestri Johannis Pelagii in manibus Ordinarii in partibus sponte factam, devotus eiusdem S. V. Gometius Petri, presbyter Portugalensis diocesis, auctoritate ordinaria eamdem extitit assecutus. Verum, Pater Sancte, prefatus G[ometius] dubitat (1) assecutionem huiusmodi et inde secuta ex certis causis viribus non [fl. 283v] subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus G[ometius] quatinus sibi gratiam facientes [specialem], de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem alicuius alterius extra Romanam Curiam, etiam coram notario publico et testibus factam, vel assecutionem alterius beneficii eccle-

siastici incompatibilis, auctoritate ordinaria collati, vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta et alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta vel litigiosa sit, etc., et cuius statum, etc., dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, sexto Idus Octobris, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *dubitet.*

1454

1429, Outubro 10

Afonso Anes, cónego do Porto, bacharel em decretos, pede nova provisão da meia prebenda de Coimbra, vacante por morte de Martinho Vasques.

Reg. Suppl. 236, fl. 290-290v.

Beatissime Pater, dudum vacante media prebenda in ecclesia Colimbriensi per mortem quondam Martini Valasci, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, devotus eiusdem S. Alfonsus Johannis, canonicus ecclesie Portugalensis, bacallarius in decretis, eamdem prebendam sic vacantem auctoritate ordinaria extitit assecutus. Verum, Pater Sancte, prefatus A[lfonsus] dubitat assecutionem huiusmodi et inde secuta ex certis causis viribus non subsistere, quare supplicat S. V. quatinus sibi de dicta media prebenda, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu [per] liberam resignationem alicuius alterius de illa extra Romanam Curiam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta vel affecta seu litigiosa sit, cuius statum litis habentes pro sufficienter expresso, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstantibus dictis canonicatu et prebenda dicte ecclesie Portugalensis, quos obtinet, quorum (1) quadraginta [fl. 290v] ac perpetuis portionibus in sancti Jacobi Colimbrieñ ac sancti Michaelis de Aveyro dicte diocesis necnon sancti Michaelis in opido de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis parrochialibus ecclesiis, quarum omnium fructus, etc., triginta ac parrochiali ecclesia sancti Petri de Coya Colimbriensis diocesis, cuius sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt. Cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, sexto Idus Octobris, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *cuius*, com sinal de erro.

1455

1429, Outubro 11

Fernando Álvares de Cardoso, bacharel em artes e medicina e familiar do cardeal do título de S. Pedro ad Vincula *D. João, solicita nova prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre o mosteiro de Santa Maria de Aguiar da Ordem de Cister da diocese de Lamego, vacante pela promoção do último abade D. Afonso a abade do mosteiro de Salzedas, da mesma Ordem e diocese.*

Reg. Suppl. 238, fl. 51v.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto oratori vestro Fernando Alvari de Cardoso, in artibus et medicina bacallario, devote creature vestre S. Johannis, tit. sancti Petri ad Vincula presbyteri cardinalis (1) familiari, abbatiam sancte Marie de Aquilari Cisterciensis ordinis Lamecensis diocesis, tunc per promotionem devoti oratoris vestri fratris Alfonsi, ultimi abbatis eiusdem, ad abbatiam de Çarazedo eiusdem ordinis et diocesis, per eamdem S. factam, vacantem, in commendam usque ad beneplacitum sedis apostolice dedit et concessit, prout in supplicatione manu vestra beatissima signata, quam habere dignemini pro sufficienter expressa, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, dictus orator certis de causis litteras super dicta commenda infra tempus sex mensium secundum regulas cancellarie eiusdem S. de expediendis litteris prefixum expedire commode nequeat et modicum tempus sibi restet ad expediendum easdem litteras, idcirco supplicat eidem S. V. dictus orator quatinus dictum tempus dictorum sex mensium ad alios sex menses futuros pro dictis litteris expediendis prorogare dignemini de gratia speciali. Constitutionibus apostolicis, regulis cancellarie predictis ac prorogationibus, si que facte existant, et non obstañ in supplicatione contentis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis opportunis. — *Concessum ad duos menses, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, quinto Idus Octobris, anno duodecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1196.

1456

1429, Outubro 11

Pedro Anes, clérigo da diocese do Porto, renova súplica sobre a igreja paroquial de S. João de Ovil da dita diocese, vacante por morte de Martinho Gonçalves, por ter inadvertidamente dito que esta igreja era de direito de padroado de leigos.

Reg. Suppl. 238, fl. 218.

Beatissime Pater, S. V. nuper devoto vestro Petro Johannis, clerico Portugalensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancti Johannis de Ovil Portugalensis diocesis, per obitum

quondam Martini Gundissalvi, extra Romanam Curiam defuncti, vacante gratiose mandavit provideri, prout in litteris apostolicis super hoc confectis plenius continetur. Verum, Pater Sancte, in eisdem litteris inadvertenter expressum extitit quod ecclesia ipsa de iure patronatus laicorum existit et propterea dubitat dictam gratiam inutilem sibi existere. Supplicat igitur S. V. prefatus P[etrus] quatinus sibi specialem gratiam facientes, litteras apostolicas predictas et quecumque inde secuta valere et suum plenarium debuisse et debere sortiri effectum in omnibus et per omnia perinde ac si in eisdem litteris hoc expressum non extitisset, concedere, decernere et mandare misericorditer dignemini, omnibus in dictis litteris expressis necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque nequaquam obstantibus, cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, quinto Idus Octobris, anno duodecimo.

1457

1429, Outubro 11

Inês Vasques, residente na cidade do Porto, filha e herdeira de Vasco Anes, ao qual o prior e porcionários do mosteiro de S. Pedro de Rates da diocese de Braga arrendaram certos rendimentos e bens, existentes na cidade de Coimbra e lugares de Cantanhede e Tentúgal, pede a confirmação de tal arrendamento, por temer qualquer moléstia do prior e porcionários.

Reg. Suppl. 245, fl. 95v-96.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte humilis et devote oratricis vestre A[g]netis (1) Valasci, in civitate Portugalensi commorantis, quod cum pridem prior et portionarii monasterii sancti Petri de Rates ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, certos redditus forales, iura, obventiones et bona in civitate Colimbriensi et in locis de Cantanhede et Tentuguel diocesis Colimbriensis consistentia, ad dictum monasterium spectantia et pertinentia, consensu et assensu eorum Ordinarii et prioris ac portionariorum predicti monasterii prehabitis, devoto oratori vestro Valasco Johannis locavissent et arrendavissent pro certo pretio, inter eosdem priorem et portionarios atque Valascum Johannis convento, et ad tempus, de quibus in litteris desuper confectis, quarum tenores hic habere dignemini pro sufficienter expressis, plenius dicitur contineri. Cum autem, Pater Sancte, prefato Valasco Johannis, ut Deo placuit, vita functo, dicta exponens, eiusdem Valasci filia et heres, in bonis eiusdem succedens, super locatione et arrendatione bonorum huiusmodi timeat a predictis priore et portionariis in futurum gravari posse sive molestari, eapropter supplicat eidem S. V. dicta exponens quatinus locationem et arrendationem huiusmodi et quecumque inde secuta rata [fl. 96] habentes et grata, confirmare misericorditer dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, si in evidentem. O.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, quinto Idus Octobris, anno duodecimo.

(1) No ms. *Anetis*, com sinal de erro.

1458

1429, Outubro 12

Gonçalo Picão, cónego de Santo Agostinho do mosteiro de S. Salvador de Grijó, pede o priorato claustral do dito mosteiro, cuja administração o prior conventual João Anes, último prior claustral, lhe tinha confiado havia cerca de oito anos.

Reg. Suppl. 245, fl. 93v-94.

Beatissime Pater. Cum prioratus claustralis monasterii sancti Salvatoris de Ecclesiola ordinis sancti Augustini Portugalensis diocesis, quem venerabilis et religiosus vir dominus Johannes Johannis tempore provisionis et possessionis ac assecutionis pacifice regiminis et administrationis bonorum dicti monasterii, de eo ipsum illi in priorem conventualem preficiendo auctoritate apostolica factarum obtinebat, vacet ad presens per promotionem huiusmodi et tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam est legitime devoluta, supplicat igitur S. V. devotus vester orator Gundissalvus Picon, canonicus regularis expresse professus dicti monasterii, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de dicto prioratu claustrali, ad cuius administrationem ex commissione et mandato prefati domini Johannis Johannis, prioris conventualis eiusdem monasterii a octo annis citra deputatus extitit, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem alicuius de eo in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, sive [fl. 94] per constitutionem *Execrabilis* vacet aut generaliter vel specialiter reservatus, affectus seu inter aliquos in dicta Curia vel extra eam, cuius litis statum, etc., litigiosus existat, eidem Gundissalvo dignemini misericorditer providere. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, quarto Idus Octobris, anno duodecimo.

1459

1429, Outubro 13

Álvaro Veegas, sacerdote da diocese da Guarda, solicita a igreja paroquial de Penamacor, vacante por morte de João Vasques.

Reg. Suppl. 239, fl. 130.

Supplicat S. V. devotus vester Alvarus Veegas, presbyter Egitaniensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia de Pennamacor dicte diocesis, cuius nomen et cognomen in cancellaria exprimenda hic habere dignemini pro sufficienter expressis (1), per obitum quondam Johannis Velasci, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam

defuncti, vacante, cuius fructus triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, etiam per liberam resignationem alicuius per eum (2) de illa, etiam coram notario publico et testibus in dicta Curia vel extra eam sponte factam aut per constitutionem *Execrabilis* vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici incompatibilis, quavis etiam apostolica auctoritate collati, vacet, et alias generaliter vel specialiter reservata, affecta vel devoluta sit et super ea inter aliquos lis, cuius statum habentes pro expresso, in prefata Curia vel extra eam pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, tertio Idus Octobris, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *expresso*, com sinal de erro.
(2) No ms. *eam*, com sinal de erro.

1460

1429, Outubro 13

Álvaro Anes, cónego da colegiada de Guimarães, solicita a quartanaria da igreja de Lisboa, vacante por Diogo Gonçalves, clérigo da diocese de Lisboa, ter resignado a ela, antes da tomada de posse.

Reg. Suppl. 245, fl. 169-169v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto vestro Didaco Gonsalvi, clerico Ulixbonensis diocesis, quartenariam ecclesie Ulixbonensis, tunc certo modo vacantem, contulit et providit etiam de eadem, prout in litteris apostolicis exinde confectis, quarum tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expresso, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, prefatus Didacus quartenariam huiusmodi, illius possessione per eum non habita, in manibus V. S. resignare proponat, supplicat S. V. devotus orator vester Alvarus Johannis, canonicus collegiate ecclesie beate Marie de Guimaraens Bracharensis diocesis, quatinus resignationem [fl. 169v] huiusmodi admittentes seu admitti mandantes, sibique specialem gratiam facientes, de quartenaria predicta, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem alicuius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacet, etiam si devoluta aut alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata seu inter aliquos litigiosa, cuius litis statum, etc., existat, eidem Alvaro dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda dicte ecclesie sancte Marie de Guimaraens ac quadam portione sine cura in ecclesia sancte Marie de Turribus Novis dicte Ulixbonensis diocesis, quos obtinet

et quorum omnium fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, tertio Idus Octobris, anno duodecimo.

1461

1429, Outubro 14

Álvaro Veegas, sacerdote da diocese da Guarda, pede a perpétua porção de Santa Cruz de Lisboa, vacante pela promoção de D. Rodrigo Lourenço a bispo de Silves.

Reg. Suppl. 245, fl. 94-94v.

Beatissime Pater. Cum perpetua portio sancte Crucis Ulixbonensis per promotionem Roderici Laurentii ad ecclesiam Silvensem (1) de persona sua per S. V. factam ac munus consecrationis apud sedem apostolicam eidem impensum vacet, supplicat S. V. devotus vester Alvarus Veegas, presbyter Egitaniensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de dicta portione, cuius triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum fructus non excedunt, [fl. 94v] sive premisso aut alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias generaliter vel specialiter reservata existat et inter aliquos in Romana Curia vel extra eam lis, cuius statum haberi placeat pro expresso, pendeat seu remanserit indecisa, eidem A[lvaro] dignemini misericorditer providere. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Octobris, anno duodecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1360.

1462

1429, Outubro 14

Álvaro Anes, cónego da colegiada de Guimarães, pede a quartanaria de Lisboa, a que Diogo Gonçalves, clérigo de Santarém, resignara antes de tomar posse dela.

Reg. Suppl. 247, fl. 179v.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Didacus Gundissalvi, clericus Çantarenensis Ulixbonensis diocesis, cui nuper S. V. de quartanaria vulgariter nuncupata ecclesie

Ulixbonensis, tunc certo modo vacante, providit seu provideri mandavit, prout in litteris apostolicis super hoc confectis plenius continetur, huiusmodi quartanariam, illius possessione per eum non habita, in manibus V. S. resignare proponat, supplicat S. V. devotus vester Alvarus, canonicus ecclesie collegiate beate Marie de Guimaranes Bracharensis diocesis, quatinus resignationem huiusmodi admittentes seu admitti mandantes, sibi de dicta quartanaria, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum secundum extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque facto vel persona vacet, etiam si per liberam resignationem alicuius de illo, in Romana Curia vel extra eam, coram notario publico et testibus sponte factam, quam admittere dignemini, vacet et dispositioni sedis apostolice generaliter vel specialiter reservata, affecta, devoluta seu inter aliquos litigiosa sit, cuius litis statum hic habere dignemini pro expresso, eidem Alvaro dignemini misericorditer providere. Non obstantibus canonicatu et prebenda predictis ac quadam portione sine cura in ecclesia sancte Marie de Turribus Novis dicte Ulixbonensis diocesis, quos obtinet, et quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt. Et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O. *Fiat.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, pridie Idus Octobris, anno duodecimo.

1463

1429, Outubro 16

João Alfoy, clérigo da diocese de Évora, pede a igreja de Santa Maria de Açores da diocese da Guarda, vacante por morte de Rodrigo Afonso, a qual Afonso Lourenço, clérigo de Coimbra, ocupara durante cerca de dois anos, sem receber as Ordens sacras.

Reg. Suppl. 238, fl. 210v.

Beatissime Pater, vacante dudum ecclesia sancte Marie dAçores Egitaniensis diocesis per obitum quondam Roderici Alfonsi, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, quidam Alfonsus Laurentii, assertus clericus Colimbriensis, ecclesiam predictam, ordinaria sibi auctoritate collatam, extitit assecutus eamque per duos annos vel circa se non promovens ad sacros ordines, detinuit, prout detinet adhuc, occupatam et propterea dicta ecclesia sancte Marie adhuc ut premittitur vacare noscatur, supplicat igitur S. V. devotus vester Johannes Alfoy, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de dicta ecclesia sancte Marie dAçores, cuius frutus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive adhuc ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime est devoluta aut ipsa ecclesia inter aliquos in Romana Curia vel extra eam litigiosa existat, litis, etc., eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.* G. *Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Novembris, anno duodecimo.

1464

1429, Outubro 16

Renovação duma súplica por ter havido erro na indicação da palavra Egitaniensis, *referida à diocese da Guarda.*

Reg. Suppl. 239, fl. 143v-144.

Beatissime Pater. Cum in supplicatione, cuius copia prescribitur, per errorem et inadvertentiam dictam supplicationem scribentis positum fuerit Geteniensis diocesis, cum revera diocesis predicta Egitaniensis nuncupatur, idcirco pro parte ipsius exponentis eidem S. V. humiliter supplicatur quatinus litteras apostolicas super huiusmodi supplicatione conficiendas cum expressione dicti vocabuli Egitaniensis expediri mandare dignemini de gratia speciali. Cum non obstañ in dicta supplicatione contentis et clausulis [fl. 144] oportunis et sub prima data. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Novembris, anno duodecimo (1).

(1) Cf. n.º 1439, nota 1. Ver também n.º 1426, nota 1.

1465

1429, Outubro 18

Afonso Gonçalves, sacerdote da diocese de Viseu, pede a confirmação da igreja paroquial de Santa Maria de Senhorim da diocese de Viseu, a qual, sendo vacante por morte de Gonçalo Fernandes, lhe concedera o bispo D. Garcia.

Reg. Suppl. 238, fl. 11-11v.

Beatissime Pater, dudum certo modo vacante parrochiali ecclesia sancte Marie de Senhorim Visensis diocesis per obitum quondam Gundissalvi Fernandi, ultimi possessoris et rectoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, tunc devota creatura eiusdem S. Garsias, episcopus Visensis (1), de dicta parrochiali ecclesia sanete Marie de Senhorim humili devoto vestro Alfonso Gundissalvi, presbytero eiusdem diocesis, providit, collationem et canonicam institutionem de eadem sibi fecit, de qua parrochiali ecclesia idem Alfonsus Gundissalvi adeptus fuit et est possessionem, cuius fructus, etc., ultra viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt et cum, Pater Beatissime, dictus Alfonsus dubitet dictas collationem et provisionem et possessionis inductionem viribus non subsistere, dignetur igitur S. V. quatinus dictas collationem, provisionem et possessionis inductionem sic auctoritate ordinaria factas et omnia exinde secuta rata, grata, firma habere et ex vestra certa scientia confirmantes et si opus sit de novo eidem A[lfonso] de dicta parrochiali ecclesia providere, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quamcumque aliam personam aut per liberam resigna-

tionem etiam de dicta parrochiali ecclesia, etiam coram notario et testibus in Curia Romana sponte factam aut per constitutionem *Execrabilis* aut iuxta Lateranensis concilii statuta [fl. 11v] vacet, aut tanto [tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam est legitime] devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni apostolice prefate devoluta, reservata seu litigiosa existat et in Curia Romana vel extra super eadem parrochiali ecclesia lis pendeat quomodolibet indecisa, cuius litis statum presentibus eadem S. hic habere dignetur pro sufficienter expresso, eidem A[lfonso] dignemini misericorditer providere, cum ceteris non obstañ, si quas habeat, in cancellaria declarandis, et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Novembris, anno duodecimo.

(1) Cf. nota 3 do n.º 955.

1466

1429, Outubro 20

João Fernandes, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Vila Fria da diocese de Braga, solicita os canonicato e prebenda da colegiada de Santa Maria de Guimarães, vacantes por morte de Luís Gonçalves, cuja colação pertencia à Santa Sé, porque tinham sido dados a uma criança de menos de sete anos, de nome Martinho Lourenço, por ordem de Martinho Vasques, cavaleiro, sem poder para isso, de quem essa criança era familiar.

Reg. Suppl. 238, fl. 32v-33.

Beatissime Pater, vacantibus canonicatu et prebenda in collegiata et seculari ecclesia sancte Marie Vimaraneñ Bracharensis diocesis per obitum quondam Ludovici Gundissalvi, rectoris parrochialis [fl. 33] [ecclesie ...] et prebende ultimi canonici, de ma[ndato cuiusdam] Martini Valasci militis, qui potestatem non habebat ipsos canonicatum et prebendam conferendi seu confirmandi, cuidam Martino Laurentii, puero infra septennium constituto, familiari suo, collata et confirmata extitit, sunt duo vel tres anni, propter quod dictorum canonicatus et prebende collatio et dispositio ad sedem apostolicam est legitime devoluta. Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Fernandi, rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Vila Fria Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dictis canonicatu et prebenda sic per dictam devolutionem vacantibus, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vace[n]t (1), cuius seu quorum fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, eidem Johanni de vestra gratia speciali dignemini misericorditer providere. Non obstañ predicta ecclesia de Villa Fria ac sancti Bartholomei de Villa Cova ac herimitagio sancte Marie de Stela Bracharensis et Colimbriensis diocesum, quarum possessionem nondum habet, ac gratia sibi facta de duobus incompatibilibus ac gratia expectativa sibi facta, in cancellaria exprimenda, quarum ecclesiarum sancti Bartholomei et eremitagii, fructus, etc., triginta librarum

predicte monete valorem annuum non excedunt. Constitutionibus apostolicis, regulis cancellarie et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Novembris, anno duodecimo.

(1) No ms. *vacet*, com sinal de erro.

1467

1429, Outubro 22

O sacerdote Afonso Gonçalves pede a confirmação da igreja paroquial de Santa Maria de Senhorim da diocese de Viseu, vacante por morte de Gonçalo Fernandes, que o bispo D. Garcia lhe concedera.

Reg. Suppl. 238, fl. 197-197v.

Beatissime Pater, dudum certo modo vacante parrochiali ecclesia sancte Marie de Senhorim Visensis diocesis per obitum quondam Gundissalvi Fernandi, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, tunc devota creatura vestra Garsias, episcopus Visensis (1), auctoritate ordinaria humili devoto vestro Alfonso Gundissalvi, presbytero, de dicta parrochiali ecclesia providit, collationem et canonicam institutionem, de qua possessione obtinuit et obtinet, cuius fructus, etc., ultra viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, et cum, Pater Beatissime, dictus Alfonsus dubitet dictas collationem, provisionem et canonicam institutionem ac inductionem possessionis sic per prefatum dominum episcopum factas viribus non subsistere, dignetur igitur S. V. quatinus dictas collationem, provisionem et canonicam institutionem sic ut premittitur per prefatum dominum episcopum factas et omnia inde secuta grata, rata, firma ex vestra certa scientia habere et confirmare de novo, si opus sit, ac etiam providere, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quamcumque aliam personam seu per constitutionem *Execrabilis* aut iuxta Lateranensis concilii statuta aut liberam resignationem de dicta parrochiali ecclesia, etiam coram notario et testibus in Curia Romana vel extra sponte factam vacet aut tanto tempore [fl. 197v] vacaverit quod eius collatio dispositioni apostolice devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni apostolice prefate devoluta, reservata, affecta seu litigiosa existat et in Curia Romana vel extra super eadem parrochiali ecclesia lis pendeat quomodolibet indecisa, cuius litis statum presentibus eadem S. hic habere dignetur pro sufficienter expresso, eidem A[lfonso] dignemini misericorditer de novo providere, cum ceteris non obstañ, si quas habeat, in cancellaria apostolica declarandis, et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Novembris, anno duodecimo.

(1) Cf. nota 3 do n.º 955.

1468

1429, Outubro 22

Rui Dias, deão de Braga, de origem nobre, ao qual fora concedida a igreja paroquial de Santa Maria da Lourinhã da diocese de Lisboa, por resignação de Lopo Vaz da Cunha, e o mosteiro de Santo André de Rendufe, cuja comenda o mesmo Lopo cedera, bem como o deado de Braga, pede ao papa renove a concessão destas graças, visto o dito Lopo Vaz ter morrido perto da Cúria Romana, antes da confecção das respectivas letras apostólicas e o suplicante temer qualquer adversário por esse motivo.

Reg. Suppl. 246, fl. 259v-260.

Beatissime Pater. Pridem S. V. devoto vestro Roderico Didaci, decano ecclesie Bracharensis, de nobili genere procreato, de parrochiali ecclesia beate Marie de Lourinhaco Ulixbonensis diocesis, per liberam resignationem quondam Luppi Valasci da Cunha, tunc in humanis agentis, in manibus eiusdem S. sponte factam et per S. eamdem admissam vacante, cum dispensatione de tribus incompatibilibus ad quinquennium gratiose providit et monasterium sancti Andree de Randuffe (1) ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, quod idem Lupus in commendam tenebat, cessione per eum de commenda huiusmodi similiter facta et admissa, eidem Roderico mandavit in commendam concedi et decanatum Bracharensem, de quo tunc prefato Luppo gratia facta fuerat, retinere valeret per cessionem similem concessit. Verum, Pater Sancte, quia idem Lupus ante confectionem litterarum apostolicarum super provisione et commenda huiusmodi factis ab eadem S., in civitate Ferentini et Romana Curia suspensa existente, in loco de Supino Ferentine diocesis ab eadem civitate per unam dietam non distante, decessit, prefatus Rodericus, ne sibi propterea in futurum adversitas insurgeret, supplicat eidem S. quatinus resignationem et cessionem huiusmodi iam factas ut prefertur ex habundanti cauthela de novo ratas et gratas habentes et de novo admittentes, provisione[m] et [fl. 260] mandat[um] et cessione[m] huiusmodi et omnia inde secuta ratificare et approbare et innovare dignemini sibique de dicta ecclesia de Lourinhaca providere illamque conferre et monasterium commendare et de decanatu Bracharensi similiter providere, eis modis vacationum et reservationum et cum dispensatione in primis supplicationibus ac litteris iam super hiis confectis expresse contentis et designatis ac perinde plene valere decernere et declarare ac si littere huiusmodi, prefato Lupo vivente, ab integro confecte et omnia predicta facta forent. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis omnibus et singulis que in eisdem litteris S. V. voluit non obstare et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Et quod ad cauthelam, si expediat, possit non obstan[tias] in primis litteris positas et expressas in presentibus exprimere. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Novembris, anno duodecimo.

---

(1) No ms. *Randiffe.*

1469

1429, Outubro 27

João Fernandes, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Vila Fria da diocese de Braga, pede a prorrogação do tempo para a expedição e apresentação ao executor das letras apostólicas sobre o ermitério de Santa Maria da Estrela da diocese de Coimbra.

Reg. Suppl. 245, fl. 121-121v.

Beatissime Pater. Dudum S. V. sub data videlicet tertio Idus Aprilis pontificatus vestri anno duodecimo devoto vestro Johanni Fernandi, rectori parrochialis ecclesie sancte Marie de Villa Fria Bracharensis diocesis, de quodam heremitorio sancte Marie de Stella, sic vulgariter nuncupato et de novo fundato, Colimbriensis diocesis, providit seu provideri mandavit, prout in quadam supplicatione manu V. S. signata, cuius tenorem hic habere dignemini pro expresso, latius continetur. Verum, Pater Sancte, idem Johannes ad presens litteras expedire commode non valet (1), aliquibus causis emergentibus, ideo supplicat S. V. quatinus terminum pro huiusmodi litteris expediendis per regulam cancellarie [fl. 121v] apostolice assignatum seu prefixum ab eius fine ad quatuor menses proximos immediate sequentes, in quibus easdem litteras expedire ac executori earumdem presentare valeat prorogare ipsamque prorogationem libris eiusdem cancellarie adnecti mandare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

... ...

[fl. 124v]

... ...

Fiat pro omnibus quatuordecim ad mensem alium. O.

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Novembris, anno duodecimo.

(1) No ms. *vallet*, com sinal de erro.

1470

1429, Outubro 30

Lourenço Afonso, sacerdote, monge professo do mosteiro de S. Cristóvão de Lafões da Ordem de Cister da diocese de Viseu, privado da abadia do mosteiro depois de litigar com Frei Vicente e após quase seis anos de posse do mesmo, pede a absolvição da excomunhão por ter prometido a um monge o priorato claustral que ele possuia, se lhe desse o voto para abade, cometendo desta forma simonia e continuando a celebrar, e pede também a dispensa para receber e ter esse mosteiro ou qualquer ofício do mesmo.

Reg. Suppl. 247, fl. 261v.

Beatissime Pater. Exponit S. V. devotus orator vester Laurentius Alfonsi, presbyter, monachus professus monasterii sancti Cristofori de Lafoes ordinis Cisterciensis Visensis diocesis, quod dudum post constitutionem per S. V. que incipit *Multe*, contra simoniacam pravitatem editam, vacante dicto monasterio sancti Cristofori per obitum quondam patris Gunsalvi Roderici, ipsius monasterii ultimi abbatis, et monachi in dicto monasterio, pro tunc existentes, cum intenderent procedere ad electionem novi abbatis, idem exponens peccare non credens, unum de predictis monachis requisivit et rogavit dicens: si tu vocem tuam in electionem michi dabis, faciam te priorem claustralem ut ego sum; etiam tibi dabo pro tui sustentatione fructus ruris seu casalium de predicta ad monasterium istud spectantes et cum idem monachus assensis[s]et in hoc vocemque eidem in electione dedisset fuissetque idem exponens pretextu talis electionis in abbatem ipsius monasterii fuit assumptus et confirmatus, possessionem eiusdem monasterii extitit assecutus de facto, fructus percipiens ex eodem, dictoque monacho que promisit dedit, non credens, ut simplex et iuris ignarus, simoniam committere, propter que excommunicationis sententiam in tales per dictam constitutionem generaliter promulgatam incurrit et sic ligatus, non tamen in contemptum clavium, divina per simplicitatem et iuris ignorantiam celebravit officia et alias se immiscuit eisdem. Cum autem idem exponens quasi per sex annos possessionem ipsius monasterii tenuerit et in ipso tempore litigavit cum quodam fratre Vincentio, tandem litigando in causa litigii huiusmodi subcubuit et propterea a dicto monasterio et eius possessione amotus fuerit seu privatus et ulterius dictam possessionem non habuerit fructusque perceptos per dictum tempus per eum in expensis et utilitatem dicti monasterii convertit adeo quod tempore quo expulsus fuit nichil secum asportavit, sed totum in monasterio remanserit et quasi nudus et desolatus incidit, ideo supplicat eidem S. V. dictus frater Laurentius quatinus ipsum a dicta excommunicationis sententia et excessibus huiusmodi ac labe simonie absolvere dignemini, super irregularitate et inhabilitate dicto modo contractis misericorditer dispensantes ipsumque habilitantes ut ipsum monasterium vel aliud quodcumque [officium] dicti monasterii, si sibi alias canonice conferatur, recipere et habere valeat secum misericorditer dispensantes, attento quod de dicto monasterio nichil secum asportavit tempore eiectionis, signantes, Pater Sancte, per *Fiat ut petitur et dispensamus* de vestra gratia speciali, in contrarium editis regulis et aliis quibuscumque non obstantibus de vestra gratia speciali. — *Fiat ut petitur et habilitamus.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Novembris, anno duodecimo.

1471

1429, Outubro 31

O sacerdote Afonso Gonçalves pede a expedição das letras apostólicas, a confeccionar sobre a nova provisão da igreja paroquial de Santa Maria de Senhorim da diocese de Viseu, por não ter mencionado a obtenção do meio canonicato de Lamego e de duas porções nas igrejas de Santa Maria e S. Tiago de Óbidos.

Reg. Suppl. 238, fl. 71v.

Beatissime Pater, nuper in quadam nova provisione ecclesie beate Marie de Senhorim certo modo vacante Visensis diocesis cuidam Alfonso Gundissalvi (1), presbytero, possessori (2) eiusdem, facta seu concessa per V. S., fuerit omissum non declarare certas non obstan[tias] beneficiorum que obtinebat videlicet medio canonicatu in ecclesia ac alio medio canonicatu in ecclesia Lamacensi necnon duabus portionibus in ecclesiis sancte Marie et sancti Jacobi de Obidos, que obtinet, Ulixbonensis diocesis, quorum fructus, etc., ultra viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, dignetur S. V. in cancellaria cum expressione dictorum beneficiorum in cancellaria V. S. litteras super eadem nova provisione conficiendas expediri mandare, cum omnibus non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Novembris, anno duodecimo.

(1) No ms. *Gundissalvo.*
(2) No ms. *possessoris*, com sinal de erro.

1472

1429, Novembro 4

Afonso Gonçalves, provido da igreja paroquial de Santa Maria de Senhorim da diocese de Viseu, pede a expedição das letras apostólicas, por ter omitido a indicação de obter o meio canonicato com meia prebenda da igreja de Viseu, o meio canonicato com a meia prebenda de Lamego e as porções nas igrejas de Santa Maria e S. Tiago de Óbidos.

Reg. Suppl. 239, fl. 29v.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto vestro Alfonso Gundissalvi, rectori parrochialis ecclesie sancte Marie de Senhorim Visensis diocesis, certo modo vacantis, de qua auctoritate ordinaria extitit provisus, etiam eadem S. V. de dicta parrochiali ecclesia providit necnon confirmavit, prout plenius in supplicatione super eadem confecta et signata latius continetur et propter errorem fuerit obmissum non obstantias (1) [declarare] beneficiorum que habebat, dignetur igitur S. [V] (2) quatinus litteras suas expediri mandare, cum non obstañ sequente videlicet quod idem exponens obtinet medium canonicatum cum media prebenda in ecclesia Visensi et medium canonicatum cum media prebenda in ecclesia Lamacensi, quasdam portiones in ecclesiis sancte Marie et sancti Jacobi de Obidis Ulixbonensis diocesis, cum omnibus non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Novembris, anno duodecimo.

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar omissão de palavras.
(2) No ms. sinal de erro, a indicar talvez a omissão de *V.*

1473

1429, Novembro 4

João Esteves, clérigo da diocese de Tui, solicita a meia porção do canonicato e prebenda de Viseu, vacante por morte de João Gonçalves, familiar do tesoureiro pontifício e morto na Cúria Romana.

Reg. Suppl. 245, fl. 4.

Supplicat S. V. devotus vester orator Johannes Stephani, clericus Tudensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de media portione canonicatus et prebende ecclesie Visensis, cuius fructus, etc., decem librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, per mortem sive obitum Johannis Gundissalvi, familiaris domini thesaurarii, in Curia Romana deffuncti, vacante, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque [persona] (1), sive per resignationem ipsius de ea in Curia Romana vel extra, coram notario et testibus sponte factam, seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime sit devoluta aut generaliter vel specialiter reservata, affecta litigiosave sit, cuius litis statum, etc., eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum ut, eo non obstante, ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura et sine cura obtinere possit apostolica extitit auctoritate dispensatum, defectu huiusmodi natalium (2), Pictavensis et Lateranensis conciliorum (3) atque aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, pridie Nonas Novembris, anno duodecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *persona*.
(2) No ms. *nalium*, com sinal de erro.
(3) No ms. *consili*.

1474

1429, Novembro 5

Pedido da expedição das letras apostólicas sobre o canonicato e prebenda do Porto, concedidos a Nicolau Gloetershaft, que não mencionara na súplica respectiva certa graça expectativa.

Reg. Suppl. 241, fl. 301v.

Beatissime Pater, ex inadvertentia in petitione, per quam S. V. devoto vestro Nycolao Gerardi Cloeterschaft de canonicato et prebenda ecclesie Portugalensis, certo modo vacaturis, gratiose provideri concessit, nulla de gratia expectativa eidem Nycolao

concessa et in cancellaria exprimenda mentio facta fuit. Dignetur igitur S. V. litteras super dicta petitione conficiendas cum expressione eiusdem expectative expediri mandare de gratia speciali. Cum omnibus in eadem petitione contentis ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonis Novembris, anno duodecimo.

1475

1429, Novembro 8

Gonçalo Cação, clérigo da diocese de Lisboa, completa súplica anterior sobre a igreja paroquial de Santa Maria de Penamacor da diocese da Guarda, vacante por morte de João Vasques.

Reg. Suppl. 245, fl. 104-104v.

Beatissime Pater. Cum ex errore in petitione, per quam S. V. devoto vestro Gundissalvo Caçam, clerico Ulixbonensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Penamaquam Egitaniensis diocesis, per obitum quondam Johannis Valasci, ultimi possessoris eiusdem, gratiose provideri concessit, nulla dispensatio incompatibilium, etc., petita fuerit, ne igitur, Pater Sancte, ipse Gundisalvus huiusmodi gratie frustretur [fl. 104v] effectu, dignetur S. V. litteras super dicta petitione conficiendas cum expressione huiusmodi videlicet quod idem Gundisalvus ecclesiam sancte Marie predicte, si sibi vigore litterarum apostolicarum super petitione huiusmodi et beneficium cum cura, etiam si parrochialis ecclesia, etc., fuerit, si sibi vigore aliarum litterarum super gratia concessionis cuiusdam sue gratie expectative, sibi per S. V. gratiose conficiendarum (1), conferantur, recipere per sex menses cum licentia permutandi, etc., insimul retinere libere et licite valeret expediri mandare de gratia speciali. Cum omnibus in eadem petitione contentis et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, prope Sanctos Apostolos, sexto Idus Novembris, anno duodecimo.

(1) No ms. *conficiendorum*, com sinal de erro.

1476

1429, Novembro 15

Martinho Anes, clérigo da diocese de Viseu, pede a confirmação da igreja paroquial de S. Salvador de Galegos da diocese do Porto, vacante pela resignação de João Afonso.

Reg. Suppl. 238, fl. 119v-120.

Beatissime Pater, nuper parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Gallegos Portugalensis diocesis per liberam resignationem de ipsa per Johannem Alfonsi, eiusdem ultimi rectoris, in manibus Ordinarii factam vacante, devotus orator vester Martinus Johannis, clericus Visensis diocesis, eamdem ecclesiam antedictam auctoritate ordinaria conferri et de illa sibi provideri obtinuit eiusque possessionem extitit assecutus, dubitat tamen premissa certis de causis viribus non subsistere, quare supplicat S. V. dictus Martinus quatinus sibi de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, aut alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio, etc., iuxta Lateranensis [fl. 120] [statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta] et generaliter vel specialiter reservata [existat et in Curia Romana vel extra super eadem parrochiali ecclesia l]is pendeat indecisa, litis statum et nomina iudicum hic habentes pro sufficienter expressis, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica declaranda. Cum aliis non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Decembris, anno duodecimo.

MARTINHO V

(EL. 11 NOV., COR. 21 NOV. 1417, + 20 FEV. 1431)

SÚPLICAS

ANO DÉCIMO TERCEIRO

(21 NOV. 1429 – 20 NOV. 1430)

AV, REG. SUPPL., VOL. 248 A 263

1477

1429, Novembro 22

Diogo Caldeira corrige súplica anterior sobre o canonicato e prebenda e arcediagado de Lisboa.

Reg. Suppl. 248, fl. 5.

Reformatio Didaci Caldeyra super canonicatu et prebenda ac archidiaconatu ecclesie Ulixbonensis (1).

Beatissime Pater. Cum in supplicatione, cuius copia premittitur, fuerit appositus valor archidiaconatus et prebende simul et S. V. de prebenda dumtaxat providerit prefato Didaco, supplicat S. V. humiliter quatinus litteras apostolicas super prebenda huiusmodi conficiendas cum expressione valoris sexaginta librarum similium in cancellaria et ubique expediri misericorditer mandare dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis opportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Decembris, anno tertiodecimo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

1478

1429, Novembro 23

Gonçalo Gomes, clérigo da diocese de Évora, pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a comenda do mosteiro de S. Salvador da Torre da Ordem de S. Bento e da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 250, fl. 19v.

Beatissime Pater, cum devotus vester Gunsalvus Gometii, clericus Elborensis diocesis, litteras apostolicas super commenda monasterii sancti Salvatoris de Turre ordinis sancti Benedicti Tudensis diocesis sibi gratiose concessa, certis causantibus impedimentis, infra tempus in constitutione S. V. super hoc prefixum nondum potuerit facere expediri, dignetur S. V. terminum temporis huiusmodi ab eius fine prout dat. comende ipsius

concernit ad duos menses prorogare de gratia speciali, cum omnibus in eadem petitione contentis ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum, si alias non obtinuerit. C. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Decembris, anno tertiodecimo.

1479

1429, Novembro 25

D. André Dias, bispo de Mégara, pede nova provisão do benefício sem cura de almas da igreja de S. João de Ecija da diocese de Sevilha, vacante por morte de Pedro Martins.

Reg. Suppl. 248, fl. 215v.

Dignetur S. V. acceptationem, collationem, provisionem et possessionis adeptionem et omnia inde secuta, vigore gratie apostolice expectative devote S. eiusdem creature Andree, episcopo Megarensi (1), de perpetuo beneficio simplici servitorio sine cura parrochialis ecclesie sancti Johannis de Astigia Ispalensis diocesis, per obitum quondam Petri Martini, eiusdem beneficii ultimi possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, ratas et gratas rataque et grata habentes sibi facte, ipsas et ipsa ex vestra scientia et apostolica auctoritate, supplentes omnes et singulos defectus, si qui intervenerint in eisdem, confirmare pariter et approbare et nichilominus de dicto beneficio, cuius fructus, etc., triginta quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservatum, affectum aut inter aliquos in Romana Curia vel extra eam litigiosum existat, cuius statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, eidem A[ndree] de novo misericorditer providere, quatinus indigeat, cum non obstañ et omnibus suis clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Decembris, anno tertiodecimo.

(1) Cf. nota 2 do n.º 851.

1480

1429, Novembro 25

Pedro Gonçalves, cónego de Lisboa, pede a administração dos bens eclesiásticos de Olivença e outras terras portuguesas, pertencentes à diocese de Badajoz, administração que o papa tinha concedido a Lopo Vaz da Cunha, morto em Supino, diocese de Ferentino, estando a Cúria Romana na cidade de Anagni.

Reg. Suppl. 249, fl. 23-23v.

Beatissime Pater. Cum nonnulla redditus annui ac bona etiam ex decimis in de Ulivencia et quibusdam aliis locis regni Portugalie provenientia et alias ad mensam episcopalem Pacensem, a qua segregata sunt, spectantia, sub certis modo et forma quondam Lupo Valasci de Cunia per S. V. concessa fuerunt, qui postmodum in castro Supini Ferentinatensis diocesis, Romana Curia tunc in civitate Anagnie existente, fuit vita functus, supplicat S. V. devotus vester Petrus Gundissalvi, canonicus Ulixbonensis, quatinus sibi quoad vixerit redditus et bona huiusmodi, que ultra trecentas libras Turonensium parvorum communiter non valent annuatim, ex quavis etiam causa illorum dispositio ad sedem apostolicam [fl. 23v] pertineat, concedere et assignare sibique de illis responderi mandare dignemini. Non obstañ quod idem P[etrus] canonicatum et prebendam Ulixboneñ, quorum octuaginta, ac parrochialem ecclesiam, prioratum nuncupatam, beate Marie de Castro de Obedis Ulixbonensis diocesis, cuius centum et triginta librarum Turonensium similium fructus, etc., secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, obtinet, ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, ceterisque contrariis quibuscumque. Cum clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur, ad beneplacitum sedis apostolice. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Decembris, anno tertiodecimo.

1481

1429, Novembro 26

Afonso Martins, sacerdote de Lisboa, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede um benefício sem cura de almas na igreja paroquial de Santa Maria de Triana de Alenquer da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 248, fl. 105v-106.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alfonsus Martini, presbyter Ulixbonensis, cum quo dudum, ut non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes posset ordines promoveri et unum beneficium ecclesiasticum obtinere, etiam [fl. 106] si curatum foret, libere et licite posset, fuit auctoritate apostolica misericorditer dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes ordines huiusmodi fuit rite promotus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, ei de quodam beneficio sine cura, portio nuncupato, in parrochiali ecclesia beate Marie de Triana de Alanquer Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., quindecim florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per mortem quondam Johannis Velasci, clerici, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, etsi premisso aut alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutiones *Execrabilis* et *Ad regimen* aut liberam resignationem alicuius de illo in Romana Curia vel extra, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, aut tanto tempore vaca-

verit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii aut alias generaliter vel specialiter ad sedem apostolicam legitime devoluta, affecta, reservata seu litigiosa, cuius litis statum, etc., existat, providere misericorditer mandare dignemini de gratia speciali, defectu predicto gratiaque expectativa, si quam habeat, in cancellaria declaranda, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Decembris, anno tertiodecimo.

1482

1429, Novembro 27

João Vicente, acólito da diocese do Porto, dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Gulpilhares da diocese do Porto, a que o sacerdote Martinho Anes se propunha resignar.

Reg. Suppl. 249, fl. 29-29v.

Beatissime Pater. Cum humilis et devotus vester Martinus Johannis, presbyter, rector parrochialis ecclesie beate Marie de Golpelhares Portugalensis [fl. 29v] diocesis, libere in manibus S. V. in favorem humilis et devoti vestri Johannis Vincentii, acoliti dicte diocesis, dictam parrochialem ecclesiam, quam obtinet, resignare intendat et resignet de presenti, supplicat eidem S. V. dictus Johannes humiliter quatinus sibi specialem gratiam facientes, eidem, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes minores promoveri et unum beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere libere et licite posset, fuit auctoritate ordinaria primo misericorditer dispensatum et deinde ad ordines huiusmodi rite promotus, ut ad omnes etiam sacros ordines etiam libere et licite promoveri posset, fuit secum auctoritate apostolica misericorditer dispensatum, de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., viginti trium librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per resignationem huiusmodi aut alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona, seu per constitutionem *Execrabilis* et *Ad regimen* vel per liberam resignationem alicuius alterius de illa, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii seu alias generaliter vel specialiter ad sedem apostolicam legitime devoluta, affecta aut litigiosa, cuius litis statum, etc., existat, dignemini misericorditer providere, defectu natalium predicto ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria declaranda, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Decembris, anno tertiodecimo.

1483

1429, Novembro 27

João Lopes, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Campanhã da diocese do Porto, em litígio com Gil Esteves, sacerdote da diocese de Braga, pede todos os direitos à dita igreja que possuía havia mais de cinco anos, visto que o dito seu competidor tinha morrido na Cúria Romana.

Reg. Suppl. 249, fl. 29v-30.

Beatissime Pater, lite pendente in partibus inter devotum vestrum Johannem Lupi, rectorem parrochialis ecclesie sancte Marie de Campanha Portugalensis diocesis ex una et quemdam Egidium Stephani, presbyterum Bracharensis diocesis, de et super dicta ecclesia [fl. 30] coram certo iudice subexecutore sive delegato et eius occasione, partibus ex altera, in qua ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, dicitur fore processum, prefatus Egidius in Romana Curia diem suum clausit extremum. Supplicat igitur S. V. prefatus Johannes qui possessionem dicte ecclesie per quinquennium et ultra habuit, prout habet de presenti, quatinus statum cause ac nomina iudicum habentes presentibus pro expressis, subexecutori sive iudici, coram quo causa pendet, in partibus committere et mandare dignemini ut eumdem Johannem in omni iure et ad omne ius quod prefato Egidio tempore sui obitus in dicta ecclesia vel ad eam quomodolibet competebat aut competere poterat, auctoritate apostolica surroget dictumque sibi ius conferat et provideat etiam de illo et nichilominus sibi de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso aut alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, sive per constitutionem *Execrabilis* vacet et generaliter vel specialiter reservata, devoluta aut alias litigiosa sit, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum ut ad omnes sacros [ordines] (1) promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura retinere possit et valeat auctoritate apostolica extitit dispensatum, vigore cuius, ad omnes sacros promotus extitit et quamdam parrochialem ecclesiam sancti Petri de Valle de Nugera Bracharensis diocesis obtinet, ac alia dispensatione ad beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura sibi in quadam gratia expectativa sub data quarto Kalendas pontificatus S. V. anno primo concessa, vigore cuius, predictam parrochialem sancte Marie extitit assecutus. Et cum aliis non obstañ in cancellaria declarandis. Et cum clausulis oportunis.—*Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Decembris, anno tertiodecimo.

(1) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *ordines*.

1484

1429, Novembro 29

O bispo de Mégara D. André Dias pede nova provisão do benefício sem cura de almas da igreja de S. João de Ecija da diocese de Sevilha, vacante por morte de Pedro Martins.

Reg. Suppl. 248, fl. 209-209v.

Dignetur S. V. acceptationem, collationem, provisionem, insinuationem et possessionis adeptionem vigore gratie apostolice expectative devote creature eiusdem S. Andree, episcopo Megarensi (1), de perpetuo beneficio simplici sine cura servitorio parrochialis ecclesie sancti Johannis de Astigia Ispalensis diocesis, per obitum quondam Petri Martini, eiusdem beneficii ultimi possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, et omnia et singula exinde secuta rata et grata ratasque et gratas habentes, ex vestri certa scientia et apostolica auctoritate, supplentes omnes et singulos defectus, si qui in eisdem intervenerint, confirmare pariter et approbare et nichilominus de dicto beneficio, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* vel *Sinodalis* vel *Ad regimen*, sive c. [fl. 209v] *De multa*, etiam si generaliter vel specialiter reservatum, devolutum, affectum aut in Curia Romana vel extra eam vacet vel inter aliquos litigiosum existat, cuius litis statum hic habentes pro sufficienter expresso, etiam si aliter quam ut prefertur vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii (2) ad sedem apostolicam legitime devoluta, eidem A[ndree] auctoritate conferat et assignet ac de novo provideat. Non obstante iure (3) quod prefatus Andreas expectat (4) seu pretendit habere certo modo in et ad alia beneficia ecclesiastica simplicia servitoria sine cura in aliis certis diversis parrochialibus ecclesiis eiusdem civitatis et diocesis Ispaleñ existentia, per obitum eorumdem beneficiorum ultimorum possessorum, extra Romanam Curiam defunctorum vacantia, que et quot sint (5) beneficia predicta et eorumdem possessorum nomina et cognomina S. V. hic dignetur habere (6) pro sufficienter expressis, quorum omnium et singulorum beneficiorum fructus, etc., ducentarum quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt. Constitutionibus seu consuetudinibus ecclesie, civitatis et diocesis Ispaleñ, presertim quibus caveri dicitur quod nullus in eisdem ecclesia, civitate et diocesi duo vel plura ecclesiastica beneficia etiam simplicia sine cura insimul obtinere possit, et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Decembris, anno tertiodecimo (7).

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 851.

(2) No ms. *consilii*.

(3) No ms. *ius*.

(4) No ms. *spectat*.

(5) No ms. *sint*, com sinal de erro.

(6) No ms. *habentes*, com sinal de erro e sem *dignetur*.

(7) Esta súplica, como se poderá ver pelo texto transcrito, parece estar incompleta, porque dá a entender um pedido de comissão.

1485

1429, Novembro 29

João Rodrigues, cónego de Lisboa, ao qual o papa concedera o deado de Lisboa, com cessação do direito pertencente ao sacerdote Rui Dias e ao clérigo Vasco Rodrigues, pela extinção do lití-

gio entre ambos no palácio apostólico sobre o mesmo, solicita a expedição das letras apostólicas sobre o assunto.

Reg. Suppl. 249, fl. 83v-84.

Beatissime Pater, cum ex inadvertentia in petitione, per quam S. V. devoto vestro Johanni Roderici, canonico Ulixbonensi, de decanatu eiusdem ecclesie, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit, etiam per liberam cessionem iuris quibusdam [fl. 84] Roderici Didaci, presbytero, et Valasco Roderici, clerico, inter quos etiam lis in palatio apostolico pendet indecisa, in eodem decanatu vel ad eum quomodolibet competentis, extinctione litis huiusmodi gratiose provideri concessit, quod ipse Johannes nonnulla reditus et bona per eum ex concessione seu dispensatione apostolice sedis obtenta, in regno Portugalie consistentia et ad ecclesiam Pacensem spectantia dimittere commendeque de prioratu sancti Michaelis de Soza ordinis sancti Benedicti Colimbriensis diocesis sibi usque ad beneplacitum apostolice sedis facte cedere ex tunc paratus fuerit, contra et preter omnem ipsius Johannis intentionem, expressum existat, unde gratia sibi facta propter dubiosum eventum sibi dampnosa, non fructuosa, reddi posset, supplicat S. V. dictus Johannes quatinus litteras super prefata petitione conficiendas cum expressione quod ipse Johannes per assecutionem pacificam dumtaxat decanatus predicti redditus et bona dimittere et commende huiusmodi cedere teneatur expediri mandare dignemini de gratia speciali. Cum omnibus in eadem petitione contentis ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Decembris, anno tertiodecimo.

1486

1429, Novembro 30

Lourenço Anes, cónego regrante do mosteiro de Santa Cruz, dispensado do impedimento de ilegitimidade, eleito depois prior conventual do mosteiro de S. Vicente de Fora de Lisboa, a cuja eleição o rei de Portugal D. João I dera o consentimento como padroeiro, ingerira-se na administração do mosteiro sem obter a confirmação. Eram já passados alguns anos desde que ele mandara à sé apostólica pedir a provisão que ainda não tinha obtido e entretanto alcançara faculdade de receber e permutar quaisquer prioratos da Ordem, mesmo conventuais, mas sem mencionar na súplica o facto da sobredita eleição e ingerência na administração do mosteiro, pelo que roga ao papa o habilite e lhe dê a provisão.

Reg. Suppl. 254, fl. 106v-107.

Beatissime Pater, alias prioratu conventuali monasterii sancti Vincentii extra muros Ulixboneñ per priorem solito gubernari ordinis sancti Augustini per obitum quondam Johannis Luppi, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, devoti oratores vestri con-

ventus dicti monasterii ad electionem futuri prioris inibi procedentes, devotum oratorem vestrum Laurentium Johannis, canonicum monasterii sancte Crucis Colimbrieñ dicti ordinis, cum quo tunc super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curatum foret, obtinere valeret dumtaxat apostolica fuerat auctoritate dispensatum, in eorum et prefati monasterii sancti Vincentii priorem alias concorditer elegerunt et cui quidem facte electioni devotissimus S. V. et sancte Romane Ecclesie filius Johannes, Portugalie rex, suorum predecessorum ad instar, eiusdem monasterii sancti Vincentii patronus, suum fuit impartitus assensum ac ipse L[aurentius] huiusmodi electioni consentiens et illius non obtenta confirmatione, ex eorumdem conventus ordinatione et dispositione regimini et administrationi bonorum dicti monasterii sancti Vincentii se ingessit, ipsa bona iuxta ordinationem et dispositionem premissas in usus monasterii sancti Vincentii et conventus [fl. 107] predictorum dispensando et licet ipse pro provisione desuper habenda lapsis annis aliquibus ad sedem apostolicam destinaverit, quibusdam tamen impedimentis obstantibus, provisionem huiusmodi nondum fuit assecutus, quare supplicat eidem S. dictus L[aurentius], cum quo interim super eodem defectu ut nichilominus quoscumque prioratus eiusdem ordinis, etiam si conventuales, curati et electivi forent, et cum potestate permutandi, recipere retinereque valeret apostolicis, in quibus tamen de electione et ingessione (1) huiusmodi mentio facta non est, litteris desuper confectis, eadem fuit auctoritate dispensatum, quatinus sibi super hiis paterno consulentes affectu, ei de prioratu predicto, cuius fructus, etc., quingentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet et generaliter vel specialiter reservatus, devolutus, curatus, electivus et cuius statum, etc., litigiosus (2) sit, etiam cum habilitatione, etiam si et prout opus fuerit, providere ac secum ut illum recipere et retinere valeat dispensare dignemini. Non obstantibus premissis ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur et habilitamus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Decembris, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *ingestione*, com sinal de erro.
(2) No ms. *litigiosum*, com sinal de erro.

1487

1429, Dezembro 1

João Álvares, clérigo do Porto, solicita a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a igreja paroquial de S. Martinho de Rio de Moinhos, da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 248, fl. 263v.

Beatissime Pater. Cum olim S. V. devoto eiusdem S. Johanni Alvari, clerico portugalensi, providerit de ecclesia parrochiali sancti Martini de Ryo de Moynos Portu-

galensis diocesis, ut in supplicatione desuper confecta latius continetur, cuius tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expresso, Beatissime Pater, cum predictus Johannes sit de longinquis partibus oriundus et propter viarum discrimina et alia pericula imminentia litteras (1) super predicta supplicatione non expediverit usque nunc et urgente regula (2) cancellarie eiusdem S., quam hic habere dignemini pro sufficienter expressa, sua provisio sibi reddatur in brevi nulla, cum predicta supplicatio dicatur expirare et predictas litteras ante terminum expediri non possint, supplicat idem Johannes S. V. quatinus usque ad duos menses proximos futuros sibi expeditionem predictarum litterarum, ut in supplicatione predicta continetur, et sub data eiusdem de misericordia speciali dignemini prorogare. — *Concessum, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Decembris, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. a mais, mas com sinal de erro, as palavras *non ex nunc.*
(2) No ms. *regule.*

1488

1429, Dezembro 2

Martinho Arias, transferido pelo papa da abadia do mosteiro de Santo Tirso, da Ordem de S. Bento e diocese do Porto, para a do mosteiro de S. Martinho de Tibães, e Sugério Anes, provido do dito mosteiro de Santo Tirso, alegando as dificuldades de trânsito e as guerras existentes entre os reis de Castela e de Aragão, pedem a prorrogação do tempo para a expedição das respectivas letras apostólicas.

Reg. Suppl. 249, fl. 93v.

Beatissime Pater, nuper S. V. devotum vestrum Martinum Arie de abbatia monasterii sancti Tirsi ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis ad monasterium sancti Martini de Tibaes dicti ordinis Bracharensis diocesis transtulit ac devoto vestro Sugerio Johannis de prefato monasterio sancti Tirsi gratiose providit, ipsos illis in abbates preficiendo. Cum autem, Pater Sancte, propter guerras inter serenissimos principes Castelle et Arragonie reges ad presens vigentes ac discrimina viarum prefati Martinus et Sugerius pro expeditione litterarum provisionis huiusmodi commende ut creditur necessaria non miserint et ut timetur verisimiliter mittere in brevi nequeant ac tempus de expediendis litteris in brevi expirare dignoscitur, supplicant S. V. prefati Martinus et Sugerius quatinus tempus huiusmodi a fine termini de expediendis litteris computandum ad sex menses prorogare dignemini misericorditer de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ad mensem. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Decembris, anno tertiodecimo.

1489

1429, Dezembro 4

Fernando Peres de Montemor-o-Novo da diocese de Évora, mestre em teologia e sacerdote professo da Ordem do Hospital, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, enquanto filho de casado e mulher solteira, pede a pluralidade de benefícios, inclusive de prioratos, comendas e preceptorias da Ordem e dignidade pontifical.

Reg. Suppl. 251, fl. 143v-144.

Supplicat S. V. devotus vester orator frater Fernandus Petri de Montemaiori diocesis Elborensis, in sacra theologia magister, ordinis sancti Johannis Jherosolimitani [fl. 144] presbyter expresse professus, quatinus secum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de coniugato genitus et soluta, super quo auctoritate ordinaria extitit dispensatum, vigore cuius dispensationis, ad minores ordines extitit promotus, ut quecumque, [quotcumque et] qualiacumque beneficia ecclesiastica, duo vel tria simul compatibilia, etiam si prioratus curatus, electivus vel non electivus aut commenda seu balivia et preceptoria dicti ordinis aut alias dignitas pontificalis, dummodo sibi de ipsis legitime fuerit provisum vel ad illam seu illum canonice electus vel postulatus fuerit, libere recipere et licite retinere possit et valeat auctoritate apostolica dignemini dispensare. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus dicti ordinis, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Decembris, anno tertiodecimo.

1490

1429, Dezembro 4

Novo pedido de Martinho Arias, transferido da abadia de Santo Tirso para a de Tibães da Ordem de S. Bento, respectivamente da diocese do Porto e de Braga, e de Sugério Anes, nomeado abade de Santo Tirso, sobre a prorrogação das respectivas letras apostólicas.

Reg. Suppl. 260, fl. 43v.

Beatissime Pater, nuper S. V. devotum vestrum Martinum Arie de abbatia monasterii sancti Tirssi ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis ad monasterium sancti Martini de Tibaes dicti ordinis Bracharensis diocesis transtulit ac devoto vestro Sugerio Johannis de prefato monasterio sancti Tirsi gratiose providit, ipsos illis in abbates preficiendo. Cum autem, Pater Sancte, propter guerras inter serenissimos principes Castelle et Aragonie reges ad presens vigentes ac discrimina viarum prefati Martinus et Sugerius pro expeditione litterarum provisionis huiusmodi commode ut creditur necessaria non

miserint et ut timetur verissimiliter mittere in brevi nequeant ac tempus expediendi litteras in brevi expirare dinoscitur, supplicant S. V. prefati Martinus et Sugerius quatinus tempus huiusmodi, a fine termini de expediendis litteris computandum, ad sex menses prorogare dignemini misericorditer de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ad tres menses. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Decembris, anno tertiodecimo.

1491

1429, Dezembro 8

Frei João de Avelal, monge professo do mosteiro de S. Pedro de Pedroso da Ordem de S. Bento e diocese do Porto, solicita a abadia deste mosteiro, vacante por morte de Frei Martinho.

Reg. Suppl. 249, fl. 243v-244.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester frater Johannes de Avelaal, monachus expresse professus monasterii sancti Petri de Pedroso ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de monasterio sive abbatia sancti Petri de Pedroso, vacante per obitum quondam fratris Martini, eiusdem monasterii abbatis, extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, etc., ultra centum et octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quamcumque aliam personam aut per constitutionem *Execrabilis* aut iuxta Lateranensis concilii statuta aut liberam resignationem per aliquam personam, etiam coram notario et testibus in Romana Curia vel extra sponte factam vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius dispositio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni apostolice prefate reservatum, affectum seu litigiosum existat et in Romana Curia vel extra super eodem lis pendeat quomodolibet indecisa, cuius litis statum presentibus eadem S. hic habere dignetur pro sufficienter expresso, eidem fratri Johanni dignemini misericorditer providere ipsumque in abbatem preficere, curam et regimen ipsius monasterii in spiritualibus [fl. 244] et temporalibus plenarie committendo, cum non obstañ et clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Decembris, anno tertiodecimo.

1492

1429, Dezembro 9

João Esteves, clérigo da diocese de Lamego, pede ao papa encarregue pessoa proba de examinar se Vasco Anes, reitor da igreja paroquial ou capelania de Santa Maria de Sandim da diocese do Porto, tinha efectivamente celebrado Missa depois do excomungado pùblicamente, e privá-lo dessa capelania a favor do suplicante.

Reg. Suppl. 248, fl. 53v-54.

Beatissime Pater. Cum Velascus Johannis, rector parrochialis ecclesie, capellanie cuncupate, beate Marie de Simdim Portugalensis diocesis, sit inhabilis ac dicta ecclesia se reddiderit indignum ex eo quod licet ab officiali Ordinarii excommunicatus propter debita ac publice denuntiatus fuisset, nichilominus se divinis, nulla habita umquam absolutione, immiscuit, prout quolibet (1) die in contemptum clavium immiscet, missas celebrando et alia ecclesiastica et divina officia exercendo. Supplicat igitur S. V. devotus vester Johannes Stephani, clericus Lamecensis diocesis, quatinus alicui probo viro in partibus illis committere dignemini ut de premissis se informet et si per informationem huiusmodi premissa vel aliud propter quod idem Velascus dicta ecclesia privari posset et valeat vera esse reperiat, ipsum dicta ecclesia [fl. 54] privet auctoritate apostolica sententialiter (2) et ammoveat realiter ipsamque, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum [per] (3) huiusmodi privationem et ammotionem vacare contigerit (4), etiam si actu alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per liberam resignationem de ipsa per prefatum Velascum in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam et admissam, sive per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio, etc., iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta aut litigiosa existat, eidem Johanni auctoritate conferat predicta, et etiam provideat de illa. Non obstañ (5) gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. — *Concessum ut petitur in forma iuris. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Decembris, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *quo*, com sinal de erro.
(2) No ms. *finaliter*.
(3) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão de *per*.
(4) No ms. *contingeri*, com sinal de erro.
(5) No ms. um *a* a mais, mas com sinal de erro.

1493

1429, Dezembro 9

Pedro Gonçalves, cónego de Lisboa, pede providências sobre a concessão da administração dos bens eclesiásticos dos territórios portugueses pertencentes e desmembrados da diocese de Badajoz, que lhe fora feita depois da morte de Lopo Vaz da Cunha, apesar de súplica assinada pelo papa a favor de João Rodrigues, que também obtivera provisão idêntica, antes de Lopo Vaz da Cunha.

Reg. Suppl. 249, fl. 162-162v.

Beatissime Pater, S. V. devoto vestro Petro Gundissalvi, canonico Ulixbonensi, nonnulla redditus annuos et bona in certis regni Portugalie locis tunc expressis provenientia et alias ad mensam episcopalem Pacensem, a qua segregata sunt, spectantia et quorum

Johannes Roderici primo et deinde quondam Lupus Valasci administratores per eamdem S. deputati fuerant, ipso L[upo] vita functo, usque ad beneplacitum sedis apostolice gratiose concessit, sive illorum [fl. 162v] administratorem, etc., deputavit, et quia dictus Johannes postmodum ab eadem S. obtinuisse dicitur, ipsius desuper petitione per *Fiat. O.* signata, quod usque ad certum tempus etiam tunc expressum huiusmodi bonorum, etc., administrator remanere et esse debeat, unde prefate concessionis nimium protelari posset effectus, dignetur eadem S. huiusmodi concessionem valere ipsumque effectum sortiri debere perinde in omnibus et per omnia ac si dicta petitio per eamdem S. signata non foret, et que nulla censeatur, decernere gratiose. Non obstantibus omnibus in petitione concessionis huiusmodi contentis ceterisque contrariis quibuscumque. — *Fiat quod habeat locum prima signatura de extinctione litis dumtaxat quia sic Johannes* (1) *convenit cum aliis, cum quibus erat in lite. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Decembris, anno tertiodecimo.

(1) No ms. sinal de erro.

1494-1495

1429, Dezembro 13

Súplicas do Infante D. Pedro sobre a extensão do indulto para os 15 *capelães e chantres da sua capela receberem os proventos dos benefícios, sem obrigação da residência pessoal, aos que os substituírem no serviço, enquanto algum deles residir nos próprios benefícios; e sobre a faculdade de aplicar a igrejas da sua devoção as décimas de certas terras incultas, que ele tencionava tornar férteis.*

Reg. Suppl. 249, fl. 139v-140v.

(1) Item, Beatissime Pater. Dudum S. V. prefato duci et secundogenito ut cappellani sui et cantores capelle sue qui tunc erant et essent pro tempore usque ad numerum quindecim dumtaxat, ipsius ducis obsequiis insistendo aut in aliquo beneficiorum suorum residendo, fructus, etc., [fl. 140] beneficiorum suorum quoad viverent cum integritate, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipere possent gratiose sub certis modo et forma concessit, prout in desuper confectis litteris plenius continetur. Verum, Pater Sancte, plerumque nonnullos ex capellanis et cantoribus predictis senio ac diutino obsequio et aliis diversis occasionibus causantibus ad sua beneficia contingit accedere et in illis residere, unde cappellanos et cantores aliquos eorum loco in obsequio et capella dicti ducis receptos contingit privilegio et indulto destitui. Ut igitur par omnibus, sic servitiis dicti ducis pro tempore insistentibus, gratia sit seque promptiores ad illis insistendum et in dicta capella deserviendum efficiant, supplicat S. V. dux et secundogenitus predictus quatinus sibi ut etiam si et postquam aliquos ex capellanis et cantoribus prefatis pro tempore existentibus de licentia dicti ducis ad sua beneficia se transferre et apud illa residere contigerit, qui iuxta dictarum litterarum formam in illis concesso privilegio et indulto

gaudebunt, nichilominus alii eorum loco in servitiis et capella predictis recepti in omnibus et per omnia litteris et privilegio predictis gaudere et uti possint et debeant perinde ac si alias sub dicto numero qui quoad servitia et capella[m] (2) predicta[m] etiam semper firmus remaneat et excedi nullatenus debeat, comprehensi essent, iuxta tamen litterarum continentiam et formam. Non obstantibus constitutionibus apostolicis ac omnibus in eisdem litteris expressis ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis.

1495. Beatissime Pater. Cum prefatus dux et secundogenitus nonnulla terrarum petias et loca in terris et dominiis suis consistentia aquosa penitus et paludosa et que a tanto tempore, de quo memoria hominum non existit, nullum omnino fructum attulerunt et inutilia fuerunt, non sine gravibus expensis ad hoc quod fructificare possint [fl. 140v] aptari et ad culturam et fertilitatem reducere proponat piaque affectione motus, desideret decimas ex fructibus ex terris et locis huiusmodi pro tempore excrescentibus provenientes aliquibus, ad quas singularem devotionem gerit, ecclesiis, per eum pro tempore eligendis, assignari, supplicat eidem S. secundogenitus predictus quatinus sibi omnes et singulas decimas huiusmodi que ex terris et locis per eum sic ad culturam reducendis pro tempore provenient, aliquibus ecclesiis, per eum eligendis, etiam si infra quarumcumque ecclesiarum limites site sint, prout sibi expedire videbitur, assignandi licentiam et facultatem quodque ecclesias ipsas pro tempore obtinentes, illas, alicuius alterius licentia super hoc minime requisita, percipere et levare nec super hoc per quempiam impeti valeant seu molestari, concedere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus apostolicis et aliis contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque in prima, existentibus illis capellanis in servitio infantis, pro secunda committatur. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Decembris, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms., à margem esquerda do texto, a seguinte anotação: *Ista sic incipit quia precedens eam erat cassata, etc. Et est pro Petro, Colimbrie duce ac Portugalie et Algarbii regnorum secundogenito et capellanis suis, etc.*

(2) No ms. *capella,* com sinal de erro.

1496

1429, Dezembro 13

João Gomes, sacerdote da diocese de Braga, pede o ofício de tabelião.

Reg. Suppl. 260, fl. 180v.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Gometii, presbyter Bracharensis diocesis, quatinus sibi concedere dignemini tabellionatus officium ut in forma, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Decembris, anno tertiodecimo.

1497

1429, Dezembro 14

Frei João de S. Tomé, da Ordem dos Eremitas de Santo Agostinho e professor de teologia, pede o mosteiro de S. Miguel de Bustelo da Ordem de S. Bento da diocese do Porto, vacante pela promoção de Álvaro Ferreira a bispo de Coimbra.

Reg. Suppl. 249, fl. 186-186v.

Beatissime Pater, cum monasterium sancti Michaelis de Bostellos ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, per promotionem Alvari Ferreira, electi Colimbriensis (1) ad dictam ecclesiam, tunc pastore carentem, per S. V. factam et [fl. 186v] munus consecrationis eidem electo impendendum vacare speretur in brevi, seu commenda eidem electo de dicto monasterio facta finire seu labi speretur, supplicat S. V. humilis et devotus orator vester frater Johannes de Sancto Thoma, ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini ac sacre theologie professor, quatinus predictum monasterium, cuius fructus, etc., ducentarum librarum, etc., parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum illud per munus consecrationis huiusmodi impensum aut lapsum temporis de consecrandis episcopis aut etiam commende prefate vacare contigerit, etiam si actu alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque facto vel persona aut per liberam resignationem dicti Alvari aut aliorum quorumcumque in Romana Curia vel extra eam coram notario publico et testibus sponte factam vel constitutionem *Execrabilis* vacet et dispositioni sedis apostolice generaliter reservatum, affectum, devolutum, litigiosum sit, aut etiam curatum et electivum, licet huiusmodi statutum, hic habitus (*sic*) pro sufficienter expresso, eidem fratri Johanni in universitate Studii Romani vigenti (2) dignemini commendare (3) de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus monasterii et ordinis predictorum (4) ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur ad beneplacitum nostrum. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo nono Kalendas Januarii, anno tertiodecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 969.
(2) No ms. *vegenti*, com sinal de erro.
(3) No ms. *in commendare*, com sinal de erro.
(4) No ms. *predictarum*, com sinal de erro.

1498

1429, Dezembro 17

João Pais, vigário do arcebispo de Lisboa e regente da hora de prima da cátedra de direito canónico, pede designação de pessoa proba que se informe sobre o crime cometido por João do Casal, sacerdote e prior de S. Mamede de Évora, tornando-se indigno de qualquer benefício, e o prive deste priorado, a favor dele suplicante.

Reg. Suppl. 248, fl. 174-174v.

Beatissime Pater, cum malo spiritu instigante, quidam iniquitatis filius Johannes de Casal, presbyter, qui se gerit pro priore prioratus sancti Mametis Elborensis, qui curatus existit, quemdam hominem laycum, cuius nomen et cognomen hic ad confectionem litterarum habere dignemini pro sufficienter expressis, interfecit ac pluries publice et notorie uxorem dicti layci carnaliter cognovit, excommunicationis sententiam et alias penas a iure inflictas incurrendo, quare inter alia ad dictum prioratum, quem possidet, ymmo etiam ad quodcumque (1) aliud beneficium ecclesiasticum se reddidit inhabilem et indignum et illo venit merito privandus, supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Pelagii, vicarius domini archiepiscopi Ulixbonensis (2) ac in Studio eiusdem civitatis hora prima in iure canonico cathedram tenens, quatinus sibi specialem gratiam facientes, alicui probo viro in Romana Curia vel in partibus [fl. 174v] committere et mandare dignemini ut de premissis summarie, simpliciter et de plano auctoritate apostolica se informet et si ita esse repererit vel saltem que ad privationem eiusdem Johannis de Casal sufficient, eumdem Johannem dicto prioratu privet et ammoveat ab eodem necnon predictum prioratum, cui cura imminet animarum, cum per privationem et amotionem huiusmodi vacare contigerit, etiam si iam actu vel alio quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime sit devoluta aut alias specialiter vel generaliter dispositioni apostolice reservatus, affectus aut inter aliquos alios in dicta Curia vel extra litigiosus existat, cuius litis statum, etc., cuius quidem prioratus, etc., fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Johanni auctoritate predicta conferat et assignet ac provideat de eodem. Non obstañ quod idem Johannes habeat seu possideat unam portionem in ecclesia sancte Marie de Vegia et aliam in ecclesia sancte Marie de Monte Maiore Novo Elborensis diocesis necnon aliam portionem in ecclesia sancte Juste et aliam in ecclesia sancte Marine Ulixboneñ necnon aliam portionem in ecclesia sancti Martini de Sintria Ulixbonensis (3) diocesis, quarum omnium fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium similium extimatione predicta valorem annuum non excedunt. Cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur in forma iuris. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Januarii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *quemcumque*, com sinal de erro.
(2) No ms. *Ulistonensis*, com sinal de erro.
(3) No ms. *Ulistonensis*.

1499

1429, Dezembro 17

João Gomes, reitor da igreja paroquial de S. Nicolau de Cortiços da diocese de Braga, solicita a perpétua vigararia de S. Pedro de Sintra da diocese de Lisboa, vacante na Cúria Romana pela consecução do arcediagado de Lisboa, de que fora provido Afonso Rodrigues, último possessor da dita vigararia e sendo então arcediago de Lisboa D. Álvaro Ferreira, por cuja promoção a bispo de Coimbra vagara o dito arcediagado.

Reg. Suppl. 249, fl. 251v-252.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Gometii, rector parrochialis ecclesie sancti Nicolay de Cortigos Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua vicaria cum cura [fl. 252] ecclesie sancti Petri de Sintria Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante in Curia Romana per assecutionem archidiaconatus Ulixbonensis, de quo fuit provisum per S. V. in personam Alfonsi Roderici, ipsius vicarie ultimi possessoris, per promotionem domini Alvari Ferreyra, dicti archidiaconatus ultimi possessoris, ad ecclesiam Colimbriensem (1), sive premisso, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, etiam per resignationem alicuius de ea extra Romanam Curiam simpliciter aut ex causa permutationis, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, aut per constitutionem *Execrabilis* et *Ad regimen* aut alias generaliter vel specialiter reservatus, devolutus, affectus aut litigiosus, cuius litis statum, etc., habentes presentibus pro expresso, existat, eidem Johanni dignemini misericorditer provideri. Non obstañ prefata ecclesia parrochiali sancti Nicolay de Cortigos, quam paratus est dimittere, dum, etc., cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum eadem extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et ceteris non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat ut petitur, et de parrochiali quam dimittit, fiat pro Alfonso Martini, presbytero Ulixbonensis diocesis. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Januarii, anno tertiodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 969.

1500

1429, Dezembro 17

Afonso Martins, sacerdote da diocese de Lisboa, pede a perpétua vigararia da igreja paroquial de S. Pedro de Sintra, a vagar pela consecução do arcediagado de Lisboa por Afonso Rodrigues, doutor em leis, que se oferecia para renunciar a essa vigararia.

Reg. Suppl. 249, fl. 252-252v.

Supplicat S. V. devotus vester orator Alfonsus Martini, presbyter Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua vicaria parrochialis ecclesie sancti Petri de Sintria dicte diocesis, cui cura imminet animarum et cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, [fl. 252v] de qua alias eadem S. devoto vestro Alfonso Roderici, legum doctori, provideri concesserat, dum illam per assecutionem pacificam archidiaconatus ecclesie Ulixbonensis per dictum Alfonsum Roderici auctoritate apostolica fiendam, prout ad id idem [Alfonsus] Roderici se sponte obtulit, vacare contigerit,

sive iam actu premisso vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vel liberam resignationem alicuius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si devoluta aut alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata, sive inter aliquos litigiosa, cuius litis statum, etc., existat, eidem Alfonso Martini dignemini misericorditer providere. Non obstante gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria declaranda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis (1).

(1) Na margem esquerda do texto vem a seguinte anotação: *Ista supplicatio non est signata per se et consuta cum precedente, sed scripta propterea quia signatura precedentis refert se ad istam.*

1501

1429, Dezembro 19

Gil Martins, doutor em leis e perito de direito canónico, depois de promovido às Ordens menores, contraíra matrimónio e abraçara a vida militar que não exercera, e durante uns dez anos, sendo chanceler do reino de Portugal, tomara parte nas causas civis e criminais, assinando conjuntamente com outros oficiais, mas agora que lhe morrera a mulher, desejava exercer aquelas Ordens e dedicar-se ao serviço de Deus, pelo que D. João I, rei de Portugal, pede a dispensa da irregularidade e a faculdade de receber as Ordens sacras e a pluralidade de benefícios, podendo ser promovido a dignidades eclesiásticas, inclusive arcebispais.

Reg. Suppl. 254, fl. 110v-111.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Egidius Martini, legum doctor et in iure canonico peritus, qui postquam ad ordines minores promotus fuerat, cum quadam muliere unica et virgine matrimonium contraxit et militie cingulum assumendo, in illo tamen non se exercitavit (1), necnon dudum ante decem annis regni Portugalie cancellarius existens, in criminalibus et civilibus causis se subscripsit cum aliis officialibus, dicta muliere vita functa, ecclesiastico cetui aggregare et ut divinis peramplius beneplacitis se coaptet, ad omnes sacros ordines promoveri et in illis ac prefatis ordinibus minoribus ministrare suaque vota Domino dirigere firmiter exoptet, supplicat S. V. devotissimus eiusdem S. et sancte Romane Ecclesie filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex, quatinus eius consideratione dictum E[gidium] paternis confoventes favoribus, cum ipso super irregularitate, quam premissorum occasione quomodolibet [fl. 111] contraxit, quodque nichilominus ad omnes huiusmodi sacros ordines promoveri et in illis ac eisdem minoribus ordinibus ministrare necnon quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates et maiores vel principales, personatus, administrationes vel officia, etiam curata et electiva, in cathedralibus et metropolitanis, in collegiatis ecclesiis fuerint, et cum potestate permutandi, etc., recipere et retinere necnon ad quascumque episcopales, archiepiscopales dignitates eligi et assumi illisque prefici et preesse ac etiam (2) [in] spiritualibus et temporalibus regere et gubernare

valeat dispensare ac omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam abolere, etc., dignemini. Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quartodecimo Kalendas Januarii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *excecitavit*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

1502

1429, Dezembro 19

Gonçalo Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, a quem o papa concedera a faculdade de reter com a igreja paroquial de Rosem da diocese do Porto outro benefício qualquer e depois a igreja paroquial de Santo André de Telões da diocese de Braga, renunciando ele ao direito àquela igreja, pede a expedição das respectivas letras apostólicas com menção da dita igreja de Santo André.

Reg. Suppl. 248, fl. 108.

Beatissime Pater, alias S. V. cum devoto vestro Gundissalvo Gundissalvi, clerico Bracharensis diocesis, ut una cum parrochiali ecclesia de Roosen Portugalensis diocesis, unum aliud beneficium ecclesiasticum, etiam si alia ecclesia parrochialis foret, retinere valeret (1) dispensari concessit, prout in supplicatione desuper signata plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, dictus Gundissalvus iuri sibi competenti in dicta parrochiali ecclesia sponte cesserit ac S. V. eidem G[undissalvo] de parrochiali ecclesia sancti Andree de Tollões dicte Bracharensis diocesis postmodum concessit provideri, dignetur S. V. mandare quod littere super dicta supplicatione et dispensatione conficiende et expediende in cancellaria et ubique cum expressione dicte ecclesie sancti Andree expediantur de gratia speciali, et cum aliis clausulis opportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quartodecimo Kalendas Januarii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *valere*, com sinal de erro.

1503

1429, Dezembro 20

O cardeal diácono D. Lúcido do título de Santa Maria in Cosmedin, o qual recebia uma pensão anual do deado de Évora, possuído até à promoção a bispo de Coimbra por D. Álvaro Ferreira, estando vacante o dito deado devido a esta promoção episcopal, pede a colação do deado e da igreja paroquial de S. Salvador de Arraiolos a João Rodrigues, cónego de Lisboa e secretário do Infante D. Duarte, com o ónus da mencionada pensão.

Reg. Suppl. 251, fl. 48-48v.

Beatissime Pater. Cum decanatus ecclesie Elborensis et ecclesia parrochialis sancti Salvatoris de Arayolos Elborensis diocesis, quos dominus Alvarus, electus Colimbriensis (1), tempore promotionis de persona ad ecclesiam Colimbriensem, tunc pastore carentem, facte obtinebat, prout obtinet, et super quorum fructibus (2), etc., reverendissimo in Christo patri domino Lucido sancte Marie in Cosmedin, diacono cardinali (3), annua pensio ducentorum florenorum auri de camera sibi quoad vixerit per dictum electum et suos in prefata ecclesia successores annis singulis persolvenda, auctoritate apostolica sub certis modo et forma extitit assignata, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare sperentur, supplicat S. V. dictus cardinalis in personam devoti vestri Johannis Roderici, canonici Ulixbonensis et devotissimi S. V. filii Eduardi regis Portugalie et Algarbii primogeniti secretarius, quatinus decanatum, qui dignitas maior post pontificalem existit, ac parrochialem ecclesiam predictos, quorum trecentarum librarum Turonensium parvorum fructus, etc., communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum illos ut prefertur aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, vel alias quovis modo vacare contigerit, conferendos eidem Johanni, reservare sibique de illis etiam si actu quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacent et specialiter vel generaliter reservati, devoluti vel litigiosi, litis statum, etc., pro expresso, ipseque decanatus curatus et electivus (4) existant, cum onere pensionis huiusmodi, providere dignemini de gratia speciali. Non obstañ quod ipse Johannes canonicatum et prebendam ecclesie Ulixbonensis obtinet sibique de decanatu eiusdem ecclesie, qui inibi dignitas maior post pontificalem ac curata et electiva existit et quorum trecentarum et quem non possidet, tunc certo modo vacante, auctoritate apostolica provisum necnon parrochiali ecclesia de Soza Colimbriensis diocesis, cuius centum et quinquaginta librarum Turonensium similium fructus, etc., secundum eamdem [fl. 48v] extimationem valorem annuum non excedunt, et quam una cum quibusdam bonis ad mensam episcopalem spectantibus, sibi ab apostolica sede concessam, que possidet et in eventum assecutionis dicti decanatus dimittere tenetur, commendata existit, ac gratiis expectativis cum dispensatione ad incompatibilia, in cancellaria exprimendis, secum nichilominus ut decanatum (5) et ecclesiam sancti Salvatoris predictos quoad vixerit insimul, cum licentia permutandi, etc., retinere valeat, dispensantes. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. Renuntiat enim idem Johannes omni iuri sibi in quibusvis aliis beneficiis ecclesiasticis ac premissis vel ad ea quomodolibet competentibus, quam quidem renuntiationem petit admitti. — *Fiat ut petitur pro utroque et cardinalis non teneatur exprimere non obstañ et dispensamus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Januarii, anno tertiodecimo (6).

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 969.

(2) No ms. *quorum fructus*, mas com sinal de erro.

(3) Cf. nota 1 do n.º 1438.

(4) No ms. *electiva*, com sinal de erro.

(5) No ms. *decanatus*, com sinal de erro.

(6) Toda esta súplica foi traçada a meio, com a anotação marginal, à direita do texto: *Cassata de mandato domini nostri pape, prout apparet libro xiiii, fo. ccii per fiat, anno primo. Jo. de Bogia.*

1504

1429, Dezembro 21

O arcebispo de Braga D. Fernando pede a faculdade de qualquer sacerdote o absolver de todos os pecados e penas eclesiásticas, incorridas até na recepção de Ordens e consecução do arcebispado, inclusive dos casos reservados à Santa Sé.

Reg. Suppl. 249, fl. 268-268v.

Beatissime Pater, ut devote creature vestre F[ernandi], archiepiscopi Bracharensis (1), anime saluti salubrius consulatur, supplicat dictus F[ernandus] quatinus sibi ut confessor quicumque ydoneus, per ipsum eligendus, ipsius confessione audita, eum a quibusvis per eum hactenus commissis peccatis, criminibus et excessibus et delictis necnon excommunicationis, suspensionis et interdicti ceterisque ecclesiasticis sententiis, censuris atque penis, si quas a iure vel homine prolatis, quomodolibet incurrit, etiam in quibusvis tam in sacrorum susceptione ordinum ac adeptione cuiuscumque beneficii seu dignitatis ecclesiastice, presertim dicte ecclesie Bracharensis contractis vitiis (2) ac labe et alias occasione quacumque et in quibusvis etiam sedi apostolice specialiter reservatis casibus auctoritate apostolica in foro conscientie absolvere penitentiamque salutarem sibi iniungere ac secum super irregularitate, si quam huiusmodi sententiis vel earum aliqua ligatus, ordines huiusmodi suscipiendo, missas et alia divina officia celebrando seque illis immiscendo [fl. 268v] et alias quavis occasione contraxit quodque in predictis ordinibus ministrare ac etiam predictam ecclesiam retinere possit (3) omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam, per eum premissorum occasione aut alias quomodolibet contractam, abolere ac omnia et singula in premissis et circa ea quomodolibet necessaria seu etiam oportuna facere valeat concedere et indulgere dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Januarii, anno tertiodecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 840.

(2) No ms. *vicibus.*

(3) Com a anotação à margem esquerda do texto *sic cass. in originali* no ms. foram sublinhadas as seguintes palavras: *etiam cum remissione fructuum indebite forsan ab eadem seu quacumque ecclesia alia perceptorum eadem auctoritate dispensare iuramentaque et alia quecumque vota per eumdem F[ernandum] etiam quomodolibet prestita vel facta relaxare et in alia opera pietatis commutare.*

1505

1429, Dezembro 21

Rodrigo Vicente, porcionário da igreja de S. Salvador de Torres Novas da diocese de Lisboa, pede a igreja paroquial de S. Pedro de Avelãs da diocese de Coimbra, a que João Beleágua se propunha resignar, depois de ter conseguido pacìficamente a igreja paroquial de S. Pedro de Ferreira da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 249, fl. 269v-270.

Supplicat S. V. devotus orator vester Rodericus Vincentii, portionarius ecclesie sancti Salvatoris de Turribus Novis Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Petri de Abellanis, Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum illam per assecutionem pacificam parrochialis ecclesie sancti Petri de Ferreyra Portugalensis diocesis per devotum vestrum Johannem Belleagua auctoritate apostolica factam vel fiendam, prout etiam idem Johannes Belleagua ad id se sponte obtulit, vacare contigerit, sive iam actu premisso, vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vel per liberam resignationem alicuius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si devoluta aut alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata, seu inter aliquos litigiosa, cuius litis statum, etc., existat, eidem Roderico dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta portione sancti Salvatoris de Turribus Novis Ulixbonensis diocesis, que sine cura est [fl. 270] et cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum similium secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, paratusque est dimittere dictam portionem dum, etc., ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Januarii, anno tertiodecimo.

1506

1429, Dezembro 21

João Beleágua, estudante de direito civil na Universidade de Sena, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Avelãs da diocese de Coimbra, solicita a igreja paroquial colegiada de S. Pedro de Ferreira da diocese do Porto, vacante pela promoção de D. Álvaro Ferreira a bispo de Coimbra.

Reg. Suppl. 251, fl. 42v-43.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Belleaugua, Senis in iure civili studens, rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Avellanis Colimbriensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia collegiata sancti Petri de Ferrera Portugalensis (1) diocesis, cuius fructus, etc., centum et octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante seu dum vacabit per promotionem, nuper per eamdem S. de persona devoti vestri Alvari Ferrera, eiusdem S. et sedis apostolice prothonotarii, ipsius ecclesie rectoris, ad ecclesiam Colimbriensem (2) factam, sive per administrationem bonorum dicte ecclesie aut munus consecrationis [fl. 43] eidem impensum vel impendendum aut lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex quacumque alia persona aut per constitutionem *Execrabilis* vel liberam resignationem de ipsa ecclesia sancti Petri in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico

et testibus sponte factam vel fiendam vacet, seu dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservata, affecta, devoluta ac inter quoscumque et ubicumque litigiosa existat, cuius litis statum, etc., eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancti Petri de Avellanis, quam obtinet, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, quam paratus est dimittere, dum, etc., Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Januarii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. estava *Portuensis*, palavra que foi traçada e corrigida para *Portugalensis*, na margem, com a seguinte anotação: *Portugalensis. P. Correctum de mandato domini Conseranensis. P.*

(2) Cf. nota 1 do n.º 969

1507

1429, Dezembro 21

Lourenço Afonso, monge do mosteiro de S. Cristóvão de Lafões da Ordem de Cister e diocese de Viseu, pede ao papa designe pessoa proba que, depois de se informar se Frei Vicente, abade do mosteiro, conservara durante vários anos uma concubina no mosteiro, de que tinha prole, e a sepultara no claustro dos monges, o prive do mosteiro, a favor dele suplicante.

Reg. Suppl. 251, fl. 142v-143.

Beatissime Pater. Cum quidam frater Vincentius, pro abbate monasterii sancti Christofori de Lafões ordinis Cisterciensis Visensis diocesis, suorum status et honoris ac anime salutis immemor, contra ordinis et religionis statuta ac canonicas sanctiones, quamdam concubinam per plures annos infra septa dicti monasterii tenere presumpserit (1) ac tenuerit, ex eadem prolem suscitando, ex qua in partu [fl. 143] anxiata illaque ad mundum non producta ventri fracta (2) et ipsius fratris Vincentii (3) iussu inter sepulturas fratrum dicti monasterii tumulata extitit, in scandalum religionis et aliorum plurimorum, propter que ipse frater Vincentius se dicto monasterio eiusque regimine et administratione eiusdem non immerito reddidit indignum, supplicat igitur S. V. devotus vester frater Laurentius Alfonsi, monachus dictorum monasterii et ordinis professus, quatinus alicui probo viro seu prelato in partibus illis committere dignemini et mandare ut si sibi de premissis simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii constiterit, eaque veritate fulciri aut alias dictum Vincentium, suis demeritis exigentibus, merito privandum compererit, ipsum Vincentium abbatia sive monasterio predicto eiusque regimine et administratione sententialiter privet et amoveat de eisdem et nichilominus abbatiam sive monasterium huiusmodi, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, dum illud premisso vel alias quovis modo vacare contigerit, etiam si actu premisso vel alio quocumque modo et per quamcumque personam vacet ac generaliter vel specialiter dispositioni sedis pre-

dicte reservatum, affectum vel cuius statum, habentes pro expresso, litigiosum fuerit, eidem fratri Laurentio auctoritate apostolica predicta provideat ipsumque illi preficiat in abbatem, curam [et] administrationem eiusdem sibi committendo. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma iuris. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Januarii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *presumpserint*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro nas palavras *ventri fracta*.
(3) No ms. *Vimentii*, com sinal de erro.

1508

1429, Dezembro 22

João Pais, vigário do arcebispo de Lisboa e regente na hora de prima da cátedra de direito canónico na Universidade de Lisboa, pede ao papa mande privar, a seu favor, João do Casal da igreja paroquial de S. Mamede de Évora, por ter matado o marido da mulher com a qual tivera relações, do conhecimento público.

Reg. Suppl. 261, fl. 261v-262.

Beatissime Pater. Cum malo spiritu instigante, quidam iniquitatis filius Johannes de Casal, presbyter, qui se gerit pro rectore parrochialis ecclesie sancti Mametis Elboreñ qui quemdam hominem laicum, cuius nomen et cognomen hic ad confectionem litterarum habere dignemini pro sufficienter expressis, interfecit ac pluries, publice et notorie uxorem dicti laici carnaliter cognovit, excommunicationis sententiam et alias penas de iure inflictas incurrendo, quare inter alia ad dictam parrochialem ecclesiam, quam possidet, ymmo etiam ad quodcumque beneficium ecclesiasticum se reddidit (1) inhabilem et indignum, et illa [fl. 262] venit merito privandus, supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Pelagii, vicarius domini archiepiscopi Ulixbonensis ac in Studio eiusdem civitatis hora prima in iure canonico cathedram tenens, quatinus sibi specialem gratiam facientes, alicui probo viro in Romana Curia vel in partibus committere et mandare dignemini ut de premissis summarie, simpliciter et de plano auctoritate apostolica se informet et si ita esse reppererit vel saltem que ad privationem eiusdem Johannis de Casal sufficient, eumdem Johannem a dicta parrochiali ecclesia privet et ammoveat ab eadem, necnon predictam parrochialem ecclesiam, cum per privationem et amotionem huiusmodi vacare contigerit, etiam si iam actu vel alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii dispositioni apostolice legitime devoluta aut alias generaliter vel specialiter reservata, affecta aut inter aliquos in Romana Curia vel extra eam litigiosa existat, cuius litis statum, etc., cuius quidem parrochialis ecclesie fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem

Johanni auctoritate predicta conferat et assignet ac provideat de eadem. Non obstañ quod idem Johannes habeat seu possideat unam portionem in ecclesia sancte Marie de Begia et aliam in ecclesia beate Marie de Monte Maiori Novo Elborensis diocesis necnon aliam portionem in ecclesia sancte Juste et aliam in ecclesia sancte Marine Ulixboñ diocesis necnon aliam portionem in ecclesia sancti Martini de Sintra Ulixbonensis diocesis, quarum omnium fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium similium extimatione predicta valorem annuum non excedunt. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Januarii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *reddit*, com sinal de erro.

1509

1429, Dezembro 23

João Afonso, cónego da igreja colegiada de S. Martinho de Cedofeita da diocese do Porto, pede a graça de suceder no direito que assistia ao falecido Rodrigo Afonso na igreja paroquial de S. Martinho de Salreu da diocese de Coimbra, à qual este fora apresentado pelo abade e cabido da colegiada supramencionada, embora não fosse confirmado pelo Ordinário e litigasse com Martinho Anes que ocupava a dita igreja.

Reg. Suppl. 248, fl. 124-124v.

Beatissime Pater, dudum vacante parrochiali ecclesia sancti Martini de Sarleu Colimbriensis diocesis, per obitum quondam Stephani Alfonsi, ipsius parrochialis ecclesie ultimi possessoris, cuiusque parrochialis ecclesie, dum vacat, presentatio capitulo, canonicis et abbati secularis et collegiate ecclesie sancti Martini de Cedofeita Portugalensis diocesis immediate de iure et approbata consuetudine et nulli alteri pertinet, S. V. devoto vestro Roderico Alfonsi, presbytero, perpetuo beneficiato in ecclesia maiori Portugalensi, tunc per prefatum abbatem, capitulum et canonicos dicte secularis et collegiate ecclesie canonice presentato, licet per Ordinarium huiusmodi parrochialis ecclesie minime admisso nec confirmato, vigore cuiusdam gratie apostolice de si neutri, sub certis modo et forma prefato Roderico facte, mandatum de providendo concessit, prout in litteris apostolicis desuper (1) confectis, quarum tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expresso, plenius continetur. Cum autem, Pater Beatissime, quidam Martinus Johannis, assertus clericus Bracharensis diocesis, falso asserens huiusmodi dictam parrochialem ecclesiam ad se vigore cuiusdam nulliter sibi facte collationis ordinarie spectare, in dicte parrochialis ecclesie possessione de facto, prout est de presenti intrusus, se intruserit illamque detinuerit et etiam detinet indebite occupatam, nichilominus tamen prefatus Rodericus coram predicto iudice in huiusmodi gratia si neutri concesso et specificato dictum Martinum traxit in causam, coram quo inter prefatum Rodericum et Martinum ad nonnullos actus, citra tamen huiusmodi cause conclusionem, extitit processum et deinde lite super

huiusmodi causa coram prefato iudice ut premittitur indecisa, predictus Rodericus in partibus diem vite sue clausit extremum. Et ne, Pater Beatissime, beneficia ecclesiastica iniuste per quosvis et indebite detineri contingat, supplicat igitur eidem S. V. devotus vester Johannes Alfonsi, canonicus secularis et collegiate sancti Martini de Cedofecta ecclesie predicte diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes et huiusmodi cause statum, etc., etiam si coram dicto iudice in causa huiusmodi conclusum et sententia lata fuerit, habentes pro [fl. 124v] sufficienter expresso, eumdem Johannem Alfonsi predictum in omni iure presentationis (2) ac gratie si neutri ad omne ius quod quondam Roderico Alfonsi in ipsa parrochiali ecclesia ante tempus et tempore dicti sui obitus premissorum occasione aut alias quomodolibet competebat et competere poterat, surrogare et ad ius huiusmodi presentationis (3) et gratie si neutri admittere sibique de huiusmodi parrochiali ecclesia sancti Martini, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ut premittitur, aut alias quovis modo, etiam si per obitum dicti quondam Stephani Alfonsi vel ex alterius cuiuscumque persona, sive per constitutionem *Execrabilis* aut c. *De multa* vel liberam resignationem hic in Romana Curia sive extra eam, coram notario publico et testibus sponte factam vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii (4) ad sedem apostolicam legitime devoluta seu affecta aut alias generaliter vel specialiter reservata, etiam si alias litigiosa, cuius litis statum, etc., similiter existat, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstantibus dictis (5) canonicatu (6) et prebenda ecclesie collegiate sancti Martini predicte, quorum quinque, ac iure quod habere pretendit in parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Viana Tudensis diocesis, quam non possidet, cuius etiam fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium similium valorem annuum non excedunt, et gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Et cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Januarii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *de et super*, com sinal de erro.
(2) No ms. *putationis*, com sinal de erro.
(3) No ms. *putationis*, com sinal de erro.
(4) No ms. *consilii.*
(5) No ms. *dictos*, com sinal de erro.
(6) No ms. *canonicatum*, com sinal de erro.

1510

1429, Dezembro 23

João Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, pede a igreja paroquial de S. Pedro de Avelãs da diocese de Coimbra, vacante porque João Álvares ocupara a dita igreja durante mais de um ano, sem se ordenar de sacerdote.

Reg. Suppl. 257, fl. 30v-31.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Gundissalvi, clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Petri de Avellanis, que de iure patronatus laicorum existit Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., centum et quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ex eo vacante quod quidam Johannes Alvari dictam ecclesiam per annum et ultra possidens, se non fecit, impedimento legitimo cessante et nulla super hoc canonica dispensatione obtenta, ad sacerdotium promoveri, sive ut premittitur, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona aut per assecutionem alterius beneficii incompatibilis, auctoritate qualibet sibi collati, vacet, etiam si devoluta, litigiosa, cuius litis statum, etc., aut reservata specialiter vel generaliter existat, eidem Johanni misericorditer providere dignemini aut provideri mandare. Non obstante gratia expectativa, in cancellaria declaranda, et aliis non [fl. 31] obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Januarii, anno tertiodecimo.

1511

1429, Dezembro 29

Vasco Rodrigues, clérigo de Lisboa e doutor em leis, a quem o papa concedera o arcediagado de Barroso na igreja de Braga, vacante pela resignação de Lopo Vaz da Cunha, com o canonicato e prebenda de Lisboa, pede a confirmação daquela resignação por o dito Lopo Vaz da Cunha ter morrido antes da confecção das letras apostólicas no lugar de Supino da diocese de Ferentino, em cuja cidade residia então o papa.

Reg. Suppl. 254, fl. 94v-95. Referenciada por EDUARDO NUNES, *Parecer do Doutor «Velasco di Portogallo» sobre o beneplácito régio (Florença, 1454)*, Lisboa, 1968, p. 102, nota 27.

Beatissime Pater. Pridem S. V. devoto vestro Valasco Roderici, clerico Ulixbonensi, legum doctori, de archidiaconatu de Baroso, qui dignitas curata, non tamen maior, post pontificalem in ecclesia Bracharensi existit et ad quem etiam consuevit quis per electionem assumi, per liberam resignationem quondam Luppi Valasci de Cunha, tunc in humanis agentis, in manibus eiusdem S. sponte factam et per S. eamdem admissam vacante, cum canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, de quibus eidem V[alasco] concessum fuit auctoritate apostolica provideri, gratiose providit. [fl. 95] Verum, Pater Sancte, quia idem Lupus ante confectionem litterarum apostolicarum super provisione huiusmodi factam eadem S. in civitate Ferentina et Romana Curia suspensa existente in loco de Supino Ferentine diocesis ab eadem civitate per unam dietam non distante decessit, prefatus V[alascus], ne sibi propterea in futurum adversitas insurgeret, supplicat eidem S. quatinus resignationem predictam iam factam ut prefertur ex habundanti cautela de novo ratam (1) et gratam (2) habentes, et de novo admittentes, provisionem huiusmodi et quecumque inde secuta ratificare et approbare et innovare dignemini sibique de dicto archidiaconatu providere illumque conferre, eis modis vacationum et reservationum in

primis supplicationibus contentis ac litteris nondum super hiis confectis expressius designandis ac perinde valere decernere et declarare ac si littere huiusmodi prefato Luppo vivente ac integro confecte et omnia predicta facta forent. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis omnibus et singulis, que in eisdem supplicationibus V. S. voluit non obstare, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Kalendas Januarii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *ratum*, com sinal de erro.
(2) No ms. *gratum*, com sinal de erro.

1512

1430, Janeiro 2

João Fernandes, porcionário da igreja de S. Vítor da diocese de Braga, pede a perpétua capela com cura de almas de S. Tiago na igreja de Braga, vacante por morte de Gonçalo Afonso.

Reg. Suppl. 248, fl. 287.

Supplicat S. V. humilis et devotus orator vester Johannes Fernandi, portionarius ecclesie sancti Victoris Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua capella curata sancti Jacobi Nitus in ecclesia Bracharensi, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Gonsalvi Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, sive actu premisso, seu alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel constitutionem *Execrabilis* vel per liberam resignationem de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si devoluta, aut alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata, affecta seu litigiosa, cuius litis statum, etc., existat, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta portione sancti Victoris, cuius fructus, etc., decem librarum Turonensium parvorum secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Januarii, anno tertiodecimo.

1513-1515

1430, Janeiro 4

Martinho Arias, cónego de Braga, pede o arcediagado de Barroso na igreja bracarense, ao qual renunciava Vasco Rodrigues, doutor em leis, antes da confecção das letras apostólicas, tendo-o possuído antes dele Lopo Vaz da Cunha, morto em Supino da diocese de Ferentino, a

pouca distância da cidade de Anagni, onde estava a Cúria Romana. O supradito Vasco Rodrigues pede uma pensão anual sobre o dito arcediagado. Martinho Lopes, clérigo da diocese de Compostela, solicita a igreja paroquial de Rebordões, a vagar pela consecução do arcediagado da parte do dito Martinho Arias.

Reg. Suppl. 251, fl. 162v-163v. Referenciadas por EDUARDO NUNES, *Parecer do Doutor «Velasco di Portogallo» sobre o beneplácito régio (Florença, 1454)*, Lisboa 1968, p. 102, nota 28.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto vestro Valasco Roderici, legum doctori, de archidiaconatu de Baroso in ecclesia Bracharensi, qui dignitas inibi curata et electiva, non tamen maior post pontificalem existit, tunc certo modo vacante, gratiose concessit provideri, prout in petitione desuper confecta plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, idem Valascus, concessionis gratie huiusmodi litteris apostolicis super ea non confectis [archidiaconatui] (1), ac omni iuri sibi in eodem archidiaconatu vel ad illum quomodolibet competenti seu ex nunc in manibus S. V. cedat, supplicat S. V. devotus vester Martinus Arie, canonicus dicte ecclesie, quatinus cessionem huiusmodi admittentes seu admitti mandantes, sibi de dicto archidiaconatu, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per cessionem huiusmodi vel per obitum quondam Lupi Velasci in Castro Supini Ferentinatensis diocesis, Romana Curia Anagnie existente, defuncti, seu alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per liberam resignationem dicti Lupi vel alterius de illo [fl. 163], in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si alias generaliter vel specialiter reservatus, devolutus aut litigiosus existat, litis statum, etc., habentes pro expresso, eidem M[artino] dignemini misericorditer providere. Non obstantibus canonicatu et prebenda dicte ecclesie, quorum fructus, etc., viginti, necnon sancti Jacobi de Burgons et eiusdem sancti de Rebordaans Bracharensis diocesis parrochialibus ecclesiis, quarum etiam fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, quos obtinet, ac dispensatione ad incompatibilia, in cancellaria declaranda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. Paratus est enim dictus Martinus parrochialem ecclesiam de Rebordaans prefatam dimittere quam primum, etc. — *Fiat.*

1514. Item, Beatissime Pater, cum parrochialis ecclesia de Rebordaans prefata per assecutionem pacificam dicti archidiaconatus per eumdem Martinum ut premittitur fiendam vacare speretur, supplicat S. V. devotus vester Martinus Lupi, clericus Compostellane diocesis, quatinus parrochialem ecclesiam de Rebordaans huiusmodi, cum illam ut premittitur seu alias quovis modo vacare contigerit, conferendam eidem, reservare sibique de illa, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum extimatione predicta valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, seu alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem alicuius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta aut litigiosa existat, litis statum, etc., habentes pro expresso, providere dignemini. Non obstañ gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria declaranda, et cum clausulis oportunis. — *Fiat.*

1515. Item, Beatissime Pater, ne supradictus Valascus Roderici ex sua cessione huiusmodi nimium dispendium patiatur, supplicat eidem S. dictus Valascus quatinus sibi super fructibus, etc., supradicti archidiaconatus pensionem annuam [fl. 163v] triginta ducatorum auri per dictum Martinum Arie eiusque in eodem archidiaconatu successores eidem Valasco quoad vixerit aut procuratori suo legitimo annis singulis sub penis et censuris ac in terminis et locis in cancellaria apostolica dari consuetis persolvendam reservare et assignare dignemini de gratia [speciali]. Cum non obstañ et clausulis oportunis. —

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Januarii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *archidiaconatui*.

1516

1430, Janeiro 4

Tendo o papa encarregado o bispo de Silves de dispensar Dona Beatriz de Meneses, senhora da diocese de Coimbra, do impedimento de afinidade e consanguinidade para se casar com quem quisesse, ela casara-se com Arias Gomes, antes da execução das letras apostólicas, consumando talvez o matrimónio, pensando ser-lhe isso lícito. Chegando-lhes ao conhecimento que as sobreditas letras necessitavam de execução, pedem a absolvição da excomunhão, em que duvidavam ter incorrido, e a dispensa para continuarem no dito matrimónio, com a legitimação da prole.

Reg. Suppl. 254, fl. 97. Cf. sobre o assunto a correspondência de João Rodrigues, procurador do rei de Portugal na Cúria, com o abade de Florença D. Gomes em *Monumenta Portugaliae Vaticana*, I, Roma-Porto, 1968, *Introdução*, pp. XXII-XXIII, LX-LXII.

Beatissime Pater, postquam S. V. reverendo patri episcopo Silvensi (1) ex certis causis tunc expressis cum devota nobili muliere Beatrice de Meneses, domicella Colimbriensis diocesis, ut infra annum cum quocumque mallet viro, sub tertio vel quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu coniuncto, matrimonium libere contrahere et in eo postquam contractum foret, licite remanere valeret dispensandi per suas litteras facultatem concesserat, prefata Beatrix credens id ex eo presertim cum tunc ecclesia Silvensis pastore careret, sibi licere, litteris ipsis executioni nondum demandatis, cum devoto vestro Aria Gometii, domicello dicte diocesis, ipsi Beatrici tertio consanguinitatis gradu coniuncto, matrimonium per verba legitime de presenti contraxit, carnali forsan copula subsecuta. Cum autem, Pater Sancte, Arias et Beatrix prefati postmodum quod dicte littere ante contractum huiusmodi executioni omnino fuerant demandande certiores effecti, propter premissa non modicis suarum conscientiarum scrupulis sint promoti seque dubitent in huiusmodi matrimonio licite posse remanere, supplicant S. V. Arias et Beatrix prefati quatinus, absolutione ab excommunicationis sententia, quam propterea incurrisse noscuntur, previa, huiusmodi matrimonium, dummodo illud canonicum non obsistat,

ratum et validum necnon prolem ex illo pro tempore susceptam (2) legitimam (3) existere in eoque ipsos licite remanere posse perinde in omnibus et per omnia ac si ante contractum matrimonii huiusmodi littere predicte executioni demandate fuissent, decernere dignemini de gratia speciali, impedimento quod ex consanguineitate huiusmodi provenit et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, de novo. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Januarii, anno tertiodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1360 e nota 1 do n.º 1369.
(2) No ms. *susceptum*, com sinal de erro.
(3) No ms. *legitime*, com sinal de erro.

1517

1430, Janeiro 9

Rodrigo Anes, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Alenquer da diocese de Lisboa, que obtivera depois da dispensa de ilegitimidade, pede a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 251, fl. 182v-183.

Supplicatur S. V. pro parte devoti vestri Roderici Johannis, rectoris parrochialis ecclesie sancti Petri de Alenquer Ulixbonensis diocesis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patiebatur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam habeat animarum, licite valeret retinere, secum per sedem apostolicam fuit legitime, prout in dicta littera dispensationis latius continetur, dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes ordines se fecit promoveri et quam parrochialem ecclesiam sancti Petri de Allenquer dicte diocesis Ulixbonensis extitit pacifice assecutus, cuius octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum fructus non excedunt, quatinus sibi ampliorem gratiam facientes, ut una cum dicto beneficio obtento, quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, se invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia similiter cum cura vel sine cura in metropolitanis vel aliis cathedralibus post pontificales maiores aut in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales forent, et ad dignitates, personatus vel officia huiusmodi consuevissent qui per electionem assumi, si sibi alias canonice conferantur, ac illa simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placeat, dimittere et loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia, simile vel dissimile [fl. 183] aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, recipere et retinere valeat, cum eodem Roderico dignemini misericorditer dispensare, de gratia speciali. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Januarii, anno tertiodecimo.

1518

1430, Janeiro 10

O nobre Martinho Pereira, acólito de Lisboa, tendo sido ferido no olho esquerdo por outro nobre durante o jogo em Montemor-o-Novo, de cuja vista veio a ser privado, pede dispensa para ascender às Ordens sacras.

Reg. Suppl. 251, fl. 194.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devoti vestri Martini Pereyra, acoliti Ulixbonensis, de nobili genere procreati, quod cum ipse olim, eo in dicto acolitatus ordine existente, in quodam opido Montis Maioris Novi dicte diocesis, ubi quamplures alii nobiles pro solatio (1) et causa ludendi cum arundinibus convenerunt, interesset, unus ex ipsis colludentibus cum quadam arundine ipsum exponentem ad oculum suum sinistrum percussit, mediante qua percussione, ipse exponens visu (2) ipsius oculi privatus existit. Cum autem, Pater Sancte, carentia visus huiusmodi non faciat difformitatem magnam neque scandalum generet in populo, ipse quoque ex sincere devotionis fervore desideret Altissimo in sacris ordinibus famulari, supplicatur S. V. humiliter pro parte eiusdem exponentis quatinus, defectu huiusmodi non obstante, ad omnes sacros ordines promoveri et in ipsis ministrare ac beneficium ecclesiasticum, etiam si curam habeat animarum, obtinere libere valeat dignemini misericorditer dispensare cum eodem de gratia speciali et cum clausulis oportunis. — *Exhibeat se cardinalibus Senensi et Placentino.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Januarii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *salatio.*
(2) No ms. *visum*, com sinal de erro.

1519

1430, Janeiro 11

Martinho Anes e Sugério Anes pedem nova prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a abadia do mosteiro de Santo Tirso da diocese do Porto e sobre a abadia do mosteiro de S. Martinho de Tibães da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 251, fl. 255.

Beatissime Pater, nuper S. V. tempus de expediendis litteris super provisionibus monasteriorum sancti Martini de Tibaes (1) Bracharensis diocesis ordinis sancti Benedicti et sancti Tirsi (2), eiusdem ordinis Portugalensis diocesis, devotis S. V. oratoribus Martino Johannis et Sugerio Johannis per S. V. alias gratiose factis, ad mensem dumtaxat, licet sex similes menses forent petiti, prorogavit, prout in supplicatione, per S. V. sub data

quarto Nonas Decembris, pontificatus S. V. tertiodecimo, desuper signata, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, dictum tempus prorogationis unius mensis ipsis provisis in modico suffragetur, infra quod etiam littere provisionis huiusmodi minime expediri possunt ipsique etiam provisi propter guerras que sunt in mari inter serenissimos principes et reges Castelle et Aragonie ac discrimina viarum pecunias pro litterarum expeditione non miserunt et ne, propter defectus et obstacula huiusmodi, ipsis detrimentum pati contingat, supplicant S. V. prefati provisi quatinus tempus huiusmodi a fine dicti mensis computandum usque ad quinque menses immediate sequentes prorogare dignemini misericorditer de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

... ...

[fl. 256v]

... ...

Fiat pro omnibus septem ad duos menses. O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Januarii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *Cibaes.*

(2) No ms. *Cirsi.*

1520

1430, Janeiro 13

Gonçalo Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, ao qual fora concedida a faculdade de reter com a igreja paroquial de Santa Maria de Rosem da diocese do Porto outro benefício eclesiástico, renunciou ao direito àquela igreja e obteve do papa a igreja paroquial de Santo André de Telões da diocese de Braga, pedindo agora a expedição das letras apostólicas com menção desta igreja.

Reg. Suppl. 248, fl. 208v-209.

Beatissime Pater, alias S. V. cum devoto vestro Gundissalvo Gundissalvi, clerico Bracharensis diocesis, ut una cum parrochiali ecclesia sancte Marie de Rosem Portugalensis diocesis unum aliud beneficium ecclesiasticum curatum, etiam si alia parrochialis ecclesia foret, retinere valeret dispensari concessit, prout in supplicatione [fl. 209] desuper signata plenius continetur. Cum autem predictus Gundisalvus iuri sibi competenti in dicta parrochiali ecclesia sponte cesserit ac S. V. eidem G[undissalvo] de parrochiali ecclesia sancti Andree de Tollões dicte Bracharensis diocesis postmodum concesserit provideri, dignetur S. V. eidem concedere quod littere super dicta supplicatione et dispensatione cum expressione dicte ecclesie sancte Andree, cuius fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt et cum dispensatione quod eamdem cum quocumque alio beneficio ecclesiastico curato, etiam si alia parrochialis ecclesia fuerit, si sibi canonice et vigore cuiusdam gratie expectative, per S. V. sibi facte, conferatur, recipere et per quinquennium retinere

possit et valeat expedia[n]tur (1), voluntate et decreto in litteris super concessione de dicta parrochiali ecclesia sancti Andree apponendis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Januarii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *expediatur*, com sinal de erro.

1521

1430, Janeiro 16

O sacerdote Luís Anes, cónego regrante do mosteiro de Santa Cruz de Coimbra, que viera a Roma tratar de seus negócios sem licença do prior, que o tinha mandado encarcerar, pede a absolvição da excomunhão que lhe infligira o prior.

Reg. Suppl. 251, fl. 283v.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devoti oratoris vestri Ludovici Johannis, presbyteri, canonici professi monasterii sancte Crucis extra muros Colimbrieñ ordinis sancti Augustini, quod cum prior dicti monasterii eum in carceribus mancipari mandasset dictusque Ludovicus pre timore huiusmodi carcerum illicentiatus de dicto monasterio reces[s]it (1) et ad Romanam Curiam pro nonnullis suis negotiis promovendis seu expediendis ac animam suam concernentibus se contulit, ubi de presenti trahit moram, cum autem, Pater Sancte, idem Ludovicus timeat, eo quod vinculis excommunicationis per prefatum priorem ligatus existat, propter premissa hic vel alibi dum a[d] dictum monasterium redierit, forte ad articulum mortis advenire, dignetur S. V. beneficium absolutionis sibi concedere de vestra gratia speciali. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat de absolutione. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Februarii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *recesit*, com sinal de erro.

1522

1430, Janeiro 27

Pedro Martins, sacerdote da diocese de Braga, o qual interviera, juntamente com os oficiais da justiça, na perseguição e morte de Pedro Vasques, leigo, que o roubara e ferira, com certos cúmplices, renova o pedido da absolvição da irregularidade e de reintegração no exercício das Ordens, com a faculdade de receber benefícios, por o papa lhe ter concedido só o benefício da absolvição.

Reg. Suppl. 251, fl. 271v-272.

Beatissime Pater, alias S. V. pro parte devoti vestri Petri Martini, presbyteri Bracharensis diocesis, exposito quod, cum olim ipse cum officialibus secularis Curie quemdam Petrum Valasci, laicum, et quosdam alios suos complices, qui eum more predonico suis bonis et rebus spoliaverant et in facie enormiter vulneraverant, insequeretur ipseque laicus et complices, armis assumptis, adhuc et cum officialibus et presbytero predictis bellare conerentur, idem presbyter pro sua defensione gladio, quem secum deferebat, evaginato, ipsum laicum in capite vulneravit, quem postmodum officiales ipsi seu eorum familiares taliter percusserunt et leserunt quod infra paucos dies expiravit, eadem S. prefato presbytero absolutionis beneficium a premissis dumtaxat impendi concessit. Cum autem, Pater Sancte, idem presbyter de premissis, que casualiter evenerunt, ab intimis doleat sitque pauper et propterea nisi beneficia ecclesiastica obtinere et in ordinibus susceptis, a quorum executione iam diu abstinuit, ministrare posset, in dignitatis presbyteralis vilipendium mendicare cogeretur, supplicat S. V. dictus Petrus presbyter quatinus omnem irregularitatis et inhabilitatis maculam, per eum premissorum occasione contractam abolentes, secum ut in susceptis ordinibus ministrare ac quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura recipere et retinere valeat, dispensare dignemini de gratia speciali. Cum clausulis et non obstañ necessariis et oportunis. — *Fiat de absolutione. O.*

Datum Rome, apud [fl. 272] Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Februarii, anno tertiodecimo.

1523

1430, Fevereiro 1

O sacerdote João Álvares pede a confirmação apostólica da vigararia perpétua da igreja paroquial de Santa Maria de Torres Vedras que trocara pela íntegra porção da igreja paroquial de S. Pedro de Torres Vedras com Luís Vasques.

Reg. Suppl. 250, fl. 161.

Beatissime Pater, dudum devoti vestri Johannes Alvari, presbyter, quamdam (1) integram portionem quam in sancti Petri et Ludovicus Valasci quamdam (2) vicariam perpetuam quam in sancte Marie de Castro de Turribus Veteribus parrochialibus ecclesiis Ulixbonensis diocesis obtinebant, ex causa permutationis in manibus officialis Ulixbonensis libere resignaverunt ipseque officialis, resignationibus huiusmodi per eum admissis, Johanni de vicaria et Ludovico prefatis de portione huiusmodi auctoritate ordinaria providit, quarum quidem collationis et provisionis vigore, Johannes vicarie et Ludovicus predicti portionis predictarum possessionem fuerunt pacifice assecuti. Cum autem, Pater Sancte, ab aliquibus asseritur collationem et provisionem ac possessionis assecutionem de dicta vicaria eidem Johanni et per eum ut premittitur factas ex certis causis viribus non subsistere, supplicat igitur S. V. prefatus Johannes quatinus resignationes (3) huiusmodi ac collationem et provisionem eidem Johanni per dictum officialem ac possessionis assecutionem, per ipsum Johannem ut premittitur factas, et quecumque inde secuta ratas et

gratas habentes, confirmare ac eidem Johanni de dicta vicaria, cui cura imminet animarum et que de iure patronatus laicorum existit et eius collatio est ad sedem apostolicam legitime devoluta cuiusque fructus quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive ex eo quod prefatus Ludovicus eamdem vicariam per annum et amplius pacifice possidens, impedimento cessante legitimo ac dispensatione apostolica super hoc non obtenta, se non fecit ad sacerdotium promoveri, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* et *Ad regimen* aut per liberam resignationem alicuius alterius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si vicaria ipsa dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservata vel devoluta existat et super ea inter aliquos in Romana Curia vel extra eam lis, cuius statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, eidem Johanni de novo dignemini misericorditer providere, quadam portione, quam in ecclesia parrochiali sancti Andree Ulixboneñ obtinet, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium similium secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, et quartanaria in cathedrali sive metropolitana ecclesia eiusdem civitatis, quam obtinet, cuius fructus similiter viginti librarum Turonensium parvorum, etc., non obstañ ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria S. V. exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Februarii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *quadam*, com sinal de erro.
(2) No ms. *quadam*, com sinal de erro.
(3) No ms. *resinationes*, com sinal de erro.

1524

1430, Fevereiro 1

Gomes Lourenço, porcionário na igreja de Santa Maria do Foro de Montemor-o-Novo da diocese de Évora, pede um benefício com cura e outro sem cura de almas, da colação do bispo e cabido de Évora.

Reg. Suppl. 265, fl. 83-83v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Gometius Laurentii, portionarius in sancta Maria de Foro Castri Montis Maioris Novi diocesis Elborensis, clericus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de uno cum cura et reliquo sine cura beneficiis ecclesiasticis vacantibus vel vacaturis, spectantibus communiter vel divisim ad collationem, etc., episcopi et capituli necnon decani, archidiaconi, cantoris, canonicorum singularumque personarum ecclesie predicte Elborensis, necnon omnium collatorum et collatricum civitatis et

diocesis predicte ecclesie Elborensis (1), etiam si aliquod ipsorum duorum beneficiorum canonicatus et prebenda vel media prebenda aut quartanaria vel tertenaria aut bachalaria in ecclesia predicta fuerit et vacare contigerit, etiam si in ecclesia collegiata fuerit, eidem Gometio dignemini misericorditer providere, portione quam obtinet in predicta ecclesia sancte Marie predicte, cuius fructus, etc., quatuor librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, de cuius fructibus, etc., sustentari non valet, [fl. 83v] constitutionibus apostolicis, regulis cancellarie et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Februarii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. sinal de erro.

1525

1430, Fevereiro 13

Pedro Afonso renova súplica sobre qualquer benefício incompatível, por se ter mencionado nela a possessão da chantria de Santa Maria de Guimarães em vez da igreja paroquial de S. Salvador de Rossas da diocese de Braga, de que se não fizera menção no pedido.

Reg. Suppl. 253, fl. 189.

Beatissime Pater, S. V. cum devoto vestro Petro Alfonsi, tunc ut asserebatur, cantoriam que dignitas, non tamen principalis, est ecclesie beate Marie de Vimarana obtinenti, ut una cum illa quodcumque aliud cum ea (1) incompatibile beneficium, etiam si parrochialis ecclesia, dignitas etiam maior seu principalis, personatus vel officium curatum et electivum in metropolitana alia cathedrali vel collegiata ecclesia foret, per decennium cum licentia permutandi, etc., retinere valeret, per suas litteras dispensavit, prout in illis plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, idem Petrus non cantoriam predictam, sed parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Rossas Bracharensis diocesis, de qua in litteris eisdem mentio non fit, inter alia obtineat, unde dicte dispensationis timet effectu frustrari, dignetur igitur S. V. litteras predictas cum omissione cantorie prefate et eius valoris necnon ipsius loco dicte parrochialis ecclesie, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, expressione et alias prout congruit, etiam sub data currenti reformari et corrigi mandare de gratia speciali. Cum omnibus in eisdem litteris contentis et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Februarii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *eo.*

1526

1430, Fevereiro 13

João Álvares, clérigo do Porto, em litígio com Vicente Peres, clérigo de Lisboa, sobre a igreja paroquial de S. Martinho de Rio de Moinhos, pede nova provisão desta igreja que era do direito de padroado de leigos e se dizia ainda estar vacante por morte de Gonçalo Afonso ou pela renúncia de Vasco Afonso, prior do mosteiro de S. Salvador de Freixo da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 254, fl. 51-51v.

Beatissime Pater, vacante dudum beneficio seu ecclesia parrochiali sancti Martini de Rio de Moynos Portugalensis diocesis in Curia Romana et hoc per mortem Gundissalvi Alfonsi, in predicta Curia defuncti, quidam Velascus Alfonsi, nunc prior sancti Salvatoris de Freixo diocesis Bracharensis ordinis sancti Augustini, predictam ecclesiam auctoritate apostolica sibi obtinuit concedi in commendam (1) usque ad certum tempus, ut in littera desuper confecta latius continetur, qui quidem Velascus Alfonsi ante tempus predicte commende fructum predicte ecclesie seu commende in manibus eiusdem S. per suum certum procuratorem renuntiavit et devoto eiusdem S. Johanni Alvari, clerico Portugalensi, de predicta ecclesia per eamdem S. fuit provisum, vigore cuius provisionis possessionem fuit adeptus. Beatissime Pater, cum dicta ecclesia ad presentationem laycorum asseratur pertinere et tam per mortem dicti Gundissalvi Alfonsi quam per resignationem dicti Velasci Alfonsi in manibus eiusdem S. ut prefertur, factam, a nonnullis adhuc dicatur vacare et reservatam apud sedem apostolicam et predictus Johannes Alvari in suis provisionibus de hiis ad plenum non fecerit mentionem, supplicat eidem S. predictus Johannes Alvari quatinus de predicta ecclesia seu beneficio curato, super quo controversia seu lis in partibus dicitur esse inter predictum Johannem et quemdam Vincentium Petri, assertum clericum Ulixbonensem, cuius litis statum hic habere dignemini pro expresso, et cuius fructus, redditus et proventus quinquaginta florenorum auri de camera valorem annuum communiter non excedunt, sibi dignemini misericorditer providere de novo, etiam si ad laycos patronos pertinere noscatur et inter aliquos in partibus vel alibi lis, cuius statum habere dignemini pro expresso, pendeat indecisa, attento quod predictus Johannes in cancellaria eiusdem S. est paratus docere de consensu patronorum, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem felicis recordationis Johannis pape vicesimi secundi que incipit *Execrabilis* aut per liberam resignationem cuiuscumque persone et in manibus cuiuscumque, etiam coram notario et testibus sponte factam, vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta seu dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata, affecta existit, etiam si per mortem predicti Gundissalvi seu per resignationem [fl. 51v] dicti Velasci quomodocumque vacet, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Februarii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *commenda*, com sinal de erro.

1527

1430, Fevereiro 22

Luís Garcia, clérigo de Lisboa e familiar do cardeal do Conde, legado pontifício na região da Romanha, estando ocupado nos serviços do cardeal, pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre as porções de Santa Marinha de Lisboa e de Santa Maria de Alcáçovas.

Reg. Suppl. 250, fl. 112v-113.

Prorogatio pro Ludovico Garsye, clerico Ulixbonensi, super duabus portionibus, una in beate M.e Ulixboneñ et alia in beate Marie de Alcarnat Novi ecclesiis (1).

Beatissime Pater, quia devotus S. eiusdem Ludovicus, in suprascripta copia nominatus, supradicti nominati domini cardinalis de Comite (2), ad presens in partibus Romandiole legati, familiaris, cum ipso ad eius servitia residens, oportunas litteras super supradicta supplicatione expedire infra legitimum tempus, prout secundum regulas cancellarie vestre debuit, non potuit, dignetur S. V. terminum expediendi eas ad alios duos menses misericorditer prorogare. Non obstantibus regulis cancellarie ceterisque contrariis quibuscumque. — *Concessum ad duos menses, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Martii, anno tertiodecimo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.
(2) Cf. nota 1 do n.º 1438.

1528

1430, Março 4

O sacerdote Pedro Gonçalves, cónego de Lisboa, a quem o papa concedera a chantria de Lisboa, renova o pedido da faculdade de reter a chantria com a igreja paroquial de Santa Maria de Óbidos por a assinatura do papa não abranger tal dispensa.

Reg. Suppl. 254, fl. 84v-85.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto oratori vestro Petro Gundissalvi, presbytero, canonico ecclesie Ulixbonensis, de cantoria ipsius ecclesie, que officium vel dignitas, non tamen maior, post pontificalem inibi existit, tunc certo modo vacante, gratiose provideri concessit, prout in supplicatione, cuius tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expresso, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, prefatus Petrus in eadem sup-

plicatione secum ut ipse una cum cantoria huiusmodi parrochialem ecclesiam sancte Marie de Obedis Ulixbonensis diocesis, quam obtinet, quoad viveret retinere libere [fl. 85] et licite valeret dispensari petivisset, quod per signaturam eiusdem S. venire non videtur, supplicat eapropter eidem S. V. predictus Petrus quatinus litteras apostolicas super huiusmodi supplicatione conficiendas una cum dispensatione ut ipse dictam parrochialem ecclesiam de Obedis una cum cantoria predicta quoad vixerit retinere, cum potestate permutandi, etc., libere et licite valeat per cancellariam apostolicam et ubique expediri mandare dignemini. Cum non obstañ in dicta supplicatione contentis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Martii, anno tertiodecimo.

1529

1430, Março 11

Estêvão Martins, sacerdote da diocese de Braga, solicita o mosteiro de S. Salvador de Travanca da Ordem de S. Bento e diocese de Braga, a que Gonçalo Peres, abade do dito mosteiro, se propunha renunciar.

Reg. Suppl. 254, fl. 175v-176.

Beatissime Pater. Cum devotus vester orator Gunsalvus Petri, abbas monasterii sancti Salvatoris de Travanca ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis regimini et administrationi dicti monasterii, cui preesse dinoscitur, ex certis rationabilibus causis sponte et libere cedere et resignare proponat et ex nunc in manibus S. V. cedit et resignat, necnon devotus [fl. 176] vester Stephanus Martini, presbyter dicte diocesis, cupiat una cum conventu dicti monasterii sub regulari habitu virtutum Domino famulari, supplicatur igitur eidem S. pro parte dicti Gunsalvi quatinus resignationem huiusmodi admittentes ac prefatum Stephanum in dicto monasterio in monachum recipi et in fratrem ut moris est mandantes, de persona sua postquam in eodem monasterio in monachum receptus fuerit, ut prefertur, ac professionem per monachos eiusdem monasterii emitti consuetam emiserit, de dicto monasterio, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive adhuc per obitum quondam Alfonsi Petri, olim dicti monasterii abbatis, extra Romanam Curiam defuncti, aut resignationem de ipso monasterio in manibus V. S. per eumdem quondam Alfonsum sponte forsan factam, etiam coram notario publico et testibus seu ex alterius cuiuscumque facto vel persona aut per constitutionem *Execrabilis* vacet et ex alia quavis causa eiusdem monasterii dispositio specialiter vel alias generaliter ad sedem apostolicam pertineat, providere dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ordinis et monasterii predictorum contrariis non obstantibus quibuscumque, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Martii, anno tertiodecimo.

1530

1430, Março 13

Afonso Anes, monge professo do mosteiro de Santo Tirso da diocese do Porto, pede a igreja paroquial de S. Lourenço de Azemes, actualmente de Ermesinde, pertencente aos monges do mosteiro de Santo Tirso e vacante pela resignação do monge Luís Domingues.

Reg. Suppl. 250, fl. 226v-227.

Beatissime Pater. Cum parrochialis ecclesia sancti Laurentii de Azemes Portugalensis diocesis, per monachos ordinis sancti Benedicti gubernari consueta, per liberam resignationem cuiusdam Ludovici Dominici, monachi expresse professi monasterii sancti Tirsi, ordinis et diocesis predictorum, ipsius ecclesie alias rectoris, de illa, quam tunc obtinebat, in manibus Ordinarii, symoniaca pactione interveniente, sponte factam, vacaverit et vacet ad presens, supplicat S. V. devotus orator vester Alfonsus Johannis, monachus expresse professus monasterii predicti, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., triginta ducatorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, sive ex eo quod quidam frater Fernandus, ipsius ecclesie detentor, maioris sententia excommunicationis innodatus, in spretum clavium sancte matris Ecclesie, missas et alia divina officia celebrare non erubuit, seu per constitutionem *Execrabilis* [fl. 227] vel aliam resignationem alicuius de illa in Romana Curia vel extra illam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacet, etiam si devoluta aut alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata, sive inter aliquos litigiosa, cuius litis statum, etc., existat, eidem Alfonso dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Martii, anno tertiodecimo.

1531

1430, Março 13

Pedro Lopes, prior do mosteiro de Santo Tirso de Riba de Ave, postulado abade pelos monges do mosteiro de S. Salvador da Torre da Ordem de S. Bento e diocese de Tui, vacante pela resignação de Frei Afonso, pede a confirmação da postulação.

Reg. Suppl. 254, fl. 115v-116.

Beatissime Pater, alias vacante monasterio sancti Salvatoris de Turre ordinis sancti Benedicti Tudensis diocesis per simplicem resignationem de ipso per devotum oratorem vestrum fratrem Alfonsum, ipsius monasterii tunc abbatem, in manibus Ordinarii extra

Romanam Curiam factam, devoti oratores vestri prior et conventus eiusdem monasterii devotum vestrum Petrum Lupi, tunc priorem monasterii sancti Tirsi de Ripa Avie, ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, in futurum pastorem unanimiter elegerunt seu potius postularunt, quam quidem postulationem per Ordinarium loci confirmari et approbari fecerunt et obtinuerunt, quorum vigore, dictus frater Petrus in dicti monasterii sancti Salvatoris in abbatem prefectus fuit et institutus; ut igitur ea maioris obtineat roboris firmitatem, supplicant S. V. abbas et conventus predicti monasterii sancti Salvatoris quatinus postulationis seu electionis confirmationem, approbationem et institutionem ut premittitur factas et inde secuta rata habentes et grata, ea omnia et singula ex certa scientia confirmare dignemini, supplentes [fl. 116] omnes et singulos defectus, si qui intervenerint in eisdem, et nichilominus de dicto monasterio sancti Salvatoris, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut *Ad regimen* vacet, etiam si devolutum (1) aut generaliter vel specialiter reservatum vel litigiosum sit, litis statum, etc., eidem fratri Petro de novo providere dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Martii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *devoluta.*

1532

1430, Março 16

Estêvão Martins, sacerdote da diocese de Braga, pede a provisão do mosteiro de S. Salvador de Travanca da Ordem de S. Bento e diocese de Braga, a que o abade Gonçalo Peres tencionava resignar.

Reg. Suppl. 254, fl. 223v-224.

Beatissime Pater. Cum devotus vester orator Gundisalvus Petri, abbas monasterii sancti Salvatoris de Travanca ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, regimini et administrationi dicti monasterii, cui preesse dinoscitur, ex certis rationabilibus causis sponte et libere cedere et resignare proponat et ex nunc in manibus S. V. cedit et resignat, necnon devotus vester Stephanus Martini, presbyter dicte diocesis, cupiat una cum conventu dicti monasterii sub regulari habitu virtutum Domino famulari, supplicatur igitur pro parte abbatis et conventus predictorum quatinus resignationem huiusmodi admittentes ac prefatum Stephanum in eodem monasterio in monachum recipi et in fratrem ut moris est mandantes, personam suam, postquam in eodem monasterio in monachum receptus fuerit, ut prefertur, ac professionem per monachos eiusdem monasterii emitti consuetam emiserit, de ipso monasterio, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive adhuc per obitum quondam Alfonsi Petri, olim dicti monasterii abbatis, extra Romanam

Curiam defuncti, aut [per] liberam resignationem de ipso monasterio in manibus eiusdem S. per eumdem Alfonsum, etiam coram nōtario publico et testibus sponte factam seu ex alterius cuiuscumque facto vel persona, seu per constitutionem *Execrabilis* vacet et ex alia quavis causa dicti monasterii dispositio specialiter vel alias generaliter ad sedem apostolicam pertineat, providere dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ordinis et monasterii predictorum contrariis non obstantibus quibuscumque, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis, attento, Pater Sancte, quod per promotionem dicti [fl. 224] Stephani speratur verisimiliter monasterium predictum a ruina, qua subiacet, necnon violentiis nonnullorum armigerorum et emulorum suorum sublevari et protegi, quibus abbas predictus obviare non potest. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Aprilis, anno tertiodecimo.

1533

1430, Março 21

D. João, cardeal de S. Pedro ad Vincula, *pede que Fernando Álvares de Cardoso, bacharel em artes e medicina, seu familiar e médico, possa reter vitaliciamente as igrejas paroquiais de Santa Maria de Silgueiros da diocese de Viseu, que permutara pela igreja paroquial de Tondela da mesma diocese, e de Santa Maria de Caria da diocese de Lamego, apesar da comenda do mosteiro de Santa Maria de Aguiar da Ordem de Cister e diocese de Lamego.*

Reg. Suppl. 254, fl. 230-230v.

Beatissime Pater. Alias S. V. cum devoto vestro Fernando Alvari, in artibus et medicina bacallario ac devote creature vestre Johannis tit. sancti Petri ad Vincula, presbyteri cardinalis (1), physico familiarique continuo commensali, ut una cum parrochiali ecclesia beate Marie de Tondella Visensis diocesis, quam etiam tunc obtinebat, aliud beneficium ecclesiasticum curatum seu alias incompatibile, etiam si parrochialis ecclesia foret, etc., per biennium et cum potestate permutandi retinere valeret gratiose dispensavit interimque dictus F[ernandus] beate Marie de Sirgueiros pro predicta ecclesia de Tondella ex causa permutationis necnon eiusdem beate Marie de Caria Visensis prefate et Lamecensis diocesis parrochiales ecclesias assecutus, illas ex tunc tenuit, prout tenet pacifice de presenti, et quia dicti biennii finis instare dinoscitur, ut ipse F[ernandus], qui etiam canonicatum et prebendam Viseñ, quorum ac dictarum de Sirgueiros ac de Caria ecclesiarum ducentarum et quinquaginta obtinet et cui eadem S. monasterium beate Marie de Aquilari Cisterciensis ordinis eiusdem Lamecensis diocesis, cuius septuaginta librarum Turonensium parvorum fructus, etc., secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, tunc certo modo vacans commendavit, ampliorem [fl. 230v] ab eadem S. gratiam reportet, supplicat eidem S. dictus cardinalis quatinus huiusmodi biennium prorogando, cum ipso F[ernando] ut de Sirgueyros et de Caria ecclesias prefatas insimul quoad vixerit retinere necnon eas et quevis alia per ipsum imposterum

assequenda incompatibilia beneficia simul vel successive, simpliciter aut ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, duo invicem incompatibilia, etiam si dignitates et maiores vel principales, personatus, administrationes vel officia etiam curata et electiva in cathedralibus et metropolitanis vel collegiatis ecclesiis fuerint, recipere et similiter insimul quoad vixerit retinere valeat dispensare dignemini. Non obstantibus premissis ac constitutionibus apostolicis necnon gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Aprilis, anno tertiodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1196.

1534

1430, Março 21

João Rodrigues, abade da colegiada de S. Martinho de Cedofeita da diocese do Porto, com a faculdade de reter esta igreja com outro benefício incompatível durante cinco anos, estando a terminar este prazo, pede o indulto de conservá-la com o arcediagado de Cerveira.

Reg. Suppl. 260, fl. 293-293v.

Beatissime Pater, dudum S. V. cum devoto vestro Johanne Roderici, abbate secularis et collegiate ecclesie sancti Martini de Cedofeita Portugalensis diocesis ut una cum dicta abbatia unum aliud beneficium incompatibile, etiam si dignitas, personatus vel officium foret, recipere et per quinquennium retinere posset, cum potestate permutandi, etc., misericorditer dispensare, prout in litteris apostolicis desuper confectis, quarum tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expresso, plenius continetur, ut in cancellaria eiusdem S., si necesse fuerit, exprimetur. Cum autem, Pater Beatissime, finis dicti quinquennii, infra quod ipse Johannes Roderici adhuc existit, instare noscatur, supplicat igitur eidem S. V. devotus orator vester Johannes Roderici, abbas dicte ecclesie secularis supradictus, quatinus sibi specialem gratiam facientes et eumdem Johannem uberioris favoris gratia misericorditer prosequentes, cum eodem Johanne Roderici supradicto secum ut una cum dicta abbatia, que dignitas principalis in predicta ecclesia collegiata existit, archidiaconatum de Cerveyra, qui etiam dignitas curata, non tamen maior, post pontificalem est, etiam si electivus et quos obtinet seu cum earum altera, una vel utraque dimissa, duo beneficia ecclesiastica curata vel alias [fl. 293v] incompatibilia, etiam si dignitates, personatus, administrationes vel officia curata etiam et electiva et dignitates huiusmodi post pontificales maiores in cathedralibus seu principales in collegiatis ecclesiis fuerint, si ea canonice assequatur, libere et licite recipere et quoad vixerit retinere illa beneficia que obtinet supradicta et quecumque alia per prefatum dominum Johannem Roderici in posterum assequenda incompatibilia simul aut successive, simpliciter vel ex causa per-

mutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, similia aut dissimilia (1), invicem incompatibilia recipere et illa etiam quoad vixerit retinere etiam libere et licite possit et valeat dispensare misericorditer dignemini de gratia speciali, non obstañ abbatia ac archidiaconatu supradictis, quos obtinet, et qui dignitates ut prefertur existunt, quorumcumque fructus, etc., trecentorum scutorum auri de Francia secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, et expectativa, si quam habet, in confectione litterarum exprimenda et constitutionibus, statutis et ordinationibus apostolicis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Aprilis, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *dimisimilia*, com sinal de erro.

1535

1430, Março 22

O sacerdote João Álvares, cónego regrante do mosteiro de Santa Cruz de Coimbra, prior de S. Pedro de Roriz, pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a provisão do priorato, vacante pela promoção do bispo de Coimbra.

Reg. Suppl. 252, fl. 98v-99.

Beatissime Pater. Dudum S. V. devoto oratori vestro Johanni Alvari, presbytero, canonico professo monasterii sancte Crucis extra muros Colimbrieñ ordinis sancti Augustini de prioratu sancti Petri de Roriz (1) per promotionem ad ecclesiam Colimbriensem vacante, gratiam fecit specialem. Verum, Beatissime Pater, [eo] quod propter restrictionem regule cancellarie de expediendis litteris huiusmodi infra tempus semestris per S. V. edite commodose expediri propter temporis brevitatem ut timetur nequeat, dignetur igitur S. V. tempus expeditionis litterarum huiusmodi ad tres menses prorogare de vestra gratia speciali, attento, Pater Sancte, quod idem Johannes ad partes se misit causa habendi pecunias ad easdem litteras expediendas et propter guerras ibidem vigentes [fl. 99] ad dictam Curiam infra dictum tempus accedere non potest. Constitutionibus apostolicis ac regulis in contrarium facientibus non obstantibus et cum clausulis oportunis. — *Concessum, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Aprilis, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *Reoriz*, com sinal de erro.

1536

1430, Março 25

Martinho Afonso, acólito da diocese do Porto, pede o mosteiro de S. Martinho de Tibães da Ordem de S. Bento e diocese de Braga, vacante pela transferência de Sugério Anes para o mosteiro de Santo Tirso da diocese do Porto e ao qual Martinho Arias, dele provido em consistório, tencionava resignar antes da confecção das respectivas bulas.

Reg. Suppl. 254, fl. 251-251v.

Beatissime Pater, alias vacante monasterio sancti Martini de Tivanes ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis per translationem devote creature vestre Sugerii ad monasterium beate Marie de Sancto Tirso de Riba dAvia dicti ordinis Portugalensis diocesis apostolica auctoritate factam, eadem S. V. de dicto monasterio sancti Martini de persona devote creature vestre Martini Arie per consistorium gratiose provideri, sive eum illi in abbatem prefici concessit, sive providit, et quia dictus Martinus Arie, concessionis gratie huiusmodi litteris apostolicis super ea non confectis, omni iuri sibi in dicto monasterio sancti Martini vel ad illud quomodolibet competenti in manibus V. S. sponte et libere cedere proponat, sive ex nunc cedat, supplicat S. V. devotus vester Martinus Alfonsi, acolitus dicte diocesis, quatinus cessionem huiusmodi admittentes sive admitti mandantes, postquam ipse Martinus Alfonsi habitum dicti ordinis susceperit ac regulariter per illius monachos emitti solitam professionem emiserit, de persona ipsius Martini Alfonsi prefato monasterio sancti Martini, cuius fructus, etc., monaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem [fl. 251v] valorem annuum non excedunt, sive per cessionem vel translationem huiusmodi tunc, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu alias per liberam resignationem alterius alicuius, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet et ex quavis causa eius dispositio ad sedem apostolicam specialiter vel generaliter pertineat, aut litigiosum, cuius litis statum, existat, providere ipsumque illi in abbatem preficere ac munus consecrationis sibi impendi mandare dignemini. Non obstantibus contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Aprilis, anno tertiodecimo.

1537

1430, Março 28

João Álvares, tendo trocado a vigararia perpétua da igreja paroquial de Santa Maria de Torres Vedras pela íntegra porção de S. Pedro de Torres Vedras com Luís Vasques, depois das respectivas resignações nas mãos do deão de Lisboa Dionísio Anes e Estêvão Afonso, arcediago de Santarém, vigários gerais do cabido, pede nova provisão da dita vigararia a seu favor.

Reg. Suppl. 252, fl. 25-25v.

Beatissime Pater, olim devotus orator vester Johannes Alvari quamdam portionem in parrochiali ecclesia sancti Petri loci Turrium Veterum Ulixbonensis diocesis et Ludovicus Velasci vicariam parrochialis ecclesie sancte Marie eiusdem loci perpetuas, quas tunc temporis obtinebant, desiderantes illas ex certis rationabilibus causis invicem permutare, in manibus venerabilium virorum Dionisii Johannis, decani maioris ecclesie Ulixbonensis et Stephani Alfonsi, archidiaconi Sanctarenensis in eadem, capituli Ulixbonensis in spiritualibus generalium vicariorum, tunc archiepiscopali Ulixbonensi sede vacante, ex causa permutationis huiusmodi extra Romanam Curiam sponte resignarunt, iidemque decanus et archidiaconus, habentes ad hoc specialem, ut dicebant, a prefato capitulo potestatem, illius vigore, resignationibus huiusmodi per eos extra dictam Curiam ex causa predicta admissis, vicariam, que de iure patronatus laicorum existit, ad id illius patronorum accedente consensu, Johanni et portionem predictas per huiusmodi resignationes vacantes Ludovico prefatis contulerunt et de illis etiam providerunt ipseque Johannes, vigore collationis et provisionis predictarum, sibi ut premittitur factarum, vicariam predictam assecutus, illam ex tunc tenuit et possedit, prout de presenti tenet et possidet pacifice et quiete. Cum autem, Sanctissime Pater, dictus Johannes dubitet easdem sibi factas collationem et provisionem ex certis causis viribus non subsistere ipsaque vicaria adhuc ut prefertur vacare dicatur, supplicat S. V. idem Johannes quatinus sibi specialem gratiam facientes, de vicaria predicta, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, vel per dicti Ludovici ad sacerdotium non promotionem, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati, aut per liberam resignationem alicuius de illa in dicta Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacet, etiam si devoluta et dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata ac inter aliquos in prefata [fl. 25v] Curia vel extra eam litigiosa, cuius litis statum, etc., existat, eidem Johanni dignemini de novo misericorditer providere. Non obstañ quod ipse in predicta maiori quoddam perpetuum beneficium, quartanariam nuncupatum, et in parrochiali sancti Andree Ulixboneñ ecclesiis quamdam perpetuam portionem, que et dictum beneficium sine cura sunt, quorumque omnium fructus, etc., etiam quadraginta librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere, necnon si quamdam gratiam expectativam habet in cancellaria apostolica exprimendam, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Aprilis, anno tertiodecimo.

1538

1430, Abril 2

O sacerdote D. Estêvão de Portugal, monge professo do mosteiro de S. Jorge Maior de Veneza, pede o priorato de Santa Catarina de Alieti da Ilha da diocese de Capodistria, de que o prior António de Sarzana fora privado.

Reg. Suppl. 252, fl. 101v-102.

Supplicat S. V. devotus orator vester Stephanus de Portugalia, presbyter, monachus expresse professus monasterii sancti Georgii maioris de Venetiis ordinis sancti Benedicti Castellane diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de prioratu sancte Catherine de terra Alieti de Insula dicti ordinis Justinopolitane diocesis, qui conventualis est cuiusque fructus, etc., decem [fl. 102] florenorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod quidam Antonius de Sarrezana, nuper ipsius prioratus prior, suis culpis et demeritis exigentibus, fuit per episcopum Justinopolitanum dicto prioratu privatus, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem alicuius de illo in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si devolutus aut alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservatus, sive inter aliquos litigiosus, cuius litis statum, etc., existat, eidem Stephano dignemini misericorditer providere. Non obstañ prioratu sanctorum martyrum extra muros Tergestiñ eiusden ordinis, qui ad nutum abbatis dicti monasterii sancti Georgii existit, quem paratus est dimittere, dum et quotiens, etc.. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Aprilis, anno tertiodecimo.

1539

1430, Abril 2

João Beleágua solicita a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a igreja paroquial de S. Pedro de Ferreira da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 255, fl. 224.

Beatissime Pater, S. V. devoto vestro oratori Johanni Belleaugua de parrochiali ecclesia sancti Petri de Ferrera Portugalensis diocesis, tunc certo modo vacante, prout in supplicatione ipsius Johannis, per eamdem S. sub certa data signata, cuius tenorem date et signature hic habere dignemini pro sufficienter expresso, gratiam fecit specialem, sed quia, Pater Beatissime, dictus Johannes propter guerrarum turbines, que in partibus illis proh dolor diu viguerunt, prout de presenti vigent, ac mortalitatum pestes, est pro nunc in pecuniis debilis adeo quod infra tempus per constitutiones cancellarie prefixum litteras apostolicas ac processus super huiusmodi supplicatione sive gratia conficiendas expedire non valet et ne, Beatissime Pater, dicta gratia eidem exponenti sic per S. V. sibi concessa frustretur effectu, supplicat eidem S. idem Johannes humiliter et devote quatinus huiusmodi terminum seu tempus per constitutiones cancellarie antedictas prefixum usque ad duos menses proxime futuros a fine dicti termini computandos prorogare huiusmodique litteras et processus inde habitos infra duos menses predictos expedire valeat, licentiam et auctoritatem sibi concedere dignemini de gratia uberiori, premissis constitutionibus ac aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Concessum, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Aprilis, anno tertiodecimo.

1540

1430, Abril 6

Pedro Gonçalves, cónego de Lisboa, pede a expedição das letras apostólicas sobre a chantria de Lisboa, a confeccionar com menção de que Henrique Afonso, clérigo nobre da diocese de Lisboa, a ocupava e ocupara indevidamente durante mais de dois anos.

Reg. Suppl. 250, fl. 286-286v.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto vestro Petro Gundissalvi, canonico ecclesie Ulixbonensis, de cantoria dicte ecclesie, que officium vel dignitas inibi, non tamen maior, post pontificalem existit, tunc certo modo vacante, cum dispensatione incompatibilium, etc., ad certum tempus gratiose concessit provideri, prout in petitione desuper signata, in qua etiam omissum est exprimere quod quidam Henricus Alfonsi, clericus Ulixbonensis diocesis, qui de nobili genere procreatus existit, eamdem cantoriam per biennium et ultra vel circiter detinuit, prout detinet, indebite occupatam. Dignetur igitur eadem S. litteras apostolicas super dicta petitione conficiendas cum expressione detentionis huiusmodi expediri mandare. Cum ceteris non obstañ et clausulis in dicta petitione contentis et aliis opportunis. — *Concessum. G.* [fl. 286v] *Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Aprilis, anno tertiodecimo.

1541

1430, Abril 6

João Alfoy, clérigo da diocese de Évora, pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a perpétua porção de S. Salvador de Santarém, vacante pela promoção do bispo de Coimbra.

Reg. Suppl. 255, fl. 238v.

Beatissime Pater, dudum S. V. devoto oratori vestro Johanni Alfoy, clerico Elborensis diocesis, de perpetua portione sancti Salvatoris Sanctareneñ (1) Ulixbonensis diocesis, per promotionem ad ecclesiam Colimbriensem vacante, gratiam fecit specialem. Verum, Pater Beatissime, [eo] quod idem Johannes propter restrictionem regule cancellarie per S. V. edite, propter temporis brevitatem litteras commode expedire non potest, supplicat eidem S. V. dictus Johannes quatinus tempus expeditionis litterarum ad duos menses prorogare dignemini de vestra gratia speciali. Constitutionibus apostolicis ac regulis in contrarium facientibus non obstantibus [quibuscumque] et cum clausulis oportunis. — *Concessum, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Idus Aprilis, anno tertiodecimo.

(1) No ms. sinal de erro.

1542

1430, Abril 10

Pedro Gonçalves, cónego de Lisboa, pede a expedição das letras apostólicas sobre a chantria de Lisboa, a confeccionar com menção de que Afonso Henriques, clérigo de Lisboa, sob pretexto da colação de certo Ordinário, a ocupava e ocupara durante mais de dois anos indevidamente.

Reg. Suppl. 255, fl. 206v-207.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto vestro Petro Gundissalvi, canonico ecclesie Ulixbonensis, de cantoria dicte ecclesie, tunc certo modo vacante, gratiose concessit provideri, prout in petitione desuper signata, in qua quod quidam Alfonsus Henrici, qui se gerit pro clerico Ulixbonensis diocesis, de nobili genere procreatus, dictam cantoriam, pretextu cuiusdam Ordinarii collationis de illa [fl. 207] sibi facte, per biennium et ultra vel circiter detinuit, prout detinet indebite occupatam, omissum est exprimere, plenius continetur. Dignetur igitur eadem S. litteras apostolicas super dicta petitione conficiendas cum expressione detentionis et aliis premissis expediri mandare. Cum non obstañ et clausulis in eadem petitione contentis ac aliis opportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Aprilis, anno tertiodecimo.

1543

1430, Abril 11

João Afonso de Estremôz, clérigo da diocese de Évora, pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a perpétua porção de S. Salvador de Santarém, vacante pela promoção do bispo de Coimbra.

Reg. Suppl. 252, fl. 265-265v.

Beatissime Pater, dudum S. V. devoto oratori vestro Johanni Alfonsi de Stremotio, clerico Elborensis diocesis, de perpetua portione sancti Salvatoris Sanctareneñ (1) Ulixbonensis diocesis, per promotionem ad ecclesiam Colimbriensem vacante, gratiam fecit specialem. Verum, Pater Beatissime, [eo] quod idem Johannes propter restrictionem regule cancellarie S. V. edite propter temporis (2) brevitatem litteras commode expedire [fl. 265v] non potest, supplicat S. V. dictus (3) Johannes quatinus tempus expeditionis litterarum ad duos menses prorogare dignemini de vestra gratia speciali. Constitutionibus apostolicis ac regulis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis opportunis. — *Concessum ad duos menses, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Idus Aprilis, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *Setareneñ.*
(2) No ms. *tempore*, com sinal de erro.
(3) No ms. *dicto*, com sinal de erro.

1544

1430, Abril 26

O sacerdote Afonso Anes, monge professo do mosteiro de Santo Tirso da Ordem de S. Bento e diocese do Porto, pede a igreja paroquial de S. Lourenço de Azemes, actualmente de Ermesinde, governada por monges do dito mosteiro e vacante pela renúncia do monge Luís Domingues.

Reg. Suppl. 187-187v.

Beatissime Pater. Cum parrochialis ecclesia sancti Laurentii de Azemes Portugalensis diocesis, que per unum ex monasteriis sancti Tirsi ordinis sancti Benedicti dicte diocesis monachum (1) obtineri consuevit, per liberam resignationem cuiusdam Ludovici Dominici, olim illius rectoris, extra Romanam Curiam in manibus Ordinarii sponte et libere factam et per eumdem Ordinarium admissam, vacaverit et vacet ad presens, supplicat S. V. devotus vester Alfonsus Johannis, presbyter, monachus predicti, ordinem ipsum expresse professus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., triginta ducatorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut similem resignationem alicuius alterius de illa, extra dictam Curiam, [fl. 187v] etiam coram notario et testibus sponte factam, vacet et reservata specialiter vel generaliter seu devoluta aut cuius statum, etc., litigiosa sit, eidem Johanni, non obstañ quod quidam frater Fernandus, assertus monachus dicti monasterii, ecclesiam ipsam symoniaco, quem in illa habuit, ingressu nondum purgato per tres annos et ultra detinuit, prout detinet indebite occupatam, providere dignemini. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Kalendas Maii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *monachus*, com sinal de erro.

1545

1430, Maio 1

Afonso Anes, sacerdote da diocese de Viseu, pede um benefício eclesiástico, da colação dos bispos e cabidos de Coimbra e Viseu.

Reg. Suppl. 265, fl. 156.

Supplicat S. V. devotus orator vester Alfonsus Johannis, presbyter Visensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, consueto (1) clericis secularibus assignari, etiam si integra vel dimidia portio aut canonicatus et prebenda vel media prebenda in cathedrali seu collegiata ecclesia aut archipresbyteratus

ruralis existat, cuius fructus, etc., si cum cura sexaginta, si vero sine cura quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime valorem annuum non excedunt, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collationem, etc., episcoporum Colimbriensis, Visensis necnon capitulorum, decanorum, personarum, canonicorum dictarum ecclesiarum ac quorumcumque collatorum et collatricum dictarum diocesum, eidem Alfonso dignemini misericorditer providere. Constitutionibus apostolicis, regulis cancellarie et ordinationibus et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Maii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *consuetum.*

1546

1430, Maio 2

Gonçalo Lourenço, clérigo da diocese de Bordeus, pede ao papa designe pessoa proba que se informe do crime perpetrado por João Rodrigues do Casal e o prive da igreja paroquial de S. Mamede da diocese de Évora, a favor dele suplicante.

Reg. Suppl. 257, fl. 245v-246.

Beatissime Pater. Cum malo spiritu instigante, quidam Johannes Roderici de Casal, rector parrochialis ecclesie sancti Mametis Elborensis diocesis, quemdam hominem, cuius nomen et cognomen hic ad confectionem litterarum habere dignemini pro sufficienter expressis, interfecit, excommunicationis sententiam et alias penas a iure inflictas incurrendo, quare ad dictam parrochialem ecclesiam et ad quodcumque beneficium ecclesiasticum se reddidit inhabilem et indignum, illa venit merito [fl. 246] privandus, supplicatur S. V. pro parte Gundissalvi Laurentii, clerici Burdigalensis diocesis, quatinus specialem gratiam facientes, alicui probo viro in Romana Curia vel in partibus committere et mandare dignemini ut de premissis summarie, simpliciter et de plano auctoritate apostolica se informet et si ita esse reppererit, dictum Johannem Roderici de Casal a dicta parrochiali ecclesia privet et ammoveat ab eadem necnon predictam ecclesiam, cum per privationem et ammotionem huiusmodi vacare contigerit, etiam si iam actu vel alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut assecutionem parrochialis ecclesie beate Marie de Olivaes Ulixbonensis diocesis, habitam per Johannem Pellagii, cui de dicta parrochiali ecclesia sancti Mametis per eamdem S. V. concessum sive mandatum fuit modo premisso provideri, prout in supplicatione desuper signata plenius continetur, cuius tenorem S. V. hic habere dignetur pro sufficienter expresso, vacet aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam sit devoluta aut alias specialiter vel generaliter reservata, litigiosa in dicta Curia vel extra eam existat, cuius litis statum, etc., hic habere dignemini pro sufficienter expresso, eidem Gundissalvo cum omnibus iuribus et pertinentiis suis

auctoritate apostolica conferat, assignet, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac de dicta parrochiali ecclesia provideat. Non obstantibus quibuscumque et cum clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur in forma iuris. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Nonas Maii, anno tertiodecimo.

1547

1430, Maio 2

João Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, pede a igreja paroquial de S. Pedro de Bairro da dita diocese, vacante por Fernando Domingues ter ingressado no mosteiro de Santa Maria de Landim dos cónegos regrantes de Santo Agostinho.

Reg. Suppl. 259, fl. 12-12v.

Exponit S. V. devotus vester Johannes Gundissalvi, clericus Bracharensis diocesis, quod alias quidam Fernandus Dominici, tunc rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Barryo dicte diocesis, monasterium sancte Marie de Landim canonicorum regularium ordinis sancti Augustini eiusdem diocesis fuerit ingressus ibique receperit habitum eiusdem ordinis professorum, quem per annum et ultra scienter gestavit et propterea ecclesia predicta que per clericos seculares consueta est gubernari, vacare dicatur, supplicat igitur S. V. Johannes prefatus quatinus sibi de predicta ecclesia specialem gratiam facientes, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex cuiuscumque alterius persona aut per constitutionem Johannis pape vicesimi secundi que incipit *Execrabilis* vel *Ad regimen* vel resignationem extra Romanam Curiam, etiam coram notario publico et testibus factam vacet et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, aut alias ipsa ecclesia dispositioni eiusdem sedis specialiter reservata vel affecta existat, super ea lis quoque in eadem Curia vel extra eam inter aliquos, cuius [fl. 12v] statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, eidem Johanni de predicta ecclesia, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Fernandus ecclesiam predictam per quindecim annos post ingressum religionis et ultra pacifice possederit ac possidet de presenti, gratia expectativa non obstañ et clausulis oportunis in cancellaria declarandis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Nonas Maii, anno tertiodecimo.

1548

1430, Maio 3

Afonso Anes, sacerdote da diocese de Viseu, pede um benefício eclesiástico da colação dos bispos e cabidos de Coimbra e de Viseu.

Reg. Suppl. 265, fl. 108v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Alfonsus Johannis, presbyter Visensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura consueto (1) clericis secularibus assignari, etiam si integra vel dimidia portio aut canonicatus et prebenda vel media prebenda in cathedrali seu collegiata ecclesia aut archipresbyteratus ruralis existat, cuius fructus, etc., si cum cura sexaginta librarum, si vero sine cura quadraginta Turonensium parvorum secundum taxationem decime valorem annuum non excedunt, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collationem, etc., episcoporum Colimbriensis, Visensis necnon capitulorum, decanorum, personarum, canonicorum dictarum ecclesiarum ac quorumcumque collatorum et collatricum dictarum diocesum in confectione litterarum eligendo, eidem A[lfonso] dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Nonas Maii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *consuetum*, com sinal de erro.

1549

1430, Maio 4

João Lopes pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a igreja paroquial de Santa Maria de Campanhã da diocese do Porto, sobre que litigara com Gil Esteves, sacerdote da diocese de Braga, morto o qual na Cúria Romana, o papa concedera-lhe todos os direitos a essa igreja.

Reg. Suppl. 253, fl. 128v-129.

Beatissime Pater, lite pendente in partibus inter devotum vestrum Johannem Lupi, rectorem parrochialis ecclesie sancte Marie de Campanha Portugalensis diocesis, ex una et quemdam Egidium Stephani, presbyterum Bracharensis diocesis, de et super dicta ecclesia [coram] certo subexecutore sive [iudice] (1) delegato et eius occasione partibus ex altera, in qua ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem processo, ut creditur et tandem [fl. 129] prefato Egidio in Romana Curia defuncto, S. V. mandavit eidem subexecutori quatinus prefatum Johannem in et ad omne ius quod quondam prefato Egidio ad dictam ecclesiam, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, competebat, surrogaret et sibi de eadem auctoritate provideret, prout in originali petitione continetur. Cum autem, Beatissime Pater, prefatus Johannes litteras apostolicas super dicta surrogatione sive gratia conficiendas propter defectum informationis infra tempus secundum regulas cancellarie S. V. statutum sive ordinationem [expedire] non poterit, supplicat S. V. idem Johannes quatinus sibi tempus huiusmodi sex mensium ad alios duos menses a tempore date principalis supplicationis computandum prorogare dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Maii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *iudice*.

1550

1430, Maio 4

Álvaro de Nisa do reino de Portugal e frade dos Eremitas de Santo Agostinho, presente na Cúria Romana, com cerca de 21 anos e subdiácono, pede o indulto de receber na dita Cúria de qualquer bispo católico, fora do tempo requerido, as Ordens de diaconado e presbiterado.

Reg. Suppl. 262, fl. 16.

Supplicat S. V. devotus vester Alvarus de Nisa, de regno Portugalie, frater ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini, quatinus sibi qui in subdiaconatus ordine ac in vicesimo primo sue etatis anno vel circiter constitutus existit, se a quocumque catholico antistite (1), gratiam et communionem sedis apostolice habente, in Romana Curia, in qua presens est, ad diaconatus et presbyteratus ordines, etiam extra tempora a iure statuta promoveri faciendi ac eidem episcopo sive antistiti huiusmodi ordines sibi conferendi seu illum sic promovendi licentiam concedere dignemini de gratia speciali, cum clausulis oportunis. — *Fiat de tribus annis. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Maii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. sinal de erro.

1551

1430, Maio 10

Pedro Afonso pede a expedição das letras apostólicas sobre qualquer benefício incompatível, a confeccionar com menção da igreja paroquial de S. Salvador de Rossas da diocese de Braga, em vez da chantria da igreja colegiada de Santa Maria de Guimarães que fora mencionada na súplica, quando deveria ser mencionada a sobredita igreja.

Reg. Suppl. 253, fl. 107-107v.

Beatissime Pater, S. V. cum devoto vestro Petro Alfonsi, tunc, ut asserebatur, cantoriam que dignitas, non tamen principalis, est ecclesie beate Marie de Vimarano, obtinenti, ut una cum illa quodcumque aliud cum ea incompatibile beneficium, etiam si parrochialis ecclesia, dignitas etiam maior seu principalis, personatus vel officium curatum et electivum in metropolitana alia cathedrali vel collegiata ecclesia foret, per decennium cum licentia permutandi, etc., retinere valeret, per suas litteras dispensavit, prout in illis plenarie continetur. Cum autem, Pater Sancte, idem Petrus non cantoriam predictam, sed parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Rozas Bracharensis diocesis, de qua in litteris eisdem mentio non fit, inter alia obtineret, unde dicte dispensationis timet effectu frustrari, dignetur igitur S. V. litteras predictas cum obmissione cantorie prefate et eius valoris necnon ipsius loco dicte parrochialis ecclesie, cuius fructus, etc., octuaginta

librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, expressione [fl. 107v] et alias prout congruit, etiam sub data currenti reformari et corrigi mandare de gratia speciali. Non obstañ quod ipse Petrus nunc Bracharensis, Silvensis et beate Marie de Vimarano (1) ecclesiarum canonicatus et prebendas ac in beate Marie de Pon. Leireira Bracharensis et Colimbriensis diocesum, unam et in beate Marie Magdalene Ulixboneñ ecclesiis aliam perpetuas portiones, quorum omnium fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, obtinet. Cum omnibus in eisdem litteris contentis et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum, non tamen cum alia parrochiali. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Maii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *Vimocano*, com sinal de erro.

1552

1430, Maio 12

João Rodrigues, deão de Lisboa, pede a prorrogação do tempo da expedição das letras apostólicas sobre o deado de Évora e igreja paroquial de Arraiolos, vacantes pela promoção de D. Álvaro Ferreira a bispo de Coimbra.

Reg. Suppl. 256, fl. 18.

Beatissime Pater. Dudum S. V. devoto vestro Johanni Roderici, decano ecclesie Ulixbonensis, de decanatu ecclesie Elborensis et parrochiali ecclesia de Aroyollos, per promotionem reverendi patris domini Alvari Ferreyra ad ecclesiam Colimbriensem (1) et munus consecrationis eidem impensum vacantibus, gratiam fecit specialem. Verum, Beatissime Pater, [eo] quod propter restrictionem regularum cancellarie de expediendis litteris huiusmodi infra sex menses per S. V. editarum commodose expediri, propter temporis brevitatem, ut timetur nequeant, dignetur igitur S. V. tempus expeditionis litterarum huiusmodi ad duos menses prorogare dignemini *(sic)* de gratia vestra speciali. Constitutionibus apostolicis ac regulis huiusmodi ceterisque contrariis non obstantibus et cum clausulis oportunis. — *Concessum, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Maii, anno tertiodecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 969.

1553-1554

1430, Maio 15

Nuno Camelo, escolar da diocese de Braga, dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a pluralidade de benefícios. João de Barros, sacerdote da diocese de Braga, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede igualmente a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 258, fl. 93v-94.

Supplicat S. V. devotus vester Nunius Camello, scolaris Bracharensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de nobili soluto barone genitus et soluta ut, eo non obstante defectu, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et unum ecclesiasticum beneficium, etiam si curam haberet animarum, recipere possit apostolica fuit auctoritate dispensatum, quatinus secum ut quodcumque, quecumque et qualiacumque ecclesiastica beneficia cum cura et sine cura, sibi invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia curata et electiva metropolitanarum seu aliarum cathedralium aut collegiatarum ecclesiarum et dignitates huiusmodi in metropolitanis seu aliis cathedralibus post pontificales maiores et in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint, auctoritate quacumque sibi conferenda, etiam si eligatur vel assumatur ad illa, recipere et insimul retinere cum potestate permutandi, etc., possit et valeat de uberioris dono gratie dispensare dignemini, ipso defectu, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ecclesiarum quarumlibet consuetudinibus et statutis ceterisque contrariis [fl. 94] non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

1554. Item supplicat S. V. devotus vester Johannes de Barros, presbyter Bracharensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero de nobili genere procreato genitus et soluta ut, eo non obstante defectu, clericali caractere [insigniri] et ad minores ac unum sine cura ordinaria primo et deinde, postquam clericali caractere rite fuit insignitus, ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri ac unum ecclesiasticum beneficium, etiam si curam haberet animarum, recipere posset, apostolica fuit auctoritate dispensatum, cuius ultime dispensationis vigore, ad omnes etiam sacros ordines rite promotus extitit, quatinus secum ut quodcumque, quecumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, sibi invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia curata et electiva metropolitanarum seu aliarum cathedralium aut collegiatarum ecclesiarum et dignitates huiusmodi in metropolitanis seu aliis cathedralibus post pontificales maiores et in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint, auctoritate quacumque sibi conferenda, etiam si eligatur vel assumatur ad illa, recipere et insimul retinere, cum potestate permutandi, possit ac valeat de uberioris dono gratie dispensare dignemini, ipso defectu, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ecclesiarum quarumlibet consuetudinibus et statutis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Maii, anno tertiodecimo.

1555

1430, Maio 16

Frei João de S. Tomé, dos Eremitas de Santo Agostinho e professor de teologia, pede a expedição das letras apostólicas sobre o mosteiro de S. Miguel de Bustelo da Ordem de S. Bento e diocese do Porto, a confeccionar com menção da pensão anual sobre a mesa episcopal de Coimbra, que lhe tinha sido reservada.

Reg. Suppl. 253, fl. 31v-32.

Beatissime Pater, ex inadvertentia in petitione, per quam S. V. devoto vestro Johanni de Sancto Thoma, ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini et sacre pagine professori, monasterium sancti Michaelis de Bustello ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, tunc certo modo vacans, gratiose commendari concessit, nulla de eo quod alias sibi per S. V. annua pensio centum florenorum [fl. 32] auri de camera super fructibus, etc., mense episcopalis Colimbriensis usque ad beneplacitum eiusdem S. fuit reservata, extitit mentio facta. Dignetur igitur S. V. litteras super dicta petitione conficiendas cum premissorum expressione expediri mandare de gratia speciali, cum omnibus in eadem petitione contentis ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Junii, anno tertiodecimo.

1556

1430, Maio 17

O sacerdote Afonso Anes pede a expedição das letras apostólicas sobre súplica assinada pelo papa, a confeccionar com a menção de que o detentor da igreja paroquial em questão continuara a celebrar depois de excomungado.

Reg. Suppl. 259, fl. 77.

Reformatio Alfonsi Johannis, presbyteri, super parrochiali ecclesia sancti Laurentii de Azemes Portugalensis diocesis (1).

Beatissime Pater, cum per errorem componentis supplicationem, cuius copia prescribitur, per S. V. signatam, omissum fuerit exprimere quod prefatus Fernandus, dicte parrochialis ecclesie detentor, alias maioris sententia excommunicationis innodatus, in contemptum, ut verisimiliter creditur, clavium (2), missas et alia divina officia celebrare non erubuit, eapropter supplicat eidem S. V. prefatus Alfonsus quatinus litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas, etiam cum premissorum expressione expediri mandare dignemini de gratia speciali, alias iuxta ipsius supplicationis tenorem et sub prima data. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Junii, anno tertiodecimo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) No ms. *cravium*, com sinal de erro.

1557

1430, Maio 18

Correcção da súplica de Afonso Anes sobre a igreja paroquial de S. Lourenço de Azemes, actualmente de Ermesinde, da diocese do Porto, por não ter sido mencionado que o detentor da igreja continuara a celebrar depois de excomungado.

Reg. Suppl. 253, fl. 38v-39.

Reformatio Alfonsi Johannis super parrochiali ecclesia sancti Laurentii de Azemes Portugalensis diocesis (1).

Beatissime Pater. Cum per errorem componentis supplicationem, cuius copia prescribitur, per S. V. signatam, omissum fuit exprimere quod prefatus Fernandus, dicte parrochialis ecclesie detentor, alias maioris excommunicationis sententia innodatus, in contemptum, ut verisimiliter creditur, clavium, missas et alia divina officia celebrare non erubuit, eapropter supplicat eidem S. V. prefatus Alfonsus quatinus litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas, etiam cum premissorum expressione expediri [fl. 39] mandare dignemini de gratia speciali, alias iuxta ipsius supplicationis tenorem et sub prima data, quibuscumque non obstantibus, etc. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Junii, anno tertiodecimo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

1558

1430, Maio 18

Isabel Borges, freira de Santa Clara do convento de Beja da diocese de Évora, pede a dispensa do impedimento de ilegitimidade para ascender às dignidades da Ordem, mesmo abaciais, quando chegar à idade legítima.

Reg. Suppl. 262, fl. 260v.

Supplicat S. V. devota vestra Helisabet Borges, ordinis sancte Clare conventus Begiensis Elborensis diocesis, in octavo sue etatis anno constituta, ex presbytero ordinis Minorum genita et soluta, quatinus secum ut, defectu predicto non obstante, cum ad etatem legitimam pervenerit, officia seu dignitates, etiam abbatiales ipsius ordinis, si sibi alias canonice conferantur, aut ad dignitates huiusmodi assumatur vel eligatur, recipere et quoad vixerit retinere libere et licite possit et valeat, dispensare misericorditer dignemini de gratia speciali, defectu predicto ac Pictavensis concilii ceterisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Junii, anno tertiodecimo.

1559

1430, Maio 20

A abadessa e freiras do mosteiro de Santa Clara de Beja da diocese de Évora pedem indulgências para os visitantes do mosteiro e igreja de Santa Maria da Consolação, que contribuírem para a reparação e conservação do mosteiro.

Reg. Suppl. 262, fl. 278v.

Beatissime Pater. Cum monasterium monialium sancte Clare Begieñ Elborensis diocesis multis reparationibus indigeat sitque in eodem monasterio ecclesia beate Marie Consolationis, ad quam maxima populi multitudo propter infinita miracula que ad intercessionem gloriose Dei genitricis inibi cotidie eveniunt ex magna devotione affluere consueverit, supplicant igitur S. V. oratrices vestre abbatissa et conventus ipsius monasterii quatinus omnibus et singulis christifidelibus vere penitentibus et confessis qui monasterium ac ecclesiam huiusmodi devote visitaverint de bonisque a Deo sibi collatis pro reparatione et manutentione monasterii ac ecclesie predictorum pias elemosinas errogaverint et manus porrexerint adiutrices annis singulis in prima die mensis Maii remissionem tertie partis omnium peccatorum suorum perpetuo concedere et elargiri dignemini de gratia speciali. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Junii, anno tertiodecimo.

1560

1430, Maio 21

Luís Garcia, clérigo de Lisboa e familiar de D. Lúcido, cardeal do Conde, legado pontifício, pede nova provisão das duas porções das igrejas de Santa Marinha de Lisboa e de Santa Maria de Alcáçovas, vacantes por morte de João Vasques, por não ter feito expedir as respectivas letras apostólicas dentro do tempo requerido.

Reg. Suppl. 252, fl. 180-180v.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto vestro Ludovico Garsie, clerico Ulixbonensi, reverendissimi in Christo patris et domini domini Lucidi cardinalis de Comite, sedis apostolice legati (1), familiari et continuo commensali, de duabus portionibus, una in beate Marine Ulixboneñ et alia in beate Marie de Alcaçvas Novi ecclesiis, vacantibus per obitum Johannis Velasci, ultimi earum possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, sive alias, etc., ut in supplicatione, tunc per manum S. V. signata, plenius continetur, quam habere dignemini hic pro sufficienter expressa, gratiose mandavit provideri. Verum, Beatissime Pater, dictus Ludovicus propter sui a Romana Curia una cum dicto cardinali absentiam litteras desuper necessarias infra tempus constitutionis S. V. non fecit expediri, [fl. 180v] quare supplicat idem Ludovicus S. V. quatinus sibi de dictis portionibus, quarum fructus viginti trium librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona aut per liberam resignationem dicti Johannis vel alterius cuiuscumque in manibus S. V. vel cuiuscumque alterius in dicta Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam aut per constitutionem *Execrabilis* vel assecutionem alterius beneficii incompatibilis apostolica vel alia quavis auctoritate collati, seu per lapsum temporis de expediendis litteris vacent, etiam si devolute generaliter vel specialiter reservate, affecte vel litigiose sint, cuius litis statum, etc., dignemini de novo misericorditer providere. Non obstañ defectu natalium de presbytero et

soluta, quem patitur, cum quo alias ut beneficia ecclesiastica obtinere posset fuit dispensatum, ac portione ecclesie sancte Crucis Ulixboneñ, quam non possidet, cuius fructus, etc., quadraginta librarum, etc., non excedunt, ac gratia expectativa in Curia S. V. exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Junii, anno tertiodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1438.

1561

1430, Maio 22

Gonçalo Afonso, clérigo da diocese da Guarda, presente na Cúria, pede um benefício da colação dos bispos e cabidos de Lisboa e da Guarda.

Reg. Suppl. 265, fl. 117v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Gundissalvus Alfonsi, clericus Egitaniensis diocesis, presens in Curia existens, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, consueto (1) clericis secularibus assignari, etiam si integra vel dimidia portio aut canonicatus et prebenda in cathedrali seu collegiata ecclesia aut archipresbyteratus ruralis existat, cuius fructus, etc., si cum cura sexaginta, si vero sine cura, quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime valorem annuum non excedunt, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collationem, etc., Ulixbonensis, Egitaniensis necnon capitulorum, decanorum, personarum, canonicorum dictarum ecclesiarum ac quorumcumque collatorum et collatricum dictarum diocesum in confectione litterarum eligendo, eidem Gundissalvo dignemini misericorditer providere. Non obstantibus constitutionibus apostolicis, regulis cancellarie et ordinationibus et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, undecimo Kalendas Junii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *consuetum*,

1562

1430, Maio 23

Gonçalo Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, pede nova prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a igreja paroquial de Santo André de Telões da dita diocese.

Reg. Suppl. 258, fl. 173v-174.

Beatissime Pater, licet littere super gratia facta devoto vestro Gundisalvo Gundissalvi, clerico Bracharensis diocesis, de parrochiali ecclesia sancti Andree de Tolloes, eiusdem diocesis, totaliter infra tempus per eamdem S. prefixum expe[di]te, tamen non sunt iudicibus in partibus, quibus executio earumdem litterarum committitur, presentate, nec propter guerras que in partibus illis vigent non possunt infra tempus huiusmodi presentari, idcirco dignetur eadem S. terminum huiusmodi iam ad duos menses semel prorogatum, cuius finis in brevi appropinquat, ad duos menses a fine dicte prorogationis prorogare sibique concedere quod perinde valeant in omnibus et per omnia ac si fuissent eisdem iudicibus tempore debito presentate. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque [fl. 174] contrariis non obstantibus. — *Fiat ad mensem pro omnibus xxiii. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Junii, anno tertiodecimo.

1563

1430, Maio 26

Fernando Peres, sacerdote da diocese de Lisboa, já dispensado do impedimento de ilegitimidade e com o simples benefício na igreja paroquial de Santa Iria de Santarém, pede qualquer outro benefício eclesiástico.

Reg. Suppl. 258, fl. 230-230v.

Supplicatur S. V. pro parte devoti vestri (1) Fernandi Petri, presbyteri Ulixbonensis diocesis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam habeat animarum, obtinere valeret, apostolica fuit auctoritate misericorditer dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes ordines se fecit promoveri et quod simplex ecclesiasticum beneficium sine aut (2) cum (3) cura in parrochiali ecclesia sancte Arene Sanctareneñ dicte diocesis alias perpetuam portionem nuncupatum, cuius fructus viginti quinque librarum Turonensium parvorum valorem annuum communiter non excedunt, pacifice extitit assecutus, quatinus sibi ampliorem gratiam facientes, ut una cum dicto beneficio seu portione obtenta, quodcumque aliud ecclesiasticum beneficium cum cura vel sine cura, etiam si integra vel dimidia portio in ecclesia cathedrali vel metropolitana aut canonicatus et prebenda in collegiata seu archipresbyteratus aut vicaria perpetua, etiam si extra ecclesiam cathedralem dignitas reputetur, existat, obtinere beneficiaque huiusmodi ex causa permutationis vel alias simul vel successive, semel dumtaxat, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia duo (4) [fl. 230v] ecclesiastica beneficia similia vel dissimilia, invicem compatibilia, cum eodem F[ernando], non obstante defectu predicto, dignemini misericorditer dispensare de gratia speciali. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Junii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *vestro*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. *tam*, com sinal de erro.
(4) No ms. vem aqui a palavra *in*, mas com sinal de erro.

1564

1430, Maio 31

João Afonso de Estremôz, clérigo da diocese de Évora, presente na Cúria, pede a provisão da igreja paroquial de Santa Maria de Açores da diocese da Guarda, vacante por morte de Rodrigo Afonso, a qual possuiu durante cerca de dois anos sem receber as Ordens sacras certo Afonso Lourenço, clérigo de Coimbra, que o Ordinário privou da mesma, conferindo-a a Fernando Calvo, sacerdote da dita diocese.

Reg. Suppl. 252, fl. 173v-174.

Beatissime Pater, vacante dudum ecclesia sancte Marie dAçores Egitaniensis diocesis, per obitum quondam Roderici Alfonsy, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, quidam Alfonsus Laurentii, assertus clericus Colimbriensis, ecclesiam predictam ordinaria sibi auctoritate collatam, extitit assecutus eamque per duos annos vel circa, se non promovens ad sacros ordines, detinuit et possedit et postmodum Ordinarius eum de dicta ecclesia privavit et amovit, post cuius quidem privationem et amotionem eamdem ecclesiam cuidam Fernando dicto Calvo, presbytero dicte diocesis, contulit et providit, licet de facto et propterea dicta ecclesia sancte Marie adhuc ut premittitur vacare noscatur, supplicat igitur S. V. devotus vester Johannes Alfonsy de Stremotio, clericus Elborensis diocesis, presens in Curia, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de dicta ecclesia sancte Marie dAçores Egitaniensis diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive adhuc ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel [per] constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta [fl. 174] concilii ad sedem apostolicam legitime est devoluta aut ipsa ecclesia inter aliquos in Romana Curia vel extra eam litigiosa existat, litis, etc., eidem Johanni dignemini misericorditer providere, non obstañ perpetua portione in ecclesia sancti Salvatoris Sanctareneñ Ulixbonensis diocesis, cuius triginta librarum Turonensium parvorum secundum extimationem predictam valorem annuum fructus non excedunt, cuius possessionem non habet, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Junii, anno tertiodecimo.

1565

1430, Junho 2

D. Afonso, conde de Barcelos, pede para Afonso Vaz de Pinhel, clérigo da diocese da Guarda, a igreja paroquial de Santa Leocádia de Montenegro da diocese de Braga, vacante por Lopo Luís não ter recebido as Ordens sacras.

Reg. Suppl. 253, fl. 208.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus eiusdem S. et sancte Romane Ecclesie filius Alfonsus, comes de Barcellios, domini regis Portugalie natus, quatinus sibi in personam dilecti sui Alfonsi Velasci de Pignel, clerici Egitaniensis diocesis, gratiam facientes specialem, de parrochiali ecclesia beate Leocarie de Montenigro Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, per non promotionem ad sacros [ordines] (1) Lupi Ludovici, ipsius ecclesie detentoris, vacante, etiam si actu quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per liberam resignationem alicuius in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, et generaliter vel specialiter reservata, devoluta et cuius statum, etc., litigiosa sit, eidem Alfonso providere dignemini, contrariis non obstantibus quibuscumque et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Junii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *ordines*.

1566

1430, Junho 8

Afonso Martins, sacerdote da diocese de Lisboa, pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a igreja paroquial de S. Nicolau de Cortiços da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 253, fl. 266-266v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. de parrochiali ecclesia sancti Nicolai de Corticos Bracharensis diocesis, tunc certo modo vacante et reservata, devoto vestro Alfonso Martini, presbytero Ulixbonensis diocesis, gratiose provideri concessit, prout in supplicatione, cuius tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expresso, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, idem Alfonsus propter pecuniarum penuriam ac viarum discrimina litteras apostolicas super concessione predicta infra tempus ad hoc statutum expedire non possit, supplicat igitur S. V. dictus Alfonsus quatinus litteras apostolicas super huiusmodi concessione conficiendas infra duos menses a fine temporis ad hoc statuti, infra quod adhuc existit, computandos, expedire possit et valeat, concedere dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Junii, anno tertiodecimo.

1567

1430, Junho 8

Gonçalo Anes, clérigo da diocese de Braga, renova o pedido sobre a perpétua porção da igreja de S. Salvador da diocese de Évora por ter havido erro na indicação do nome da igreja.

Reg. Suppl. 257, fl. 280v.

Beatissime Pater. Cum ex errore in petitione, per quam S. V. devoto vestro Gundisalvo Johannis, clerico Bracharensis diocesis, de perpetua portione in ecclesia sancti Salvatoris Elborensis diocesis, certo modo vacante, concessit provideri, cum autem, Pater Sancte, nomen dicte ecclesie in dicta petitione fuit erratum, dignetur S. V. litteras super dicta petitione conficiendas cum vera expressione dicti nominis sancti Salvatoris expediri mandare de gratia speciali, cum omnibus in eadem petitione contentis ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Junii, anno tertiodecimo.

1568

1430, Junho 8

João Gomes, sacerdote da diocese de Braga, pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a perpétua vigararia da igreja paroquial de S. Pedro de Sintra da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 257, fl. 287v.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto oratori vestro Johanni Gometii, presbytero Bracharensis diocesis, de perpetua vicaria cum cura parrochialis ecclesie sancti Petri de Sintra Ulixbonensis diocesis providit seu provideri mandavit, prout in supplicatione inde signata latius continetur. Cum autem, Pater Sancte, finis expediendarum litterarum super dicta supplicatione conficiendarum iuxta regulas cancellarie appropinquet et prefatus Johannes propter guerras Ispanie intra tempus expediendarum litterarum ad predictas litteras expediendas pecunias mittere non possit, supplicatur V. S. pro eius parte quatinus dictum terminum expediendarum litterarum predictarum ad duos menses ultra dictum terminum immediate sequentes prorogare misericorditer mandare dignemini de gratia speciali. Cum non obstañ et clausulis in prefata supplicatione contentis et aliis clausulis oportunis, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Junii, anno tertiodecimo.

1569

1430, Junho 8

Rui Dias, deão de Braga, solicita a prorrogação do tempo para apresentar as letras apostólicas, já expedidas, aos executores sobre a comenda do mosteiro de Santo André de Rendufe da Ordem de S. Bento e diocese de Braga.

Reg. Suppl. 257, fl. 287v-288.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto oratori vestro Roderico Didaci, decano Bracharensi, de monasterio sancti Andree de Rendufe (1) ordinis sancti [fl. 288] Benedicti Bracharensis diocesis, per viam commende usque ad beneplacitum sedis apostolice providit aut provideri mandavit seu in commendam concessit, super quo litteras usque ad cameram expedivit, ut in eis inde confectis, quarum tenorem hic habere dignemini pro expresso, latius continetur. Verum, Pater Sancte, quia prefatus R[odericus] propter guerras Ispanie pro solvenda annata camere prefate pecunias intra tempus presentandarum litterarum executoribus, quibus diriguntur, secundum regulas cancellarie appropinquet, ne dicta gratia dicto R[oderico] per S. V. facta reddatur invalida, supplicatur S. V. pro eius parte quatinus predictum terminum de predictis litteris executoribus seu iudicibus, quibus diriguntur, presentandis ad duos menses ultra ipsum terminum immediate sequentes prorogare misericorditer mandare dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Junii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *Rendufren.*

1570

1430, Junho 8

Súplica de Gonçalo Anes, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Mouquim da diocese de Braga, sobre duas perpétuas porções na igreja de Santa Marinha de Fora dos muros de Lisboa e na igreja de S. Salvador das Alcáçovas da diocese de Évora, vacantes por morte de João Vasques.

Reg. Suppl. 258, fl. 12-12v.

Supplicat S. V. devotus vester Gundisalvus Johannis, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Mouquin Bracharensis diocesis, quatinus sibi de duabus perpetuis portionibus, una in ecclesia sancte Marine extra muros antiquos Ulixboñ, et alia in ecclesia sancti Salvatoris dos Alcaçonos *(sic)* Elborensis diocesis, per obitum quondam Johannis Valasci, ultimi possessoris earumdem, in Curia Romana defuncti, vacantibus, quarum fructus quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive [fl. 12v] alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, etiam per liberam resignationem alicuius per eum de illis, etiam coram notario publico et testibus in dicta Curia vel extra eam sponte factam, aut per constitutionem *Execrabilis* vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici incompatibilis, quavis auctoritate collati, vacent, et alias generaliter vel specialiter reservate, devolute vel affecte sint, et super eis inter aliquos lis, cuius statum habentes pro sufficienter expresso, in prefata Curia vel extra eam pendeat indecisa, dignemini misericorditer

providere. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus quadraginta librarum similium Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa necnon dispensatione ad duo incompatibilia, in cancellaria exprimendis, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Junii, anno tertiodecimo.

1571

1430, Junho 9

A abadessa e freiras do mosteiro de Santa Clara de Beja da diocese de Évora pedem indulgências para os visitantes do mosteiro e da igreja de Santa Maria da Consolação, que contribuírem para a reparação do mosteiro e igreja, muito frequentada pelo povo.

Reg. Suppl. 258, fl. 10v-11.

Beatissime Pater. Cum monasterium monialium sancte Clare Begieñ Elborensis diocesis ruinosum existat adeo in tantum quod multis reparationibus indigeat et ecclesia beate Marie Consolationis, ad quam maxima populi multitudo propter infinita miracula que ad intercessionem gloriose Dei genitricis inibi quotidie eveniunt, ex magna devotione affluere consuevit, supplicant igitur S. V. devote oratrices vestre abbatissa et conventus ipsius monasterii quatinus omnibus et singulis christifidelibus vere penitentibus et confessis qui monasterium ac ecclesiam huiusmodi devote visitaverint de bonisque a Deo sibi collatis pro reparatione et manutentione monasterii ac ecclesie predictorum pias elemosinas erogaverint et manus porrexerint adiutrices, quinque annos et totidem quadragenas de vera indulgentia relaxare et concedere de dono speciali gratie eadem S. misericorditer dignemini de gratia speciali et cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, [fl. 11] quinto Idus Junii, anno tertiodecimo.

1572

1430, Junho 10

Gil Vasques de Rebelo, cónego regrante de Santo Agostinho, pede a prorrogação do tempo para a expedição e apresentação ao executor das letras apostólicas sobre o priorato conventual do mosteiro de S. Pedro de Folques da Ordem de Santo Agostinho.

Reg. Suppl. 255, fl. 57-57v.

Beatissime Pater, S. V. sub data videlicet pridie Nonas Januarii anno tertiodecimo devoto vestro Egidio Velasci de Rabello, canonico regulari, de prioratu conventuali reservato sancti Petri de Folques ordinis sancti Augustini Colimbriensis diocesis, tunc certo modo vacante, providit et provideri mandavit, prout in quibusdam litteris desuper confectis plenius continetur. Verum, Pater Sancte, quia idem Egidius litteras expedire commode non valuit, aliquibus causis emergentibus, ideo supplicat S. V. quatinus terminum sex mensium pro huiusmodi litteris de beneficiis reservatis expediendis per regulam cancellarie apostolice assignatum seu prefixum, ab eius fine ad duos menses proximos immediate sequentes, in quibus easdem litteras expedire ac executori earumdem [fl. 57v] presentare valeat, prorogare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Junii, anno tertiodecimo.

1573

1430, Junho 10

Gonçalo Anes, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Mouquim da diocese de Braga, pede a provisão da tesouraria da colegiada de Santa Maria de Guimarães, vacante por morte de Brásio Esteves, a qual Pedro Anes, clérigo de Coimbra, possuira durante mais de dois anos, sem receber as Ordens sacras.

Reg. Suppl. 257, fl. 290-290v.

Beatissime Pater, dudum vacante thesauraria, cui cura imminet animarum, in ecclesia collegiata sancte Marie Vimerañ (1) Bracharensis diocesis per obitum quondam Blasii Stephani, ultimi thesaurarii sive possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, quidam Petrus Johannis, assertus clericus Colimbriensis, eamdem sibi auctoritate ordinaria collatam extitit assecutus eamque tenuit et possedit per biennium et ultra, se non promovendo ad sacros ordines, prout etiam tenet et possidet indebite occupatam, et propterea dicta thesauraria adhuc ut premittitur vacare dinoscitur, supplicat S. V. devotus vester Gundissalvus Johannis, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Mouquin dicte diocesis, quatinus sibi de dicta thesauraria, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per resignationem dicti Petri aut alterius cuiuscumque de illa in Romana Curia vel extra eam, coram notario publico, etc., sponte factam vel constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata, affecta, devoluta seu cuius statum, etc., litigiosa existat, etiam pro expresso, dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Mouquin, cuius fructus, [fl. 290v] etc., quadraginta librarum similium, etc., non excedunt, et duabus portionibus perpetuis in sancte Marie extra muros antiquos Ulixboneñ et sancti Salvatoris dos Alcaçonos Elborensis diocesis ecclesiis, quarum fructus, etc., quadraginta librarum similium, etc., non exce-

dunt, ac gratia expectativa cum dispensatione ad duo incompatibilia, in cancellaria exprimenda, ac non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.* G. *Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Junii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. sinal de erro.

1574

1430, Junho 10

João Pais, porcionário na igreja de Santa Maria de Beja da diocese de Évora, o qual perdera a vista do olho direito, devido ao estudo contínuo, e regera a cátedra de prima da faculdade de direito canónico no Estudo Geral de Lisboa durante mais de doze anos, pede a dispensa de tal defeito, para receber as Ordens sacras, e a pluralidade de benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 263, fl. 131v-132.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devoti oratoris vestri Johannis Pelagii, portionarii in ecclesia (1) beate Marie de Begia Elborensis diocesis, quod ipse olim per laborem et continuationem studii in acquirendo scientie margaritam gravi oculorum infirmitate detentus extitit adeo quod lumine oculi dexteri casu fortuito privatus fuit et amisit. Cum autem, Pater Sancte, idem Johannes qui homo bene litteratus et cathedram prime in Studio generali Ulixbonensi in facultate decretorum per duodecim annos et ultra continue et laudabiliter rexit et gubernavit, cupiat ab intimis ad sacerdotium promoveri et beneficia ecclesiastica quecumque cum cura et sine cura canonice sibi conferenda obtinere ac ipsis in divinis per seipsum deservire, tamen huiusmodi suum desiderium et affectionem in hac parte adimplere nequit, dispensatione apostolica super huiusmodi defectu non obtenta, supplica[tur] igitur S. V. pro parte dicti oratoris qui etiam in spiritualibus vicarius generalis devote creature vestre domini archiepiscopi Ulixboñ (2) existit, quatinus sibi et eius statui paternaliter consulentes, secum ut ipse, huiusmodi oculi defectu non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri, quecumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes et officia in cathedralibus et etiam metropolitanis aut collegiatis ecclesiis ac curata et electiva fuerint, si sibi canonice quacumque auctoritate apostolica vel ordinaria conferantur, recipere et retinere libere et licite possit et valeat dispensare dignemini de solita clementia eiusdem S. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis quodque idem Johannes predictam necnon sancte Marie dos Açougues de Monte Maiori dicte Elborensis diocesis ac sancti Johannis de Portu de Moons et sancti Martini de Sintra Ulixbonensis diocesis perpetuas integras portiones, quorum omnium fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, obtineat ceterisque in contrarium facientibus non [fl. 132] obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat, si sine scandalo.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Junii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. vêm repetidas as palavras *in ecclesia*, mas com sinal de erro.

(2) Cf. nota 1 do n.º 973.

1575

1430, Junho 14

O cabido de Lisboa pede a confirmação das ordenações, estatutos e costumes da catedral, para impedir que o número de trinta canonicatos e prebendas, ofícios e dignidades ou quartanarias, instituído por D. Afonso IV, seja modificado.

Reg. Suppl. 258, fl. 239.

Beatissime Pater, licet clare memorie dudum Alfonsus, rex Portugalie illustris, pro divini cultus augmento suaque et suorum progenitorum animarum salute in ecclesia Ulixboñ, quam de bonis sibi a Deo creditis construxerat et fundaverat ac in cathedralem erigi procuraverat trigesimum tam dignitatum, personatuum (1), officiorum quam dimidiorum canonicatuum et quartanariarum et totidem prebendarum numerum instituerit, singulis sufficienti per eum dote assignata, qui quidem numerus per ordinationes et statuta ac laudabiles consuetudines hactenus inconcusse observatus est, nonnulli tamen, variis confictis et captatis occasionibus, quarum tenores, etc., hic habere placeat pro expressis, prefatum numerum infringere et enarvare conantur, supplicant eidem S. V. (2) devoti vestri capitulum dicte ecclesie quatinus numerum, institutionem, ordinationes, statuta et consuetudines predicta ac omnia et singula in eis contenta, pro eorum subsistentia (3) firmiori, rata habentes et grata, ea dignemini ex certa scientia de benignitate apostolica confirmare, supplentes omnes et singulos deffectus, si qui forsan in eisdem intervenerint, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Julii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *personatum*, com sinal de erro.
(2) No ms. *S. V. S.*, mas com sinal de erro.
(3) No ms. *substantia*, com sinal de erro.

1576

1430, Junho 14

Afonso Anes, sacerdote da diocese de Viseu, solicita um benefício da colação de pessoas eclesiásticas das cidades e dioceses das províncias eclesiásticas de Braga e de Lisboa.

Reg. Suppl. 265, fl. 128v.

Supplicat S. V. devotus vester Alfonsus Johannis, presbyter Visensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etiam si integra vel dimidia portio seu officium ac in cathedrali aut canonicatus et prebenda in altera quam eadem cathedrali etiam fuerit, vacante vel vacaturo, spectante communiter

vel divisim ad collationem, etc., omnium et singulorum collatorum vel collatricum tam secularium quam regularium ecclesiarum civitatis et diocesis Ulixbonensis et Bracharensis provinciarum ecclesiarum ratione dignitatum, etc., in confectione litterarum eligendo, eidem A[lfonso] dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo octavo Kalendas Julii, anno tertiodecimo.

1577

1430, Junho 17

D. João, cardeal de S. Pedro ad Vincula, *administrador da igreja de Tui, pede o indulto de visitar os lugares sacros da cidade e diocese e outros sob a dependência da abadia de Salas ou existentes na igreja de Burgos por meio de outras pessoas eclesiásticas idóneas.*

Reg. Suppl. 255, fl. 14v.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Johannes, tit. sancti Petri ad Vincula, presbyter cardinalis (1), quatinus sibi ut Tudensem, cuius in spiritualibus et temporalibus per sedem apostolicam administrator deputatus existit, aliasque ecclesias ac monasteria et alia loca ecclesiastica in civitate et diocesi Tudeñ ac sub abbatia de Sallas in ecclesia Burgensi, quam ex dispensatione sedis apostolice obtinet, consistentia, etiam duo vel tria eadem die illorumque personas, in quibus ratione administrationis huiusmodi et dicte abbatie sibi visitationis officium de iure vel consuetudine competit, possit libere per aliquem seu aliquas personam seu personas, ydoneam vel ydoneas, ad hoc deputandam seu deputandas, usque ad septennium, quotiens tempus visitationis ingruerit, visitare et procurationes ratione visitationis huiusmodi sibi debitas recipere, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, dignemini indulgere, et cum clausulis oportunis, ut in forma. — *Concessum in forma. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Julii, anno tertiodecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1196.

1578

1430, Junho 19

Martinho Anes de Marialva, diácono da diocese de Lamego e reitor da igreja de S. Salvador Maximino de Roma, pede o indulto de ser ordenado sacerdote por qualquer bispo católico residente na Cúria Romana, fora do tempo prescrito.

Reg. Suppl. 255, fl. 98-98v.

Dignetur S. V. devoto oratori vestro Martino Johannis de Maria [fl. 98v] Alba, diacono Lamacensis diocesis, rectori ecclesie sancti Salvatoris Maximini in Urbe, ut ipse a quocumque catholico antistite in Romana Curia residente ad sacros ordines presbyteratus (1) in diebus festivis et aliis et extra tempora a iure statuta promoveri possit ipsique antistiti ut eumdem Martinum Johannis ut prefertur, postquam sufficientem et ydoneum ad hoc alias esse reppererit, promovere valeat, licentiam concedere. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, que in contrarium edit. non obstantibus quibuscumque. — — *Concessum, si sit artatus. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertiodecimo Kalendas Julii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. aqui vem repetida a palavra *ordines*, mas com sinal de erro.

1579

1430, Junho 20

Vasco Domingues, sacerdote da diocese de Lamego, pede a igreja paroquial de Santa Senhorinha de Basto da diocese de Braga, vacante por João Rodrigues Pereira, nobre, a ter possuído durante mais de dez anos, sem se ter ordenado de sacerdote.

Reg. Suppl. 255, fl. 57v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Velascus Dominici, presbyter Lamacensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancte Senorinhe de Basto Bracharensis diocesis, que de iure patronatus laicorum existit, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod quidam Johannes Roderici Perreira, nobilis, dictam ecclesiam auctoritate ordinaria sibi collata[m] per decennium et ultra possedit, prout possidet de presenti, et numquam se fecit, impedimento legitimo cessante et nulla super hoc canonica dispensatione obtenta, ad sacerdotium promoveri, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* aut assecutionem alterius beneficii incompatibilis, auctoritate qualibet sibi collati, vacet, etiam si devoluta, litigiosa, cuius litis statum, etc., hic haberi dignemini pro sufficienter expresso, aut reservata specialiter vel generaliter sedi apostolice existat, eidem V[elasco] misericorditer providere dignemini aut provideri mandare. Non obstantibus quibuscumque. Et cum clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Julii, anno tertiodecimo.

1580

1430, Junho 29

Dionísio Dias, clérigo de Braga, chantre da capela do rei de Portugal, pede ao papa encarregue pessoa proba de se informar se Pedro Afonso, porcionário das igrejas de S. Nicolau de Lisboa e de S. Miguel de Sintra, não sabia ler nem cantar e era escandaloso, para o privar destas duas porções, a favor dele suplicante.

Reg. Suppl. 255, fl. 56v-57.

Beatissime Pater. Cum quidam Petrus Alfonsi, qui se gerit pro portionario sanctorum Nicolai Ulixboneñ et Michaelis de Sintria Ulixbonensis diocesis ecclesiarum, litterarum penitus ignarus, legere aut cantare aliaque divina officia celebrare minime scit ac dilapidator et alienator bonorum ecclesiarum existat, frequenter se in ebrietatibus et aliis turpibus immiscens, sed magis divinis officiis assistens, impedire et perturbare non pavescat, in anime sue periculum, ecclesiastici fructus dispendium et scandalum plurimorum, et propterea ipse qui perpetuas portiones in sanctorum Nicolai et Michaelis ecclesiis detinet, eisdem portionibus reddiderit se indignum, supplicat S. V. devotus eiusdem S. Dionisius Didaci, clericus Bracharensis, in capella domini regis Portugalie cantor, quatinus sibi gratiam facientes specialem, alicui in partibus illis committere mandareque dignemini ut super premissis se informet et si ea vel eorum aliquod ad id sufficiens reppererit veritate fulciri, dictum Petrum duabus portionibus prefatis sententialiter privet et realiter ammoveat necnon easdem portiones sanctorum Nicolai et Michaelis ecclesiarum, quarum fructus, etc., viginti duarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per huiusmodi privationem et ammotionem tunc, sive aliis quibusvis modis aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem alicuius de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacent, generaliter vel specialiter reservate, devolute aut cuius statum, etc., litigiose sint, eidem Dionisio eadem auctoritate conferat de illisque provideat, contrariis non obstantibus [fl. 57] quibuscumque. Cum clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur in forma iuris. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Kalendas Julii, anno tertiodecimo.

1581

1430, Junho 30

João Sanches de Vilar Torpim, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Freixeda da diocese de Lamego, pede a expedição das letras apostólicas, sobre um benefício eclesiástico, a confeccionar com a adição, omitida na súplica anterior, de que possuía a dita igreja paroquial de Santa Maria de Freixeda, da diocese de Lamego.

Reg. Suppl. 265, fl. 134v-135.

Beatissime Pater, dudum S. V. gratiam fecit specialem expectativam quarto Kalendas Maii pontificatus V. S. anno septimo devoto vestro Johanni Sancii de Villar Turpim, rectori parrochialis ecclesie sancte Marie de Frexineda Lamacensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad certam collationem, etc., prout latius in supplicatione dicti Johannis plenius continetur. Verum, Pater Beatissime, propter errorem formantis dictam supplicationem obmissum fuit poni seu addi non obstañ parrochiali ecclesia sancte Marie de Fraxineda Lamacensis diocesis, cuius fructus, etc., quindecim florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt. Dignetur S. V. litteras apostolicas super huiusmodi supplicatione conficiendas expediri mandare dignemini (*sic*), cum dicta additione non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancte Marie de Frexineda et quindecim florenorum auri, etc., regulis cancellarie et aliis in [fl. 135] contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Julii, anno tertiodecimo.

1582

1430, Julho 4

Súplica de Gonçalo Guterrez de Camargo, clérigo da diocese de Burgos, sobre o canonicato e prebenda da igreja colegiada de Santo Emetério e S. Celedónio de Santander da diocese de Burgos e benefício servitório sem cura de almas na igreja de Santa Maria Madalena de Córdova, a que renunciava Vasco Rodrigues, doutor em ambos os direitos, que fora familiar do cardeal presbítero D. Pedro, do título de Santo Estêvão in Monte Celio.

Reg. Suppl. 260, fl. 27v-28.

Beatissime Pater. Cum humilis et devotus vester Valascus Roderici, utriusque iuris doctor, canonicus prebendatus secularis et collegiate ecclesie sanctorum Emeterii et Celidoni de Sancto Anderio Burgensis diocesis, canonicatum et prebendam dicte ecclesie et beneficium servitorium sine cura in parrochiali ecclesia sancte Marie Magdalene Cordubeñ, quos [fl. 28] obtinet, in manibus V. S. pure et libere resignare proponat et ex nunc resignet, supplicat S. V. humilis et devotus vester Gundissalvus Guterrii de Camargo, clericus dicte diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, eidem de canonicatu et prebenda, etiam si ad eos consueverit qui per electionem assumi, cuius viginti quatuor, beneficio predicto, cuius etiam viginti quatuor librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per resignationem dicti Valasci qui ut asseritur reverendissimi in Christo domini Petri, tit. sancti Stephani in Celiomonte (1) ac sancte Romane Ecclesie presbyteri cardinalis (2) aliquando familiaris continuus commensalis fuerit ac sit de presenti, aut canonicatus, etc., per quondam Johannis de Sacalat, et beneficium predicti per obitum quondam Johannis Alfonsi, clericorum ultimorum possessorum (3) eorumdem, extra Romanam Curiam defunctorum, aut alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona aut per aliquam aliam liberam resigna-

tionem (4) ipsius Valasci aut alterius alicuius de illis seu eorum aliquo in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam seu per constitutionem *Execrabilis* vacent et *Ad regimen* aut tanto tempore vacaverint quod ipsorum seu alterius eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii vel alias generaliter vel specialiter ad sedem apostolicam legitime devoluta, reservata, affecta et litigiosa, cuius litis statum, etc. existat, providere misericorditer dignemini de gratia speciali, gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria declaranda, aut iure quod habet ad parrochialem ecclesiam, abbatiam nuncupatam, sancti Salvatoris de Prelagos dicte diocesis, cuius fructus, etc., septuaginta librarum similium secundum extimationem eamdem valorem annuum non excedunt, aliisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Julii, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *Oleomonte*, com sinal de erro.

(2) D. Pedro, franciscano, bispo de Lescar na França, criado cardeal do título de Santo Estêvão in Monte Celio por João XXIII em 1414, cardeal-bispo de Albano desde 1431, morto a 13 de Dezembro de 1464. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 33, 35, 47, 295.

(3) No ms. *pocessorum*, com sinal de erro.

(4) No ms. *resignationem*, com sinal de erro.

1583

1430, Julho 5

Martinho Lopes pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a igreja paroquial de S. Tiago de Rebordões da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 259, fl. 53-53v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. de parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Rebordãaos Bracharensis diocesis, tunc certo modo vacante et reservata, devoto oratori vestro Martino Lupi, rectori ipsius ecclesie, gratiose providere concessit, prout in supplicatione, cuius tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expresso, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, prefatus Martinus propter guerras in regno Ispanie vigentes ac itinerum discrimina litteras apostolicas super huiusmodi concessionis gratia infra sex menses ad hoc statutos expedire non potest, supplicat igitur eidem S. V. prefatus Martinus quatinus sibi ut ipse [fl. 53v] litteras apostolicas super concessione predicta infra duos menses a fine dictorum sex mensium computandos expedire possit et valeat concedere dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Julii, anno tertiodecimo.

1584

1430, Julho 11

Martinho Anes, clérigo da diocese de Braga, apresentado pelo abade e cabido da colegiada de S. Martinho de Cedofeita da diocese do Porto como reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Salreu da diocese de Coimbra, vacante por morte de Lourenço Anes, e instituído canònicamente por autoridade ordinária, pede a provisão pontifícia, por duvidar do valor da dita apresentação e instituição canónica.

Reg. Suppl. 255, fl. 184-184v.

Beatissime Pater, dudum vacante parrochiali ecclesia sancti Martini de Sarleu (1) Colimbriensis diocesis, que ad collationem abbatis et capituli secularis et collegiate ecclesie sancti Martini de Cedofecta Portugalensis diocesis pertinere dinoscitur, per obitum quondam Laurentii Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Martinus Johannis, clericus Bracharensis diocesis, ad dictam parrochialem ecclesiam per abbatem et capitulum predictum infra tempus legitimum presentatus, de illis auctoritate ordinaria instituit et provideri sibi obtinuit, ac illam presentationis necnon institutionis et provisionis huiusmodi pretextu extitit [fl. 184v] assecutus, prout tenet et possidet de presenti. Cum autem, Pater Sancte, idem Martinus dubitet presentationem ac institutionem et possessionem predictas ex certis causis viribus non subsistere, supplicat S. V. dictus Martinus Johannis quatinus easdem presentationem, institutionem et provisionem ac possessionis inductionem ut prefertur factas et omnes et singulos defectus, si qui in premissis intervenerint, confirmare pariter et approbare et nichilominus de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive adhuc ut premittitur, aut per eiusdem Laurentii vel alicuius alterius de illa extra dictam Curiam, etiam coram notario publico et testibus, etiam ex causa permutationis invalide, sponte factam resignaverunt, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per obitum Stephani Alfoy et Roderici Alfoy, olim in ipsa ecclesia ius habere pretendentium (2), qui etiam lite inter ipsos et dictum Martinum super dicta ecclesia coram certis iudicibus in partibus pendente indecisa, extra dictam Curiam diem clauserunt extremum, seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta et generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservata, affecta, aut inter dictum Martinum et quemdam Johannem Alfoy vel quosvis alios in dicta Curia vel extra eam litigiosa existat, cuius et dicti litis statum, etc., eidem Martino in forma nove provisionis aut surrogationis et si neutri, prout melius videbitur, misericorditer providere dignemini. Non obstañ quod idem Martinus quamdam portionem (3) sine cura in ecclesia parrochiali sancti Leonardi de Atouguia Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., duodecim librarum Turonensium parvorum similium secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, obtineat, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Cum ceteris non obstant. et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Idus Julii, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *Sirleu.*
(2) No ms. *pretendentes.*
(3) No ms. sinal de erro.

1585

1430, Julho 21

Álvaro Peres, clérigo de Coimbra, pede a expedição das letras apostólicas relativas à ampliação da graça expectativa sobre um benefício eclesiástico, em cuja petição não era mencionada a dispensa do impedimento de ilegitimidade.

Reg. Suppl. 265, fl. 140.

Beatissime Pater. Ex inadvertentia in petitione extensionis seu ampliationis gratie expectative devoto vestro Alvaro Petri, clerico Colimbriensi, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etc., gratiose concesse, dispensatio super defectu natalium quem idem Alvarus patitur de presbytero genitus et soluta quoad effectum huiusmodi gratie petite non existit. Dignetur igitur S. V. litteras super petitione dicte ampliationis gratie et dispensationis premissa, prout congruit, expedire mandare de gratia speciali. Cum omnibus in ipsa petitione contentis ac aliis non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Augusti, anno tertiodecimo.

1586

1430, Julho 25

Pedro Anes, clérigo do Porto, pede a perpétua porção na igreja de S. Salvador de Santarém da diocese de Lisboa, vacante pela promoção de D. Álvaro Ferreira a bispo de Coimbra.

Reg. Suppl. 260, fl. 253v.

Beatissime Pater. Cum perpetua portio in ecclesia sancti Salvatoris Sancteraneñ Ulixbonensis diocesis per promotionem Alvari Ferreyra ad ecclesiam Colimbriensem (1) de persona sua per S. V. factam ac munus consecrationis eidem impendendum vacare speretur seu vacet de presenti, supplicat S. V. devotus vester Petrus Johannis, clericus Portugalensis, quatinus sibi de dicta portione, cuius fructus, etc., decem librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive per lapsum temporis de consecrandis episcopis, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta seu litigiosa existat, misericorditer dignemini providere. Non obstante parrochiali ecclesia sancti Johannis de Ovil dicte Portugalensis diocesis, quam obtinet, et cuius possessionem non habet, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, octavo Kalendas Augusti, anno tertiodecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 969.

1587

1430, Julho 28

Súplica de João do Casal, cónego do Porto, sobre o canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes por morte do sacerdote Garcia, familiar e capelão do papa Bonifácio IX.

Reg. Suppl. 261, fl. 51v-52.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes de Casal, canonicus Portugalensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu ac prebenda ecclesie Ulixbonensis, quorum fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus et dispositioni apostolice reservatis per obitum quondam presbyteri Garsie, ipsius ecclesie canonici necnon Bonifacii noni, in sua obedientia nuncupati (1), capellani et continui commensalis [fl. 52] familiaris, extra Romanam Curiam defuncti, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservati vel affecti aut inter quoscumque in dicta Curia vel extra eam litigiosi existant, litis, etc., eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ dictis canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis ac parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Fornelos Bracharensis diocesis, quos obtinet, quorum fructus, etc., septuaginta librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, necnon defectu natalium quem patitur de presbytero priore natalium sancti Augustini expresse professo genitus et soluta, cum quo alias super eodem sufficienter apostolica auctoritate extitit dispensatum et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Augusti, anno tertiodecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1102.

1588

1430, Agosto 2

Diogo Anes, reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Sande da diocese do Porto, pede os meios canonicato e prebenda do Porto, vacantes por morte de João Peres.

Reg. Suppl. 256, fl. 23-23v.

Beatissime Pater. Dudum mediis canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis per obitum quondam Johannis Petri, eorumdem ultimi possessoris, extra Romanam Curiam et in partibus defuncti, vacantibus, devotus vester Didacus Johannis, rector parrochialis ecclesie sancti Martini de Sande Portugalensis diocesis, gratie expectative vigore,

predictorum dimidiorum canonicatus et prebende assecutus fuit possessionem, dubitat tamen dictus Didacus assecutionem, acceptationem et provisionem, sibi predicte gratie vigore factas, ex certis causis viribus non subsistere dictosque canonicatum et prebendam adhuc vacare, pro tanto S. V. humiliter supplicatur et devote pro parte dicti Didaci Johannis quatinus acceptationem et provisionem huiusmodi et quecumque inde secuta rata habentes et grata, sibique de dictis mediis canonicatu et prebenda, quorum (1) fructus, etc., [fl. 23v] decem librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per obitum dicti quondam Johannis Petri aut per mortem cuiusdam Arturis, presbyteri Bracharensis diocesis, qui se pretendebat habere ius in predictis mediis canonicatu et prebenda, etiam gratie expectative vigore, extra Romanam Curiam defuncti, sive alio quovis modo et per quamcumque aliam personam vel constitutionem *Execrabilis*, etiam si tanto tempore vacaverit quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias dispositioni sedis predicte generaliter vel specialiter reservati existant vel affecti et super eis in Romana Curia vel extra eam lis pendeat indecisa, cuius statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, eidem Didaco dignemini misericorditer providere aut provideri mandare de gratia speciali. Non obstañ predicta parrochiali ecclesia sancti Martini, quam obtinet, et cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis et cum clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Augusti, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *cuius*, com sinal de erro.

1589

1430, Agosto 2

Gonçalo Anes, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Mouquim da diocese de Braga, o qual seguia a Cúria Romana, solicita a perpétua vigararia da igreja paroquial de S. Pedro de Sintra, a vagar pela consecução pacífica do arcediagado de Lisboa por Afonso Rodrigues.

Reg. Suppl. 261, fl. 31v.

Beatissime Pater. Cum perpetua (1) vicaria cum cura ecclesie sancti Petri de Sintria (2) Ulixbonensis diocesis per assecutionem archidiaconatus ecclesie Ulixboñ per Alfonsum Roderici, auctoritate apostolica faciendam, vacare speratur seu vacet ad presens, supplicat S. V. devotus vester Gundisalvus Johannis, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Mouquin, Curiam Romanam sequens, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de vicaria prefata, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum illa[m] (3) ut prefertur, aut alias quovis modo vacare contigerit, etiam si actu quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem dicti Alfonsi aut alterius

cuiuscumque de illa in Romana Curia vel extra eam coram notario publico et testibus sponte factam vel constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel alias specialiter reservata, affecta, devoluta seu cuius statum, etc., litigiosa existat, eidem Gundissalvo dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Mouquin Bracharensis diocesis, cuius quadraginta librarum Turonensium parvorum similium, etc., fructus non excedunt et duabus perpetuis portionibus, una in Alcaçovas et alia sancte Marine (4) extra muros antiquos Ulixboñ et Elborensis diocesum, quorum fructus quadraginta librarum similium, etc., non excedunt, ac gratia expectativa necnon dispensatione ad duo incompatibilia in cancellaria exprimendis. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Augusti, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. vem aqui a palavra *parrochiali*, mas com sinal de erro.
(2) No ms. *Suctria*, com sinal de erro.
(3) No ms. *illa*, com sinal de erro.
(4) No ms. *Mme*, com sinal de erro.

1590

1430, Agosto 2

Nova súplica de Martinho Lopes, clérigo da diocese de Compostela, sobre a igreja paroquial de S. Tiago de Rebordões da diocese de Braga, que lhe fora concedida pela consecução a fazer por autoridade apostólica do arcediagado de Barroso por Martinho Arias, porque não fizera expedir as respectivas letras apostólicas no tempo devido.

Reg. Suppl. 261, fl. 57-57v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Martinus Lupi, clericus Compostellanne diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Rebordaãos Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod idem Martinus, cui alias eadem S. de prefata ecclesia, cum illam per assecutionem pacificam archidiaconatus de Barroso in ecclesia Bracharensi per devotum vestrum Martinum Arie, olim ipsius ecclesie sancti Jacobi rectorem, auctoritate apostolica tunc fiendam, vacare contingeret, gratiose provideri concessit, litteras apostolicas super huiusmodi concessione infra tempus ad hoc statutum expediri non fecit, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, sive adhuc per assecutionem predictam aut per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem alicuius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si devoluta aut alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata, sive inter aliquos litigiosa, cuius litis statum, etc., existat, eidem Martino Lupi providere secumque ut, defectu etatis, quem in vicesimo primo sue etatis anno constitutus patitur, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis [fl. 57v] ceterisque in contra-

rium editis non obstantibus, ecclesiam sancti Jacobi predictam recipere et retinere possit et valeat, dispensare misericorditer dignemini de gratia speciali. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus de tribus annis. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Nonas Augusti, anno tertiodecimo.

1591

1430, Agosto 7

João Esteves, clérigo da diocese de Lamego, pede a igreja paroquial de S. Veríssimo de Valbom da diocese do Porto, vacante pela assecução pacífica da igreja paroquial de Vilar de Mouros da diocese de Tui por João de Macieira, sacerdote da diocese de Braga, último possuidor daquela igreja.

Reg. Suppl. 256, fl. 24.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Stephani, clericus Lamacensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Dileximi de Valboo vulgariter nuncupata Portugalensis diocesis, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per assecutionem pacificam parrochialis ecclesie de Villar de Mouros Tudensis diocesis, per quondam Johannem de Macieira, presbyterum Bracharensis diocesis, dicte parrochialis ecclesie sancti Dileximi ultimum (1) possessorem, auctoritate ordinaria factam, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem alicuius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, et tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias generaliter vel specialiter eidem sedi reservata, affecta aut inter quoscumque, etc., litigiosa existat, cuius litis statum, etc., eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum auctoritate apostolica extitit sufficienter dispensatum, et cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Augusti, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *ultimi*, com sinal de erro.

1592

1430, Agosto 8

Fernando Álvares, bacharel em artes e medicina e familiar de D. João, cardeal presbítero do título de S. Pedro ad Vincula, *pede o canonicato e prebenda de Évora, vacantes por Álvaro Ferreira ter contraído matrimónio.*

Reg. Suppl. 261, fl. 109v.

Supplicat S. V. devotus vester Fernandus Alvari, in artibus et medicina bacallarius ac reverendissimi in Christo patris domini Johannis tit. sancti Petri ad Vincula sacrosancte Romane Ecclesie presbyteri cardinalis (1) familiaris continuus commensalis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda Elboreñ, quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus per contractum matrimonii cuiusdam Alvari Ferreira, ipsorum canonicatus et prebende ultimi possessoris, extra Romanam Curiam contracti, sive premisso sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem alicuius de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacent, et tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias generaliter vel specialiter eidem sedi reservati, affecti aut inter quoscumque, etc., litigiosi existant, cuius litis statum, etc., eidem Fernando dignemini misericorditer providere, non obstantibus canonicatu et prebenda ecclesie Visensis ac sancte Marie de Caria et Sirgeiros (2) nuncupata Visensis et Lamacensis diocesum parrochialibus ecclesiis, quos obtinet, necnon quadam commenda sibi auctoritate apostolica super monasterio beate Marie de Aguiar ordinis Cisterciensis diocesis predicte Lamecensis diocesis, quoad vixerit assignata et latius in cancellaria V. S., si opus fuerit, declaranda, quorum canonicatus et prebende ac parrochialium ecclesiarum necnon commende predictorum fructus, etc., trecentarum librarum Turonensium similium, etc., non excedunt et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Augusti, anno tertiodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1196.

(2) No ms. *Sirgeitus*, com sinal de erro.

1593

1430, Agosto 10

Fernando Álvares, bacharel em artes e medicina e familiar do cardeal presbítero D. João, do título de S. Pedro ad Vincula, *completa súplica sobre o canonicato e prebenda de Évora, vacantes pelo matrimónio contraído por Álvaro Ferreira, por ter omitido que este havia cerca de dois anos continuava a ocupar o dito canonicato e prebenda, procurando negar a existência de tal matrimónio.*

Reg. Suppl. 256, fl. 28v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto vestro Fernando Alvari, in artibus et medicina bacallario ac familiari, etc., domini cardinalis sancti Petri ad Vincula (1), de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, tunc per contractum matrimonii cuiusdam Alvari Ferreria, illos tunc obtinentis, extra Romanam Curiam factum, sive alias quovis modo, etc.,

vacantibus gratiose concessit provideri, prout in petitione desuper signata, cuius tenorem presentibus haberi placeat pro expresso, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, in dicta petitione obmissum sit exprimere quod prefatus Alvarus post huiusmodi contractum eosdem canonicatum et prebendam confingendo dictum contractum non esse factum, per biennium vel circa aut ultra, nullo sibi suffragante iuris adminiculo, detinuit, prout detinet indebite occupatos, dignetur igitur eadem S. litteras apostolicas super eadem petitione conficiendas cum expressione detentionis et non iuris dicti A[lvari] expediri mandare. Cum aliis non obstañ in illa contentis et clausulis opportunis. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quarto Idus Augusti, anno tertiodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1196.

1594

1430, Agosto 12

Súplica de Pedro Anes, sacerdote da diocese do Porto, sobre a igreja paroquial, dita capelania, de Santa Maria de Sandim da diocese do Porto, pedindo ao papa encarregue pessoa proba de se informar se o reitor da mesma, Vasco Anes, continuara a celebrar depois de pùblicamente excomungado, tornando-se indigno dessa igreja, e de o privar dela, a favor dele suplicante.

Reg. Suppl. 256, fl. 18-18v.

Beatissime Pater, cum Velascus Johannis, rector parrochialis ecclesie, capellanie nuncupate, beate Marie de Sindim Portugalensis (1) diocesis sit inhabilis ac dicta ecclesia se reddidit indignum, ex eo quod licet ab officiali Ordinarii excommunicatus propter debita ac publice denuntiatus fuisset, nichilominus se divinis, nulla habita umquam absolutione, et immiscuit, prout quotidie (2) in contemptum clavium immiscet, missas celebrando et alia ecclesiastica et divina officia exercendo, supplicat igitur S. V. devotus vester Petrus Johannis, presbyter Portugalensis diocesis, quatinus alicui probo viro in partibus illis committere dignemini ut de premissis se informet et si per informationem huiusmodi premissa vel aliud, propter quod idem Valascus (3) dicta ecclesia privari posset et debeat, vera esse reperiat, ipsum dicta ecclesia auctoritate apostolica privet sententialiter et ammoveat realiter ipsamque, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum [per] (4) huiusmodi privationem (5) et ammotionem (6) vacare contigerit, etiam si actu alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per liberam resignationem de ipsa per prefatum Valascum (7) in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam et admissam, sive per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta aut litigiosa existat,

eidem Johanni auctoritate [fl. 18v] conferat predicta et etiam provideat de illa, non obstañ ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. — *Concessum ut petitur in forma iuris. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Augusti, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *Portgalen*, com sinal de erro.
(2) No ms. *quo die*, com sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *per*.
(5) No ms. *privatione*, com sinal de erro.
(6) No ms. *ammotione*, com sinal de erro.
(7) No ms. sinal de erro.

1595

1430, Agosto 12

Frei João de Avelal, monge professo do mosteiro de S. Pedro de Pedroso da diocese do Porto, reitor da igreja paroquial de São Fins, pede ao papa nomeie pessoa proba que se informe se Gonçalo Domingues, abade do mosteiro de S. Martinho de Cucujães da Ordem de S. Bento e diocese do Porto, tinha concubinas e dissipava os bens do mosteiro, privando-o do dito mosteiro a favor dele suplicante.

Reg. Suppl. 261, fl. 149v-150.

Beatissime Pater. Cum quidam frater Gundissalvus Dominici, abbas monasterii sancti Martini de Cucujães ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, sue salutis immemor Deique timore postposito, concubinas publice tenere et illas ex bonis dicti monasterii dotare (1) necnon ipsius monasterii possessiones et bona dissipare (2) et destruere ac deinde et Sanctos publice blasfemare non veratur, in divine maiestatis (3) offensam, religionis opprobrium ac scandalum plurimorum, et propterea regimine et administratione bonorum dicti monasterii se reddidit indignum et illis (4) venit merito privandus, supplicat igitur S. V. devotus orator vester frater Johannes de Avellaal, monachus expresse professus monasterii de Pedroso ordinis et diocesis predictorum, rector parrochialis ecclesie de Sam Finz que consueta est per monachos eiusdem ordinis gubernari, quatinus alicui probo viro in Romana Curia vel in partibus committere et mandare dignemini ut de premissis omnibus et singulis auctoritate apostolica se diligenter informet et si per informationem huiusmodi premissa aut aliqua ex eis que de iure sufficerent (5) repererit veritate fulciri, ipsum fratrem Gundissalvum regimine et administratione huiusmodi privet et amoveat penitus ab eisdem, necnon de persona ipsius fratris Johannis, si ad hoc repertus fuerit ydoneus, predicto monasterio, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum per privationem huiusmodi et ammotionem vacare contigerit, etiam si actu alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, et ex quavis causa eius dispositio ad sedem apostolicam pertineat, eadem auctoritate provideat, ipsum fratrem Johannem in abbatem dicti monasterii preficiendo et pastorem, curam, regimen et administrationem

ipsius monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, non obstante predicta parrochiali ecclesia, quam obtinet, [fl. 150] cuius fructus, etc., decem librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma iuris. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Augusti, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *doctare*, com sinal de erro.
(2) No ms. *discipare.*
(3) No ms. *magestatis*, com sinal de erro.
(4) No ms. *illos*, com sinal de erro.
(5) No ms. *sufficiemter*, com sinal de erro.

1596

1430, Agosto 16

João Gonçalves, subdiácono da diocese da Guarda, solicita a provisão do priorato ou igreja de Santa Maria de Celorico da dita diocese, de que tinha sido provido por morte de Lopo Vasques.

Reg. Suppl. 256, fl. 54-54v.

Beatissime Pater. Nuper parrochiali ecclesia, prioratu nuncupata, sancte Marie de Celorico Egitaniensis diocesis per obitum quondam Lupi Valasci, dicte Curie rectoris, prioris nuncupati, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, devotus vester Johannes Gundissalvi, subdiaconus dicte diocesis, dictam ecclesiam sic vacantem vigore certarum litterarum S. V. acceptavit et de illa obtinuit sibi provideri illamque extitit propterea assecutus. Cum autem, Pater [fl. 54v] Sancte, dictus Johannes dubitet, etc., supplicat S. V. idem Johannes quatinus acceptationem et provisionem necnon assecutionem huiusmodi et quecumque inde secuta rata habentes et grata illaque auctoritate apostolica confirmare et nichilominus sibi specialem gratiam facientes, de dicta ecclesia cum suis annexis, cuius fructus, etc., viginti ducatorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si devoluta, reservata ac litigiosa, cuius statum, etc., existat, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Cum non obstant. et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Septembris, anno tertiodecimo.

1597

1430, Agosto 17

Nova súplica de D. Estêvão de Portugal, monge do mosteiro de S. Jorge Maior de Veneza da Ordem de S. Bento, sobre o priorato de Santa Catarina de Aliete da Ilha da diocese de Capodistria, por ter dito na primeira que o priorato era conventual, quando nem sequer era dignidade.

Reg. Suppl. 256, 83v-84.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto vestro Stephano de Portugalia, monacho monasterii sancti Georgii maioris de Venetiis ordinis sancti Benedicti Castellane diocesis, de prioratu sancte Catherine de terra Alieti de Insula dicti ordinis Justinopolitane diocesis, tunc certo modo vacante, provideri concessit, prout in supplicatione desuper signata, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, in dicta supplicatione fuerit expressum quod dictus prioratus sit conventualis, cum nec conventualis sit nec dignitas, dignetur igitur S. V. mandare quod littere super dicta supplicatione conficiende in cancellaria et ubique expediantur absque huiusmodi expressione [fl. 84] quod conventualis existat et cum aliis clausulis oportunis, attento maxime quod fructus, etc., dicti prioratus decem florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt. — *Concessum. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Septembris, anno tertiodecimo.

1598

1430, Agosto 19

Fernando Álvares, cónego de Viseu e familiar do cardeal presbítero D. João do título de S. Pedro ad Vincula, *solicita o deado de Évora e a igreja paroquial de S. Salvador de Arraiolos da diocese de Évora, vacantes pela promoção de D. Álvaro a bispo de Coimbra.*

Reg. Suppl. 261, fl. 227v-228v.

Supplicat S. V. devotus vester orator Fernandus Alvari, canonicus Visensis, reverendissimi patris domini Johannis tit. sancti Petri cardinalis (1) medicus ac familiaris continuus commensalis, quatinus sibi de decanatu ecclesie Elborensis, qui dignitas maior post pontificalem inibi existit, ac parrochiali ecclesia [fl. 228] sancti Salvatoris de Arrayollos Elborensis diocesis, quorum fructus, etc., trecentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per promotionem Alvari, episcopi Colimbriensis, ad ecclesiam Colimbriensem, tunc pastore carentem, auctoritate apostolica factam (2), sive per munus consecrationis eidem dicta auctoritate impendendum, etiam si actu ut premittitur, sive per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, sive alias quovis modo aut ex aliorum quorumcumque personis sive liberam resignationem alicuius seu aliquorum de illis, etiam in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, quam etiam ratam et gratam habentes, vel per constitutionem *Execrabilis* vacent, etiam si decanatus curatus et electivus ac ipse et dicta parrochialis ecclesia specialiter vel alias generaliter reservati, affecti, devoluti sint, cuius litis statum, etc., dignemini misericorditer providere, non obstañ quod dictus Fernandus canonicatum et prebendam ecclesie Visensis (3) necnon sancte Marie de Caria et dicte sancte de Sirgueriis parrochiales ecclesias ex dispensatione apostolica, prout in cancellaria latius exprimetur, ac monasterium beate Marie de Aquillar Cisterciensis ordinis Lamecensis et Visensis diocesum ad beneplacitum sedis apostolice et quorum ducentarum octuaginta in commendam obtinet ac nuper sibi de canonicatu et prebenda ecclesie

Elborensis predicte, quorum quadraginta librarum Turonensium similium fructus, etc., secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, tunc certo modo vacantibus, apostolica fuit auctoritate concessum provideri, quique in eventum assecutionis decanatus et ecclesie de Arrayollos, quam primum, etc., ecclesiam de Sirgueriis paratus est dimittere, dispensantes nichilominus secum ut decanatum et ecclesiam de Arrayollos una cum ecclesia de Caria (4) huiusmodi quoad vixerit retinere necnon quodlibet ex eis pro alio simili vel dissimili beneficio ecclesiastico incompatibili ex causa permutationis vel alias dimittere, quotiens sibi placuerit, et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia quecumque, tria incompatibilia, beneficia ecclesiastica recipere et similiter quoad vixerit insimul retinere valeat, non obstantibus quibuscumque constitutionibus et ordinationibus [fl. 228v] apostolicis statutisque et consuetudinibus ecclesiarum, etc., ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de utroque* (5) *et dispensamus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quartodecimo Kalendas Septembris, anno tertiodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 1196.
(2) Cf. nota 1 do n.º 969.
(3) No ms. sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro.
(5) No ms. vêm repetidas as palavras *de utroque*.

1599

1430, Agosto 28

Súplica de João Mateus, sacerdote da diocese de Braga, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, sobre a privação de João do Casal que se tornara indigno da igreja de S. Mamede de Évora, por ter matado o marido da mulher com que cometera adultério e sobre a provisão da dita igreja, a favor dele suplicante.

Reg. Suppl. 256, fl. 107v.

Beatissime Pater. Cum malo spiritu instigante, quidam Johannes de Casall, rector parrochialis ecclesie sancti Mametis Elborensis quemdam Petrum Johannis, laicum predicte Elborensis [diocesis] (1), interfecit ac pluries, publice et notorie uxorem dicti layci carnaliter cognovit, quare ad dictam parrochialem ecclesiam, quam possidet, se reddidit inhabilem et indignum, et illa venit merito privandus, supplicat S. V. devotus orator eiusdem S. Johannes Matei, presbyter Bracharensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de presbytero ordinis sancti Augustini canonicorum regularium expresse professo genitus et soluta ut, eo non obstante, ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura obtinere valeret auctoritate apostolica fuit misericorditer dispensatum, quatinus specialem gratiam facientes, alicui probo viro in Romana Curia vel in partibus committere et mandare dignemini ut de premissis sum-

marie, simpliciter et de plano auctoritate apostolica se informet et si illa esse repererit vel saltim que ad privationem eiusdem Johannis de Casal sufficiant (2), eumdem Johannem a dicta parrochiali ecclesia privet et ammoveat ab eadem necnon predictam parrochialem ecclesiam, cum per privationem et ammotionem huiusmodi vacare contigerit (3), etiam si iam actu vel alio quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta sit aut alias generaliter vel specialiter reservata seu litigiosa existat, cuius litis statum, etc., hic habere dignemini pro sufficienter expresso, et cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, eidem Johanni Matei auctoritate apostolica predicta conferat et assignet ac de eadem provideat, defectu predicto necnon constitutionibus et crdinationibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus et cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur in forma iuris. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quinto Kalendas Septembris, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *diocesis*.
(2) No ms. *sufficienter*, com sinal de erro.
(3) No ms. *contingeret*, com sinal de erro.

1600

1430, Setembro 1

João Esteves, clérigo da diocese de Lamego, solicita a igreja paroquial de S. Veríssimo de Valbom da diocese do Porto, vacante porque certo João de Maceira, sacerdote da diocese de Braga, conseguira pacìficamente a igreja paroquial de Vilar de Mouros da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 256, fl. 112-112v.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Stephani, clericus Lamacensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Dileximi de Valboo vulgariter nuncupata Portugalensis diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ex eo vacante quod quidam Johannes de Maceira, presbyter Bracharensis diocesis, eamdem ecclesiam obtinens, parrochialem ecclesiam de Villar de Mourons Tudensis diocesis, tunc certo modo vacantem, auctoritate ordinaria sibi collatam, pacifice assecutus fuit, illas insimul absque dispensatione apostolica per biennium et ultra detinuit, prout detinet indebite occupatas (1) et tanto tempore vacavit quod eius collatio spectat (2) et pertinet ad sedem apostolicam et est legitime devoluta, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem alicuius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus

sponte factam vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam sit legitime devoluta aut alias generaliter vel specialiter eidem sedi reservata, affecta aut inter quoscumque, etc., litigiosa existat, cuius litis statum, etc., eidem Johanni dignemini misericorditer providere aut provideri mandare. Non obstañ defectu natalium quem patitur [fl. 112v] de monacho presbytero expresse professo et soluta genitus, super quo secum auctoritate apostolica ut ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura obtinere valeret, vigore cuius dispensationis, ad omnes minores ordines promotus fuit, misericorditer extitit dispensatum. Et cum ceteris non obstantiis et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum in monasterio Cripteferate Tusculane diocesis, Kalendis Septembris, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *occupata*, com sinal de erro.
(2) No ms. *expectat*, com sinal de erro.

1601

1430, Setembro 7

Gonçalo Anes, clérigo da diocese do Porto, solicita a igreja paroquial de S. Martinho do Campo da diocese do Porto, vacante por morte de Afonso Peres.

Reg. Suppl. 256, fl. 154.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancti Martini de Campo Portugalensis diocesis, per obitum cuiusdam Alfonsi Petri, eiusdem ecclesie ultimi rectoris, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Gundissalvus Johannis, clericus Portugalensis diocesis, eamdem vigore gratie expectative per S. V. sibi facte acceptavit sibique de ea provideri obtinuit et ipsius possessionem extitit assecutus, timet nichilominus acceptationem et provisionem ac inde secuta certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. quatinus sibi de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* aut c. *De multa*, sive per liberam resignationem de ipsa in Romana Curia vel extra eam sponte factam vacet, etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio, etc., ad sedem apostolicam iuxta Lateranensis statuta concilii devoluta, aut alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta existat et inter aliquos, quorum nomina hic habentes pro sufficienter expressis, in Romana Curia vel extra eam lis pendeat indecisa, cuius statum et etiam litigantium et iudicum nomina hic habentes pro sufficienter expressis, eidem G[undissalvo] dignemini misericorditer providere. Non obstañ perpetuo beneficio, bachalaria nuncupato, quod in ecclesia Portugalensi obtinet, cuius fructus, etc., sex librarum similium valorem

annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis (1). — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Marini Albanensis diocesis, septimo Idus Septembris, anno tertiodecimo.

(1) No ms. vêm repetidas as palavras *et clausulis oportunis*, mas com sinal de erro.

1602

1430, Setembro 9

Gonçalo Anes, clérigo da diocese de Braga, pede a expedição das letras apostólicas sobre a perpétua vigararia da igreja paroquial de S. Pedro de Sintra, a vagar pela consecução pacífica do arcediagado de Lisboa por Afonso Rodrigues, com a indicação de que obtivera a igreja paroquial de S. Tiago de Mouquim da diocese de Braga por sentença definitiva contra certo adversário.

Reg. Suppl. 256, fl. 219v-220.

Beatissime Pater, S. V. devoto vestro Gundissalvo Johannis, clerico Bracharensis diocesis, de perpetua vicaria sancti Petri de Sintra Ulixbonensis diocesis per assecutionem pacificam archidiaconatus Ulixbonensis ecclesie per Alfonsum Roderici auctoritate apostolica faciendam vacatura (1) gratiose provideri concessit, prout in petitione desuper confecta, in qua quod idem Gundissalvus parrochialem ecclesiam sancti Jacobi de Mouquin dicte diocesis obtinebat expressum est, plenius continetur. Verum, Pater Sancte, idem Gundissalvus dictam ecclesiam sancti Jacobi contra quemdam suum adversarium litigando, per diffinitivam sententiam, que in rem iudicatam transivit (2), evicit, dubitat quod si in vim executionis eiusdem nulla fuerit assecutus vel non, unde dicta gratia de surreptione possit notari, dignetur S. V. litteras super dicta petitione conficiendas, cum premissorum debita et prout congruit expressione, expediri mandare de gratia speciali. Cum omnibus in eadem petitione contentis ac aliis non obstant. et clausulis oportunis quibuscumque. — *Concessum.* [fl. 220] *G. Conseranensis.*

Datum in monasterio Cripteferate Tusculane diocesis, quinto Idus Septembris, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *vacare*, com sinal de erro.
(2) No ms. vem aqui a mais a palavra *iudicatam*, mas com sinal de erro.

1603

1430, Setembro 10

João Gonçalves de Resende, clérigo da diocese de Lamego, presente na Cúria, solicita a igreja paroquial ou vigararia perpétua com cura de S. Pedro de Sintra, que Afonso Rodrigues,

clérigo de Lisboa, conseguira depois da consecução pacífica da igreja paroquial de S. Tiago de Beja da diocese de Évora por Vasco Gil, visto o dito Afonso Rodrigues a possuir durante mais de um ano, sem se ordenar de sacerdote.

Reg. Suppl. 259, fl. 214-214v.

Beatissime Pater, vacante dudum parrochiali ecclesia sancti Petri de Sintria Ulixbonensis diocesis, que vicaria perpetua ad curam nuncupatur, per assecutionem parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Beia Elborensis diocesis per Valascum Egidii auctoritate apostolica factam, quidam Alfonsus Roderici, clericus Ulixbonensis, ecclesiam predictam sive vicariam, auctoritate apostolica sibi collatam, extitit assecutus eamque per annum et mensem et ultra, se non promovens ad sacros ordines, detinuit et possedit, prout etiam detinet et possidet indebite occupatam et propterea dicta vicaria adhuc ut premittitur vacare noscatur. Supplicat igitur S. V. devotus vester Johannes Gundissalvi de Reesende, Lamecensis diocesis clericus, presens in Curia, quatinus sibi de dicta vicaria, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive adhuc ut premittitur sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel constitutione *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut ipsa inter aliquos in Romana Curia vel extra eam litigiosa existat, litis, etc., eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum in monasterio Crypteferate Tusculane diocesis, quarto Idus Septembris, anno tertiodecimo.

1604

1430, Setembro 11

João Gonçalves, clérigo da diocese de Bordeus e nobre, de 19 anos de idade, pede a igreja paroquial de Santo Aleixo de Valbom da diocese do Porto, a que João Afonso de Maceira tencionava renunciar.

Reg. Suppl. 262, fl. 93-93v.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Johannes Alfonsi de Macera, rector parrochialis ecclesie sancti Alexii de Vallebono Portugalensis diocesis, eamdem parrochialem ecclesiam ad manus S. V. resignare proponit et ex nunc resignat, supplicat S. V. devotus vester Johannes Gundissalvi, clericus Burdegalensis, de nobili genere procreatus, in decimo nono etatis sue anno constitutus, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de dicta parrochiali ecclesia sancti Alexii, cum ipsam sic ut premititur [fl. 93v] vacare contigerit, etiam si actu vacaret per eamdem resignationem, cuiusque fructus, etc., viginti librarum Turo-

nensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, premisso sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona, sive [per] liberam resignationem in manibus cuiuscumque alias sponte factam aut constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacasset quod ipsius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sanctam sedem apostolicam legitime devoluta, affecta aut litigiosa sit, cuius litis statum, si qua est, in Romana Curia vel extra, placeat habere pro sufficienter expresso, eidem Johanni misericorditer dignemini providere, non obstante defectu etatis predicto, super quo cum eodem Johanne ut, dicto defectu non obstante, supradictam ecclesiam assequi valeat et licite retinere misericorditer dignemini dispensare de gratia speciali, necnon gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria S. V. exprimenda, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum in monasterio Crypteferate Tusculane diocesis, tertio Idus Septembris, anno tertiodecimo.

1605

1430, Setembro 12

Rui Dias, clérigo da diocese de Évora, solicita o prestimónio do lugar de Valdevez da diocese de Tui, vacante pela sagração de D. Garcia, bispo de Viseu.

Reg. Suppl. 262, fl. 95v.

Supplicat S. V. devotus vester Rodericus Didaci, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi (1) specialem gratiam facientes, de prestimonio in loco de Valdevez nuncupato Tudensis diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per munus consecrationis bone memorie quondam domino Garsie, tunc episcopo Visensi (2), impensum aut per ipsius obitum extra Romanam Curiam, sive per liberam resignationem de dicto prestimonio in Romana Curia vel extra eam coram notario publico et testibus sponte factam, sive premisso aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio, etc., iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta vel litigiosa fuerit, eidem Roderico dignemini misericorditer providere. Non obstante gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica declaranda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum in monasterio Crypteferate Tusculane diocesis, pridie Idus Septembris, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. vêm repetidas as palavras *quatinus sibi.*

(2) Cf. nota 3 do n.º 955.

1606

1430, Setembro 15

Pedro Anes, sacerdote da diocese do Porto, pede ao papa designe pessoa proba que prive Vasco Anes da igreja de Santa Maria de Sandim da diocese do Porto, por ter continuado a celebrar depois de excomungado pùblicamente.

Reg. Suppl. 256, fl. 187-187v.

Beatissime Pater. Cum exigentibus demeritis cuiusdam Velasci Johannis, pro rectore parrochialis ecclesie, cappellanie nuncupate, beate Marie de Sindim Portugalensis diocesis, se gerentis, qui in pluribus sententiis excommunicationis tam a iure quam ab homine per episcopos Portugalenses eorumque officiales mero officio suisque creditoribus instantibus per longa tempora fuerit innodatus et pro tali palam, publice et notorie ut moris est denuntiatus et ulterius [fl. 187v] de periurio, latrocinio et sacrilegio convictus, nichilominus sue proprie salutis immemor, in contemptum clavium, in divinis missas celebrando et alia divina officia exercendo, nulla super hoc absolutione subsecuta, se immiscere non erubuit (1), ob quod (2) in irregularitatis maculam incidit, dicta parrochiali ecclesia merito venit privandus, supplicat S. V. igitur devotus orator vester Petrus Johannis, presbyter dicte diocesis, quatinus alicui probo viro in partibus committere et mandare dignemini ut de premissis se diligenter informet et si per informationem huiusmodi premissa vel aliquod premissorum, propter que vel quod privari debeat, repererit (3) veritate fulciri, ipsum Velascum auctoritate apostolica privet et ab eadem ammoveat ecclesia ipsamque, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum [per] (4) huiusmodi privatione[m] et ammotione[m] (5) vacare contigerit (6), etiam si actu alias quovis modo vel ex cuiuscumque persona aut per liberam resignationem de ipsa per prefatum Velascum in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario et testibus sponte factam et admissam, sive per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio, etc., iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias generaliter vel specialiter reservata, affecta aut litigiosa existat, eidem Johanni auctoritate predicta conferat et etiam provideat de illa. Non obstante gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria declaranda. Cum ceteris non obstant. et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur in forma iuris. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Octobris, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *veruit*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. *reprierit*, com sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *per*.
(5) No ms. *privatione et ammotione*, com sinal de erro.
(6) No ms. *contingerit*, com sinal de erro.

1607

1430, Setembro 20

Gonçalo Anes, clérigo da diocese de Braga, pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre as duas porções de Santa Marinha de fora dos muros de Lisboa e da igreja das Alcáçovas da diocese de Évora.

Reg. Suppl. 265, fl. 15v-16.

Beatissime Pater. Dudum S. V. devoto vestro oratori Gundisalvo Johannis, clerico Bracharensis diocesis, de duabus perpetuis portionibus, una in [fl. 16] ecclesia de Alcaçovas Elborensis diocesis et alia in ecclesia sancte Marine extra muros antiquos Ulixnoneñ, certo modo vacantibus, gratiam fecit specialem. Verum, Pater Sancte, [eo] quod idem Gundisalvus propter restrictionem regule cancellarie per S. V. edite, propter temporis brevitatem, litteras commode expedire non potest, supplicat eidem S. V. dictus [Gunsalvus] Johannis (1) quatinus tempus expeditionis huiusmodi litterarum ad duos menses prorogare dignemini de vestra gratia speciali, attento, Pater Sancte, quod propter guerras et controversias in partibus [I]spanie vigentes nullus potest pertransire ad hanc urbem. Constitutionibus apostolicis et regulis in contrarium facientibus non obstantibus, et cum clausulis oportunis. — *Concessum ad duos menses, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, duodecimo Kalendas Octobris, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *Johannes* e sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *Gundisalvus*.

1608

1430, Setembro 22

Fernando Álvares, bacharel em artes e medicina e médico do cardeal presbítero D. João, do título de S. Pedro ad Vincula, *reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Caria da diocese de Lamego, pede ao papa a instituição de Gonçalo Afonso, sacerdote da diocese de Évora, como perpétuo capelão da dita igreja, cuja capelania vagara por morte de João Anes, capelão instituído havia mais de trinta e cinco anos com o consentimento do falecido reitor Gonçalo, conforme constava das letras autênticas do bispo de Lamego D. Lourenço.*

Reg. Suppl. 256, fl. 215-215v.

Beatissime Pater. Cum dudum a triginta quinque annis et ultra parrochialis ecclesia beate Marie de Caria Lamecensis diocesis per quondam Johannem Johannis, [fl. 215v] tunc perpetuum cappellanum inibi cum assignatione competentis portionis pro sustentatione vite sue de consensu quondam Gundissalvi, tunc ipsius ecclesie rectoris, auctoritate

ordinaria institutum, tam in cura animarum parrochianorum exercenda quam etiam alias in consuetis servitiis recta et gubernata fuerit ita videlicet quod dictus rector onus cure huiusmodi non habebat, prout in litteris auctenticis bone memorie Laurentii, episcopi Lamecensis (1), inde confectis et ipsius sigillo munitis plenius continetur, et propterea perpetua cappellania dicte ecclesie per obitum dicti Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, vacare noscatur, supplicant igitur S. V. humiliter devoti oratores vestri Fernandus Alvari, rector, abbas nuncupatus, prefate ecclesie, in artibus et medicina bacallarius ac reverendissimi patris domini Johannis, tit. sancti Petri [ad Vincula] cardinalis (2), medicus ac Gundissalvus Alfonsi, presbyter Elborensis diocesis, quatinus institutionem et assignationem huiusmodi ac omnia inde secuta necnon litteras prefatas pro eorum subsistentia firmiori rata et grata habentes, ea ex certa scientia confirmare necnon ipsum G[undissalvum] Alfonsi, cui etiam dictus Fernandus, rector, et successoribus suis cappellanis pro tempore existentibus cum augmento portionis huiusmodi videlicet de medietate oblationum inibi pro tempore obvenientium uberius providere est paratus, in eadem ecclesia perpetuum cappellanum instituere et deputare sive institui et deputari ac huiusmodi capellaniam in titulum perpetui beneficii ecclesiastici curati conferri mandare necnon ecclesiam ipsam deinceps simplex beneficium sine cura existere ac huiusmodi curam per cappellanum illius pro tempore exerceri et sibi incumbere debere perpetuo decernere et declarare dignemini de gratia speciali. Constitutionibus apostolicis et quibuscumque aliis in contrarium facientibus non obstantibus. Et cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo Kalendas Octobris, anno tertiodecimo.

---

(1) Deve tratar-se de D. Lourenço, cónego de Lamego, eleito pelo cabido, cuja provisão se deve ao papa Urbano V, que o nomeou a 9 de Junho de 1363. Por sua morte, foi nomeado o deão da sé de Lamego D. Gonçalo por Bonifácio IX, em Janeiro de 1394, por cuja morte foi nomeado bispo de Lamego D. Álvaro de Abreu, deão de Évora, em Agosto de 1419. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 291.

(2) Cf. nota 1 do n.º 1196.

1609

1430, Setembro 23

O sacerdote Pedro Gonçalves, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Óbidos da diocese de Lisboa, pede a absolvição de qualquer inabilidade ou infâmia que pudesse obstar à recepção de benefícios, por ter proferido certas expressões na pregação contra a negligência de alguns sacerdotes, que foram reputadas dignas de reparo pelo vigário geral do arcebispo de Lisboa.

Reg. Suppl. 262, fl. 120-120v.

Beatissime Pater, postquam alias devotus vester Petrus Gundissalvi, presbyter, vicarius perpetuus sive rector parrochialis ecclesie sancte Marie Castri Ovidorum Ulixbonensis diocesis, verbum Dei ad populum in eadem ecclesia predicando, inter cetera sacerdotes, peccata populi non redarguentes, ut canes non latrantes fore, iuxta dicta Ysaie

prophete puro corde allegasset, vicarius in spiritualibus generalis archiepiscopi Ulixbonensis allegationem premissam scrupulosam pro suo nutu diiudicans, ipsi Petro propterea quorumdam invidia delatione procurante, coram se evocato, purgationem certam induxit, quam idem Petrus non ex allegatione premissa in aliquo modo se errasse spernans (1) dicti vicarii mandatis humiliter parendo, in quodam loco secreto fecit et explevit. Verum, Pater [Sancte], licet dictus Petrus allegationem premissam non animo in aliquo ecclesiastico statui detrahendi fecerit, sed pro bono intellectu in exemplum deduxerit ut prefertur, premissis tamen causantibus et quia bonarum mentium est ibi culpam timere ubi minime reperitur, idem Petrus illorum occasione se dubitat posse imposterum molestari, supplicat igitur S. V. dictus Petrus quatinus pro sua cauthela potiori omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam, per eum premissorum occasione quoquo modo contractam, abolere eumque ad obtenta et obtinenda beneficia quecumque, quotcumque et qualiacumque [fl. 120v] existant, habilitare necnon horum occasione iudicialiter vel extraiudicialiter nullatenus de cetero molestari posse seu debere decernere et declarare dignemini de gratia speciali. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, ex quo fuit punitus.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Octobris, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *spernis*, com sinal de erro.

1610

1430, Setembro 30

Rodrigo Vicente, clérigo da diocese de Lisboa, solicita a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a igreja paroquial de S. Pedro de Avelãs da diocese de Coimbra.

Reg. Suppl. 259, fl. 225v.

Beatissime Pater, alias S. V. humili et devoto vestro Roderico Vincentii, clerico Ulixbonensis diocesis, de quadam parrochiali ecclesia sancti Petri de Avellanis Colimbriensis diocesis, tunc certo modo vacante seu vacare sperante, misericorditer et gratiose providit seu provideri mandavit, prout in supplicatione desuper signata, cuius tenorem hic habere dignemini pro expresso, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, idem Rodericus litteras super supplicatione huiusmodi infra tempus per eamdem S. V. statutum nequeat, certis de causis, facere expediri, supplicat eidem S. V. dictus Rodericus humiliter quatinus tempus huiusmodi expeditionis litterarum usque ad duos menses, a fine temporis per eamdem S. prefixi ulterius computandos, sibi prorogare dignemini misericorditer de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Concessum, si alias non obtinuerit. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Kalendas Octobris, anno tertiodecimo.

1611

1430, Outubro 6

Fernando Álvares, bacharel em artes e medicina, reitor da igreja de Santa Maria de Caria da diocese de Lamego, médico do cardeal presbítero D. João, do título de S. Pedro ad Vincula, *e Gonçalo Afonso, sacerdote da diocese de Évora, solicitam a instituição deste último como capelão da dita igreja, capelania vacante por morte de João Anes, instituído capelão, havia mais de trinta e cinco anos, com o consentimento do falecido reitor Gonçalo Gonçalves, conforme constava das letras autênticas a propósito do falecido bispo de Lamego D. Lourenço.*

Reg. Suppl. 256, fl. 293-293v.

Beatissime Pater. Cum dudum a triginta quinque annis citra et ultra parrochialis ecclesia beate Marie de Caria Lamecensis diocesis per quondam Johannem Johannis, tunc perpetuum cappellanum inibi cum assignatione competentis portionis pro sustentatione vite sue de consensu et voluntate quondam Gundissalvi Gundissalvi, tunc rectoris dicte ecclesie, auctoritate ordinaria institutum sive deputatum, tam in cura animarum parrochianorum exercenda quam etiam alias in consuetis servitiis recta et gubernata fuerit, ita videlicet quod dictus rector onus cure huiusmodi non habebat, sed ab ipsa cura prorsus liberatus extiterit, prout in litteris auctenticis bone memorie Laurentii, episcopi Lamecensis (1), desuper confectis et ipsius sigillo munitis, quarum tenorem presentibus habentes pro expresso, plenius continetur, supplica[n]t (2) igitur S. V. humiliter devoti oratores vestri Fernandus Alvari, modernus rector dicte ecclesie, abbas nuncupatus, in artibus et medicina bacallarius, reverendissimi patris et domini domini Johannis, tit. sancti Petri, presbyteri cardinalis (3) medicus, et Gundissalvus Alfonsi, presbyter Elborensis diocesis, quatinus institutionem et assignationem ac litteras huiusmodi et omnia inde secuta pro eorum subsistentia firmiori rata habentes et grata, ea ex certa scientia confirmare et perpetua subsistere roboris firmitate decernere necnon ipsum Gundissalvum Alfonsi, cui et successoribus suis cappellanis pro tempore existentibus prefatus Fernandus, rector, etiam pro se et successoribus suis rectoribus eiusdem ecclesie qui fuerint in futurum cum augmento portionis huiusmodi videlicet de medietate oblationum inibi pro tempore obvenientium uberius providere est paratus, in eadem ecclesia perpetuum capellanum instituere et deputare sive institui et deputari ac perpetuam cappellaniam curatam de novo cum assignatione huiusmodi portionis et augmento oblationum creari illamque in titulum perpetui beneficii ecclesiastici curati eidem Gundissalvo Alfonsi pro hac prima vice et ex tunc in antea, quotiens eam vacare contigerit, alteri presbytero ydoneo conferri et de illo provideri posse et debere mandare necnon prefatam ecclesiam deinceps simplex beneficium sine cura existere et remanere ac illius curam per cappellanum existentem pro tempore inibi exerceri [fl. 293v] et illi incumbere ac imminere debere perpetuo decernere et declarare dignemini de gratia speciali. Constitutionibus apostolicis et quibuscumque aliis in contrarium facientibus non obstantibus et cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Nonas Octobris, anno tertiodecimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 1608.

(2) No ms. *supplicat*, com sinal de erro.

(3) Cf. nota 1 do n.º 1196.

1612

1430, Outubro 7

Álvaro Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, solicita a perpétua vigararia da igreja paroquial de S. Pedro de Penaferrim de Sintra da diocese de Lisboa, a vagar pela consecução pacífica do arcediagado de Lisboa por Afonso Rodrigues.

Reg. Suppl. 263, fl. 79-79v.

Beatissime Pater. Cum perpetua vicaria parrochialis ecclesie sancti Petri de Calafarrim de Sintria Ulixbonensis diocesis per assecutionem archidiaconatus ecclesie Ulixbonensis per Alfonsum Roderici auctoritate apostolica faciendam vacare speratur [fl. 79v] seu vacet ad presens, supplicat S. V. devotus vester Alvarus Gundissalvi, clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi de dicta vicaria, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum illa ut prefertur, aut alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem dicti Alfonsi aut alterius cuiuscumque persona in Romana Curia vel extra eam, coram notario publico et testibus sponte factam, vel constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel alias specialiter reservata, affecta, devoluta, seu cuius statum, etc., in Romana Curia vel extra litigiosa existat, dignemini misericorditer providere. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Nonis Octobris, anno tertiodecimo.

1613

1430, Outubro 9

Lopo Afonso, sacerdote da diocese de Coimbra, solicita a perpétua porção da igreja de S. Bartolomeu de Lisboa, vacante pela resignação na Cúria Romana do falecido Gil Afonso, Roberto de Salinis e Lopo Afonso, clérigos da dita diocese de Coimbra.

Reg. Suppl. 262, fl. 266-266v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Lopus Alfonsi, presbyter Colimbriensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua portione sine cura, vacante apud [fl. 266v] sedem apostolicam, in parrochiali ecclesia sancti Bartholomey Ulixboneñ per resignationem olim factam in Romana Curia per quondam Egidium Alfonsi ac Robertum (1) de Salinis nec[non] Lopum (2) Alfonsi, clericos (3) dicte diocesis Colimbriensis, ipsius portionis (4) portionarios (5), in manibus quondam Bartholomey Francisci, prepositi Pistoriensis, tunc vicecancellarii sive officium cancellarie regentis (6), cuius fructus, etc., octo librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem

valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona facto vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad dictam sedem devoluta et reservata existat et V. S. (7) eidem Lopo dignemini misericorditer providere, medietate cum cura parrochialis ecclesie sancti Cosme de Azer (8), monasterium nuncupatum Tudensis diocesis, quam obtinet, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum predicte monete valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa per eamdem S. sibi facta in cancellaria exprimenda (9) non obstañ et constitutionibus, statutis, regulis cancellarie et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Octobris, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *Roberti*, com sinal de erro.
(2) No ms. *Lopi*, com sinal de erro.
(3) No ms. *clerici*.
(4) No ms. *parcionis*, com sinal de erro.
(5) No ms. *portionariorum*.
(6) Deste texto infere-se que, nesta altura, o vice-chanceler ou regente da chancelaria Bartolomeu Francisco já tinha morrido, pelo que não ouso identificá-lo com toda a certeza com o famoso Bartolomeu Francisco de la Capra, que teria morrido em Setembro de 1433. Todavia os dados biográficos deste parecem levar à identificação. Foi prepósito da igreja de S. Julião da Estrada da diocese de Milão e secretário do papa Inocêncio VII que o nomeou bispo de Cremona. Alexandre V nomeou-o referendário em Julho de 1410, ofício que exercia sob a obediência de João XXIII, pelo qual foi criado arcebispo de Milão em Fevereiro de 1414. Tomou parte no Concílio de Constança, onde foi presidente da Nação italiana. Cf. KATTERBACH, OFM, Bruno, *Referendarii utriusque Signaturae a Martino V ad Clementem IX et Praelati Signaturae Supplicationum a Martino V ad Leonem XIII*, Vaticano, 1931, p. XXXIV-XXXV; EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 215,333; II, p. 188.
(7) No ms. sinal de erro.
(8) No ms. sinal de erro.
(9) No ms. *expria* com sinal de erro.

1614

1430, Outubro 9

Mateus Anes, dispensado do impedimento de ilegitimidade para receber as Ordens menores e um benefício eclesiástico quando era escolar da diocese de Coimbra, pede o indulto para ser promovido às Ordens sacras e receber quatro benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 262, fl. 266v-267.

Beatissime Pater. Dudum cum devoto oratore vestro Matheo Johannis, tunc scolare Colimbriensis diocesis, super defectu quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante defectu, ad omnes minores ordines promoveri posset et beneficium ecclesiasticum cum cura et sine cura obtinere posset auctoritate ordinaria extitit dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes minores ordines extitit promotus, nullum

tamen beneficium ecclesiasticum assecutus. Supplicat igitur S. V. humiliter et devote dictus Matheus quatinus sibi [fl. 267] specialem gratiam facientes, ut, predicto non obstante defectu, ad omnes sacros ordines promoveri valeat et quatuor beneficia ecclesiastica sine cura invicem compatibilia, etiam si alterum ipsorum curatum fuerit, etiam si parrochialis ecclesia aut canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia, etiam cum cura et sine cura in metropolitanis cathedralibus, citra tamen maiores post pontificales ac in collegiatis ecclesiis fuerint, etiam si curate et elective fuerint, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur ad illud et illa, libere recipere et licite retinere possit et valeat illaque simul vel successive, totiens quotiens sibi placuerit, simpliciter aut ex causa permutationis aut alias dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam libere recipere et licite retinere possit et valeat, secum gratiose dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis, signantes, Pater Sancte, de speciali per *Fiat ut petitur et dispensamus. — Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, septimo Idus Octobris, anno tertiodecimo.

1615

1430, Outubro 10

Gonçalo Martins, clérigo da diocese de Lamego, solicita o canonicato e prebenda da Guarda, vacantes ou a vagar pelo matrimónio contraído por Luís Álvares da Guarda.

Reg. Suppl. 257, fl. 35-35v.

Supplicat S. V. devotus vester orator Gundissalvus Martini, clericus Lamacensis diocesis, quatinus sibi gratiam specialem facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Egitaniensis, quorum fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem [fl. 35v] valorem annuum non excedunt, vacantibus vel dum vacaverint per contractum matrimonii cuiusdam Ludovici Alvari Egitaniensis, eorumdem ultimi possessoris, sive ut premittitur aut alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, sive per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem alicuius de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacent, aut tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii (1) ad sedem apostolicam legitime sit devoluta, aut alias generaliter vel specialiter reservati, devoluti, affecti aut litigiosi, cuius litis statum, etc., pro expresso, existant, eidem G[undissalvo] dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Idus Octobris, anno tertiodecimo.

(1) No ms. *consilii.*

1616

1430, Outubro 14

Diogo Anes pede nova provisão do meio canonicato e prebenda do Porto, vacantes por morte de João Peres, por duvidar do valor da primeira provisão por autoridade ordinária.

Reg. Suppl. 257, fl. 37v-38.

Beatissime Pater, alias mediis canonicatu et prebenda in ecclesia Portugalensi per obitum quondam Johannis Petri, extra Romanam Curiam defuncti, vacantibus, devotus vester Didacus Johannis eosdem in vim litterarum apostolicarum, sibi per S. V. gratiose factarum, acceptavit et sibi obtinuit de illis etiam auctoritate ordinaria provideri illosque assecutus extitit. Dubitat tamen collationem et assecutionem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus Didacus quatinus sibi gratiam facientes specialem, sibique de dictis mediis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., decem librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, [fl. 38] sive premisso, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si specialiter vel generaliter reservati, devoluti aut alias litigiosi sint, et super eis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus, etc., lis inter dominum Didacum supradictum et quemdam Arturem Gundissalvi, cuius litis et cause statum, etc., eidem Didaco Johanni dignemini misericorditer providere de novo. Non obstañ parrochiali ecclesia sancti Martini de Sandi Portugalensis diocesis, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium similium secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac dispensatione ad duo incompatibilia necnon gratia expectativa, si quas habet, in cancellaria S. V. exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Octobris, anno tertiodecimo.

1617

1430, Outubro 14

Gonçalo Anes pede nova provisão da igreja paroquial de S. Martinho do Campo da diocese do Porto, vacante por morte de Afonso Peres, por duvidar do valor da primeira colação.

Reg. Suppl. 257, fl. 39-39v.

Beatissime Pater, alias parrochiali ecclesia sancti Martini de Campo Portugalensis diocesis per obitum quondam Alfonsi Petri, extra Romanam Curiam defuncti, vacante,

devotus vester Gundissalvus Johannis eamdem in vim litterarum apostolicarum, sibi per S. V. gratiose concessarum, acceptavit et sibi obtinuit de eadem providere illamque [fl. 39v] assecutus extitit. Dubitat tamen collationem et assecutionem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere. Supplicat igitur dictus Gundissalvus Johannis quatinus sibi gratiam facientes specialem, sibique de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut capitulum *De multa* vacet, etiam si super ea inter aliquos lis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus, etc., inter dictos Didacum Johannis ex una et Ludovicum Laurentii coram quocumque iudice, auditore sive commissario, cuius litis et cause statum, etc., pendeat indecisa, eidem G[undissalvo] Johannis dignemini misericorditer de novo providere. Non obstañ portione in ecclesia Portugalensi, bacallariatus vulgariter nuncupata, cuius fructus, etc., decem librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria S. V. exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, pridie Idus Octobris, anno tertiodecimo.

1618

1430, Outubro 17

Gil Vasques de Rebelo, presente na Cúria pontifícia, pede a prorrogação do tempo para a expedição das letras apostólicas sobre a provisão do mosteiro de S. Pedro de Folques da Ordem de Santo Agostinho e diocese de Coimbra, de que era cónego regrante.

Reg. Suppl. 263, fl. 20v.

Beatissime Pater, S. V. videlicet ii Nonas Januarii pontificatus eiusdem S. anno xiii devoto vestro Egidio Velasci de Rebeelo, canonico monasterii sancti Petri de Folques ordinis sancti Augustini Colimbriensis diocesis, de ipso monasterio, tunc certo modo vacante et antea dispositioni apostolice reservato, gratiose providit seu provideri concessit, prout in petitione per eamdem S. desuper signata plenius continetur. Verum, Pater Sancte, cum dictus Egidius iuxta quamdam constitutionem eiusdem S. de expediendis infra certos menses super huiusmodi gratiis litteris factam se ad iter versus Romanam Curiam infra dictos menses disposuerit et interim ipsum arripuerit, tamen diversis in eodem itinere tam in terra quam in mari ac etiam corporalibus et gravibus infirmitatibus impeditus, litteras super huiusmodi gratia expediri facere non potuit, quare supplicatur eidem S. humiliter pro parte ipsius E[gidii], iam aliquali corporis convalescentis, in eadem Curia constituti (1), quatinus reverendo patri domino regenti cancellariam apostolicam, cum sibi assistentibus, committere dignemini et mandare quod si per summariam eis desuper faciendam informationem, que de impedimentis huiusmodi proposita fuit, veritate fulciri repe-

riant, litteras apostolicas super dicta gratia et sub illius data expediant et expediri procurent, in omnibus et per omnia ac si talis constitutio nullatenus emanasset, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat per totum mensem Novembris, constito de impedimento. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sextodecimo Kalendas Novembris, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *constitutus*.

1619

1430, Outubro 18

Os sacerdotes João Vicente, mestre em artes e medicina, reitor da igreja de S. Tiago de Tremês da diocese de Lisboa, Martinho Lourenço, Rodrigo Amado, João Rodrigues, e os clérigos Afonso Peres e Martinho Anes, com outros clérigos e leigos, a eles agregados, vivendo em religião pela profissão dos três votos como cónegos regrantes de Santo Agostinho na casa ou igreja de S. Salvador de Vilar de Frades da diocese de Braga, outrora abadia da Ordem de S. Bento convertida em igreja secular e habitação do dito João Vicente e companheiros, pedem ao papa encarregue o arcebispo de Braga, presente e futuros, de os admitir a eles e a quantos quiserem segui-los à profissão da Ordem dos cónegos regrantes e regra de Santo Agostinho e de lhes conceder a eles e sucessores a mencionada igreja de S. Salvador, erigindo-a em igreja regular, priorato ou mosteiro da Ordem dos cónegos regrantes, designando o dito João Vicente ou um dos companheiros prior trienal, cuja eleição no futuro seja reservada aos ditos cónegos e a confirmação ao bispo diocesano, e confirmando a anexação feita pelo arcebispo da igreja de S. Salvador de Várzea à de S. Salvador de Vilar de Frades, de forma que ao prior fique a atribuição de admitir os candidatos ao hábito e profissão, e de receber quaisquer casas, a conferir canònicamente. Pedem também permissão de fazer estatutos e de usufruir dos estatutos, ordenações, privilégios, liberdades, isenções e imunidades dos monges eremitas de S. Jerónimo.

Reg. Suppl. 263, fl. 34-35.

Beatissime Pater, cum devotus vester Johannes Vincentii, in artibus et medicina magister, rector ecclesie sancti Jacobi de Termes diocesis Ulixbonensis regni Portugalie, una cum Martino Laurentii, Roderico Amado, Johanne Roderici, presbyteris, et Alfonso Petri et Martino Johannis, clericis secularibus, et nonnullis aliis clericis et laicis, devote sibi associatis, exoptent in remissionem suorum peccatorum consilium Christi Redemptoris nostri: «Sed si vis perfectus esse», etc., sequentes scilicet in religione aliqua et [fl. 34v] ordine approbatis per ecclesiam, tria vota principalia religionis emittendo, se et sua dedicare Deo ac vivere religiose videlicet in observantia debita ordinis canonicorum regularium sancti Augustini et sub eiusdem sancti regula ac in domo seu ecclesia sancti Salvatoris de Villa de Frades Bracharensis diocesis, que in ecclesiam secularem ex abbatiali

regulari ordinis sancti Benedicti per reverendum patrem ac dominum Fernandum archiepiscopum Bracharensem (1) est erecta seu conversa, multis ex causis rationabilibus, presertim quia in ea nulla debita regularis observantia tenebatur, sed omnis dissolutio et religionis totalis destructio in spiritualibus et temporalibus, tam in capite quam in membris, fuitque collata seu commendata, regenda, gubernanda et reparanda, predicto Johanni Vincentii per eumdem archiepiscopum, in qua idem Johannes cum predictis suis sociis et ipsi cum eo de presenti resident et vivunt secundum regulam ewangelicam, quare dignetur S. V. dicto domino seu pro tempore existenti archiepiscopo Bracharensi committere et mandare quatinus Johannem et eius socios predictos et quosvis alios volentes eisdem in eodem sancto proposito religionis adherere (2), ac habitum et professionem dicti ordinis canonicorum regularium et regule sancti Augustini recipiat eisdemque Johanni et sociis eorumque successoribus et ordini huiusmodi predictam ecclesiam sancti Salvatoris concedat, tribuat et conferat, ipsam in ecclesiam regularem ac prioratum et monasterium dicti ordinis canonicorum regularium erigendo, ipsumque Johannem seu alium de predictis sociis in priorem triennalem assignando, cuius electio in posterum ad canonicos eiusdem ecclesie pertineat et confirmatio ad diocesanum ac etiam confirmando annexionem et incorporationem, quam predictus archiepiscopus fecit eidem ecclesie sancti Salvatoris de alia ecclesia sancti Salvatoris de Varzia dicte diocesis, quarum ecclesiarum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum valorem annuum, deductis oneribus, non excedunt, cum potestate, etc., quam habeat eorum prior prefatus pro tempore existens de recipiendo ad ordinem huiusmodi et observantiam eorumdem quascumque personas, sponte cum eis vivere volentes, ad eorum habitum et professionem ac quascumque domos et ecclesias sibi canonice conferendas seu modo licito dimittendas in regno prefato recipere et illorum curam habendi et gubernandi et aliis committendi et inter se talia faciendi statuta regularia, per que eorum ordo et observantia ad salutem animarum eorumdem dirigatur et specialiter quod possint gaudere [fl. 35] et uti, pro eorum subsistentia firmiori, statutis et ordinationibus ac privilegiis, libertatibus, exemptionibus et immunitatibus ordinis monachorum Heremitarum sancti Jeronimi, iuribus, constitutionibus, etiam apostolicis, statutis et consuetudinibus predictorum et aliorum quorumcumque ordinum et aliis in contrarium editis quibuscumque non obstantibus, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quintodecimo Kalendas Novembris, anno tertiodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 840.

(2) No ms. *adhehere.*

1620

1430, Outubro 19

Fernando de Guimarães, clérigo da diocese de Braga, solicita a igreja paroquial de Santa Maria de Castro Roupal da diocese bracarense, vacante por morte de Gonçalo Anes.

Reg. Suppl. 259, fl. 199-199v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Fernandus de Vi[m]arayes, clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancte Marie de Castro Roupil dicte diocesis, que de iure patronatus laycorum dicitur esse, et tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii (1) ad sedem apostolicam est devoluta, cuius fructus, etc., viginti trium librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, per obitum quondam Gundissalvi Johannis, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* [fl. 199v] seu per liberam resignationem de ea per quemcumque factam, etiam coram notario et testibus sponte factam vacet, aut alias generaliter vel specialiter devoluta, litigiosa sit, litis, etc., dignemini misericorditer providere. Non obstañ defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, cum quo dudum auctoritate apostolica extitit dispensatum ut ad omnes ordines possit promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura obtinere ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, si quam habet, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur. G. Conseranensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, quartodecimo Kalendas Novembris, anno tertiodecimo.

---

(1) No ms. *consilii*, com sinal de erro.

1621

1430, Outubro 24

O conde de Barcelos D. Afonso pede a confirmação do direito de padroado e de nomear o abade do mosteiro de Santo Tirso de Riba de Ave da Ordem de S. Bento, a favor dos seus filhos D. Afonso e D. Fernando, respectivamente Condes de Ourém e de Arraiolos, e em nome de Gonçalo Álvares e de todos os descendentes dos Pereira, patronos do mosteiro de Santo Tirso de Riba de Ave, da Ordem de S. Bento e diocese do Porto, ou seja de Gonçalo Mendes e Rogério Mendes da família dos Pereira, aos quais o bispo de Coimbra D. Cristóvão, por delegação apostólica, e D. Bernardo, arcebispo de Braga, por autoridade de metropolita, concederam autorização de fundar o mosteiro, com direito de padroado para si e descendentes e de elegerem ou nomearem o abade. Sobre o assunto o dito Gonçalo Álvares e os demais descendentes dos Pereira moviam causa ao abade do mosteiro de nome Sugério.

Reg. Suppl. 263, fl. 106-107.

Beatissime Pater, dudum bone memorie Christoforus, episcopus Colimbriensis (1), ex delegatione apostolica et Bernardus, archiepiscopus Bracharensis (2), auctoritate metropolita quondam Gundissalvo Menendi et Suggerio Menendi ac nonnullis aliis laicis eorum

generis nobilibus, a quibus prosapia de Pereira noscitur derivasse, monasterium sancti Tirsi de Ripa dAve ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis de novo erigentibus, fundantibus ac decenter dotantibus, consensum, voluntatem et auctoritatem prestiterunt ac etiam ipsis suisque heredibus successoribus ac descendentibus ius patronatus ipsius monasterii et eligendi seu nominandi personam ydoneam que ipsi monasterio, quotiens illud vacare contigerit, in abbatem preficeretur, necnon custodiam et protectionem dicti monasterii bonorumque temporalium ipsius in perpetuum observarunt, etc., in quorum quidem iurium possessione seu quasi prefati nobiles eorumque successores et descendentes fuerunt pacifice et quiete et a tanto tempore de cuius contrarii hominum memoria non existat, prout in instrumentis publicis seu litteris autenticis desuper confectis, quorum tenores, etc., presentibus haberi placeat pro expressis, plenius continetur. [fl. 106v] Verum, Pater Beatissime, ne successores et descendentes a dictis patronis super iure patronatus protectione et defensione predictis imposterum molestentur vel quomodolibet impediantur neve, si ab huiusmodi tutela et defensione (3) destiterint, bona dicti monasterii facile dilapidentur, odia, scandala ac disensiones plurime suscitentur tam inter monachos eiusdem monasterii quam inter alios nobiles sibi vicinos, sicut sepiús orta per dictos successores sublata et extincta sunt, supplicat igitur S. V. devotus vester et sancte Romane Ecclesie filius Alfonsus, comes Barcellensis, illustris principis regis Portugalie natus, in personam filiorum suorum legitimorum et naturalium Alfonsi [et] Fernandi, comitum dOurem et de Arreolis et nomine nobilium virorum Gundissalvi Alvari aliorumque omnium generis de Perreira dictorum patronorum descendentium, ad quorum instantiam, premissorum occasione, causa contra quemdam Suggerium (4), pretensum abbatem dicti monasterii, et quosdam alios in Romana Curia commissa et citatio ad partes directa et executa existit, quatinus omnium predictorum statum habentes presentibus pro espresso, reservatio iuris patronatus, custodie et protectionis ac litteras predictas ac omnia et singula in eis contenta pro eorum subsistentia (5) firmiori rata habentes et grata, ea dignemini ex certa scientia confirmare, supplentes omnes defectus, si qui forte intervenerint in eisdem, necnon decernere et declarare ipsam reservationem perpetua subsistere firmitate et nichilominus statuere et decernere quod ex nunc in antea, quotiens dictum monasterium abbatis regimine destitui contigerit, conventus illius ad electionem futuri inibi abbatis absque scitu, consensu seu consilio dictorum patronorum et heredum ac successorum suorum, qui erunt pro tempore, monasterii huiusmodi nullathenus procedere debeant, sive possint, non obstantibus litteris, gratiis et privilegiis [fl. 107] apostolicis, cuiuscumque tenoris existant, etiam si de eis et eorum tenoribus plena et expressa ac de verbo ad verbum in presentibus habenda foret mentio specialis liteque et causa predictis ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat quod quamcumque signaturam factam non intelligatur derogatum iuri comitis.* O.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Novembris, anno tertiodecimo.

---

(1) Bispo anterior à nacionalidade portuguesa. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 196.

(2) Arcebispo anterior à nacionalidade portuguesa. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 144.

(3) No ms. *defensionem.*

(4) No ms. *Euggenium.*

(5) No ms. *substantia,* com sinal de erro.

1622

1430, Outubro 24

O conde de Barcelos D. Afonso, alegando que o arcebispo de Braga impunha contribuições excessivas a seus servidores e familiares, bem como igrejas paroquiais, pertencentes ao seu direito de padroado, lançando arbitràriamente contra eles a excomunhão e outras penas eclesiásticas, de tal forma que os reitores, clérigos e familiares seus não podiam suportar tais agravos, tendo-se originado graves dissenções entre o Conde e o arcebispo e lutas com efusão de sangue, temendo-se ainda maiores, solicita a isenção total da jurisdição do arcebispo, a favor dos reitores, clérigos e familiares e leigos interessados.

Reg. Suppl. 263, fl. 107-108.

Beatissime Pater. Cum devotus vester et sancte Romane Ecclesie filius Alfonsus, comes Barcellensis, regis Portugalie natus, in quibusdam parrochialibus ecclesiis et aliis beneficiis ecclesiasticis, in locis et dominiis suis consistentibus et diocesi Bracharensi, ius patronatus sive presentandi personas ydoneas, dum illa vacare contigit, ac nonnullos alios suos familiares et servitores in eadem diocesi beneficiatos et laicos habere dinoscatur, qui licet ex diuturna consuetudine visitationes, vota et alia debita certis locis et temporibus et in aliis speciebus quam in peccunia numerata archiepiscopo Bracharensi, qui pro tempore est, persolvere teneantur, nichilominus Fernandus, archiepiscopus Bracharensis (1) modernus, in auro seu peccunia numerata in locis variis et valde distantibus, cum eorum maximo detrimento et iactura, ipsos solvere cogit et ex ab arrupto in eosdem sententias excommunicationis, interdicti et alias censuras ecclesiasticas leviter fulminando, ipsos etiam gravibus et inconsuetis collectis et impositionibus talliando et cum eos ad visitandum tendit, cum maxima hominum multitudine tam equitum quam peditum, quicquid facultatum habent et bonorum totum devorat (2) et consumit, minime hoc defalcans de procurationibus seu visitationibus, quas integraliter exigit et pro suo arbitrio taxat, et tam in predictis quam alias multipharie vexare conatur et eis per se et alios multiplicia infert onera expensarum, tam in iudicio quam extra adeo [fl. 107v] quod ipsi rectores et clerici ac familiares predicti gravamina huiusmodi nequeunt deinceps supportare, propter que inter comitem et archiepiscopum prefatum tam ex hiis, tam etiam ex aliis causis gravia scandala et disensiones orta fuerunt, etiam cum sanguinis effusione, ac graviora, nisi per S. V. super hoc celeriter provideatur, subsequi et oriri formidantur. Supplicat S. V. humiliter prefatus comes quatinus ipsum et rectores, clericos ac beneficiatos et laicos predictos ab omni iurisdictione, superioritate, dominio et potestate predicti archiepiscopi et suorum officialium, quamdiu ipse archiepiscopus fuerit in humanis, auctoritate apostolica prorsus eximere et totaliter liberare necnon sub protectione eiusdem S. et sedis apostolice recipere et decernere subiacere dignemini, ita quod prefati archiepiscopus et officiales, etiam ratione delicti seu contractus aut rei, de qua agitur, ubicumque committatur delictum, iniatur contractus vel res ipsa consistat, superioritatem, iurisdictionem seu potestatem vel aliquod dominium in comitem, rectores, clericos et beneficiatos ac laicos predictos et in eorum beneficiis et rebus nequeant exercere, sed ipsi pretextu delicti, contractus vel rei huiusmodi seu alias quavis occasione vel cause non possint coram prefato archiepiscopo et eius officialibus ad partis seu partium instantiam seu etiam ex officio vel alias

quomodocumque realiter aut personaliter conveniri, nisi solum et dumtaxat coram dicta sede aut legatis seu delegatis eius vel etiam subdelegatis eorum personis de eodem comite et de aliis prenominatis conquerentibus teneantur stare iuri necnon decernere et declarare quicquid contra exemptionem huiusmodi quavis auctoritate quomodolibet contigerit actemptari nullo subsistere robore firmitatis. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Et cum clausulis oportunis [fl. 108]. — *Fiat quod habeat conservatoriam ad decennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, nono Kalendas Novembris, anno tertiodecimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 840.

(2) No ms. *devoat*, com sinal de erro.

1623-1625

1430, Outubro 24

O Conde de Ourém D. Afonso, sobrinho do rei de Portugal, pede o indulto para qualquer confessor o absolver de todos os pecados em artigo de morte e de lhe conceder a indulgência plenária, continuando o efeito da absolvição, mesmo que não morra. Solicitam o mesmo indulto D. Beatriz, viúva e condessa de Arundel, filha do rei de Portugal, e a mulher do Conde de Barcelos Dona Constança.

Reg. Suppl. 263, fl. 108v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester et sancte Romane Ecclesie filius Alfonsus, comes dOurem, regis Portugalie nepos, quatinus sibi specialem gratiam facientes, ut confessor quem duxerit eligendum, omnium peccaminum suorum, de quibus ore confessus et corde contritus fuerit, totiens quotiens in casu mortis devenerit, plenariam remissionem eidem concedere valeat, quem si evaserit, in suo robore eadem gratia perduret concedere dignemini, contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis.

